STATUTA

REGNI

POLONIÆ

12470

Muzeum Przemysłu i Rolnictwa.
№5176

BIBLIOTEKA MARSZAŁKOWEJ WARSZAWA
12470

30.4.

STATVTA

Regni Poloniæ in ordinem alphabeti digesta.

A IOANNE HERBVRTO DE FVLSTIN, TVM SVCCAMERARIO PREMIsliensi & S. R. M. Secretario, post verò Castellano Sanocensi, & Capitaneo Premisliensi.

Propter exemplarium inopiam recusa.

BIBLIOTEKA STEFANA SUCHECKIEGO



SAMOSCII
Martinus Lenscius Typographus Academiæ excudebat.
M. D. XC. VII.
Cum Priuilegio S. R. Maiestatis.

SERENISSIMO PRINCIPI ET DOMINO D. SIGISMVNDO AVGVSTO, REGI POLONIAE, MAGNO DVCI LITWANIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE, MASOVIAE, SAMOGITIAE, &c. DOMINO ET HAEREDI. DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

IOANNES HERBVRT DE FVLSTYN, S. D. SVAQ. HVMILLIMA OBSEQVIA COMMENDAT.

CREBRAS ego sæpè, ac diligentes, ad vos Reges POloniæ, ab Equestri ordine fundi preces animaduerti, Sigismunde Auguste Rex: quò aliquando tandem LEGES REGNI vestri, in eum ordinem redigerentur: vt singulæ, de quolibet negotio, atque de singulorum Regni vestri Ordinum Officio, vna serie continerentur. Sic enim quisq;, qui voluerit aliquas Leges inuenire, & eas quæ eiusdem sententiæ sint, & quę sibi repugnent, vno eodemq; in loco positas cerneret. Petitum hoc est à Serenissimo, omniumq; sæculorum prædicatione dignissimo REGE Patre tuo, quod ille (quæ ipsius erga subditos suos clementia, quod erga Rempub. studium fuit) facturum se receperat: certosq; Iurisperitos, qui id negotium conficerent, non sine magno sumptu destinárat. Quòd autem huic operi summa manus imposita non sit: non per Regem optimum, sed nescio per quos stetit. Post demortuum deinde illum, nihil vtiq; idem Equestris ordo de suis precibus, Petricouiæ, in Comitijs proximis, apud te remisit. imò verò maiore etiam contentione petijt: vt LEGES singulæ, quarum beneficio & tu latè regnas, & nos feliciter dicto paremus tuo, ita examinarentur expenderenturq; : vt si aliquarum vsus commodo Reipub. esse posset, eæ in vnum locum colligerentur: quasiq; recenti tempore promulgatæ, omnes tenerentur. sin minus:

Studium REGVM POLONIÆ, in ordinandis LEGIBVS.

omnium ordinum consensu antiquarentur. Hoc enim pacto, à Legibus omni ambiguitate perplexitateque remota,& Iudici, quid in iudicando sequi deberet,præ oculis semper esset: & singuli Magistratus, Officijs suis, sine vlla præuaricatione, facilè fungerentur. Tam honestas igitur Equestris ordinis preces Maiestas tua cernens, eis benignè annuit: concessitque, (quid enim tu, quod ex vtilitate Reipub. esse possit, non concederes?) vt certi è Senatorio, certi itidem ex Equestri ordine,viri deputarentur: qui librum legum diligenti iudicij sui trutina expendentes, singulas ita examinarent: vt nihil in eis varietatis, nihil ambigui relinquerent. Hoc igi-
Confusa LEges POLonorum. tur illi dum ex mandato tuo diligenter agunt, plurimum difficultatis atque moræ huic instituto confusionem legum afferre, re ipsa sunt experti. Leges etenim diuersis locis dissitæ, cùm in inueniendo multum operæ temporisque capiebant: tùm in iudicando,non mediocres turbas ciebant. Cùm enim de vna aliqua lege certa iam suffragia essent,certaque sententia staret: mox ab alio, de eadem re contraria lex, ex longè diuerso distantique loco, afferebatur. quæ & priori derogabat: & sententiam latam atque fixam, in dubium vocabat. Quæ res tandem effecit: vt viri illi, alioquin industrij, de toto negotio desperantes, & trimestri spatio frustra laborantes, præclaros illos suos conatus (licèt nonnullæ etiam aliæ causæ interceserant) relinquere essent coacti. His autem omnibus rebus,cùm & ego interfuissem,ac pars etiam aliqua horum fuissem, subijt statim cogitatio: vt varietatem hanc legum atque confusionem,& quæ ex ea sunt incommoda (si quo modo possem) tollerem: legesque omnes ita digererem: quò & facilimè reperiri, & commodissimè intelligi possint.
Confusa LEges quomodo illustrata. Ad hoc itaque perficiendum, post multas cogitationes, hæc commodissima visa est ratio: vt personarum, rerum, actionum, obligationum, de quibuscunque leges loquerentur, & quorum in legibus mentio, in foro vsus aliquis esset, sua nomina tanquam capita colligerem: eaq; per seriem Alphabeti distinguerem. quo facto,leges deinde omnes,quæ ad illa nomina certo ordine posita quoquo modo pertinebant, ex diuersissi-

uersissimis locis in vnum comportaui. Simplex hæc quidem, & quę ad aliorum, qui hoc idem tentârunt, collata industriā, non multum fortasse erudita videri possit digerēdi ratio. sed qua, ad explicandam illam confusionem, nulla fortasse fuerit commodior: & quam ego, cum amicis quibusdam meis, valde vtilem esse sum expertus. Nam de quacunq; re legem habere voles, & quotquot (si plures fuerint) voles, vocabulo rei admonitus, obseruata saltem nominis prima litera, suo loco statim inuenies. quibus etiam sub vno capite inter se collatis, facillimè eadem intelligas: ac in vsum tuum, paruo negotio sumas: dum quid cum re, de qua leges loquuntur, aut quid ipsæ etiam secum vel conueniant, vel dissonent, adueterteris. Cæterum si non omnibus satis adhuc fit: & si ne hac quidem ratione, omnes legibus aptè vti poterint: illi vtique, quibus tua Maiestas superfluas, contrarias, inutilesque leges aliquando immutare iusserit, paratam rem habebunt: & quantum quidq; vsibus Reipub. seruiat, facilè cognoscēt. Hoc autem quicquid operæ nostrę est, Maiestati tuæ, Legum omnium Patrono atque Autori dedico: nihil dubitans, Maiestatem tuam benigno & hilari animo, laborem hunc nostrum excepturam. Siue enim quid præstitimus: non deerit nobis, apud iustissimum tuum ingenium, debita gratia. siue nihil: voluntatem nihilominus nostram, Reipub. prodesse cupientem, ipse optimus & clementissimus probabis. Obsequia tandem mea humillima, Maiestati tuæ commendo: à Deoq; Opt. Max. supplex oro: quò ijsdem legibus saluis frui in perpetuum, te, posterisque tuis regnantibus, possimus.

Datum Bunouicijs, ex meo rure patrio, mense Ianuario Anno Domini 1563.

IOANNES DE OCIES-
SINO, REGNI POLONIAE CANCELLARI-
us, Capitaneus Generalis Cracouienſis, Oſvviecimenſis, Samborienſis, &c. Ioanni Herburt de Fulſtyn, Succamerario Premiſlienſi, S.R.M. Secretario, &c. S D.

QVM à negotijs, curisque publicis, ſub abſentia Sereniſſimi REGIS paulò liberior eſſem factus: ad viſendam Præfecturam meam Samborien. quæ mihi eiuſdem M. REGIAE gratia, paulò ante demãdata fuit, profectus ſum. vbi cùm tu me, pro veteri conſuetudine, locique vicinitate ſæpius inuiſeres, & familiares mecum multis de rebus ſermones conferres, memini, cùm de Legibus diſſereremus, (ſine quibus nihil eſſe poteſt, ad Reipub. diuturnitatem ſtabile) te mihi reſpondiſſe: Quòd omnes REGNI Leges, & Conſtitutiones, in certum quendam ordinem & modum redegeris. quàm benè, aut quàm fœliciter, id te iudicio aliorum reliquiſſe. Quod tuum ſtudium, nauitatem, animum in Rempub. tum collaudaui. Veræ enim virtuti, veram laudem omni loco tribuere, ſemper honeſtum eſſe exiſtimaui. Poſteaquam autem mihi eius libri copiam feciſſes: facilè legendo animaduerti: præ hac perſpicuitate, quam in hoc opere adhibuiſti, aliorum ſtudia in hoc ipſo genere, penitus eſſe reſtincta. Nam (quantùm ego quidem iudicare poſſum) ſic ſcitè & eleganter ſingulas loco ſuo collocaſti: ita aptè capitulis diſtinxiſti, Indice illuſtraſti, ac omnem à Legibus perplexitatem, tanquam ab oculis caliginem diſpuliſti: vt facilè iam quiuis, & ſine faſtidio, ſingulas Leges, ad vſum ſuum reperire poſſit. Quare cùm huic Reipub. in qua maiores tui, propter plurima virtutis ornamenta, & plurimos Magiſtratus geſſerunt, & maximis honoribus perfuncti ſunt, & tam pace quàm bello ſemper magni atque clari extiterunt: (quorum laudis ac virtutis, duo tui optimi & moderatiſſimi fratres, Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Præmiſlienſis, & Caſtellanus Leopolienſis, viuam & expreſſam imaginem, etiam nunc in Senatu referunt) cùm inquam huic Reipub. cuius clariſsima luce perfruimur, & quam pro virili omnes iuuare debemus, tam præclaram, tamque neceſſariam operam nauaueris: nihil videris, neque melius, neque laudabilius facere potuiſſe. Ea enim ſola vera, & præſtans virtus habetur: quæ eſt fructuoſa alijs, ſibi laborioſa & gratuita. Quamobrem ſi quid operis tibi etiam nunc reſtat, id vt celeriter perficias, ſummopere cenſeo: & quod commune eſſe debet, priuatim domi diutiùs vt ne premas: ſed ocyus in publicum edas. vt doctrinæ, ingenij, iudicijque tui fructus, non tibi ſoli, ſed etiam Reipub. conſtare poſſit. Id vt facias: non ſolùm tibi ſuadeo: ſed te etiam planè rogo. Quo autem maius, & vtilius id eſt, quod præſtitiſti: hoc etiam maiorem, ab omnibus, & gratiam & laudem referre debes. VALE.

Teſtimonium huic operi datum.

Adhortatio ad opus hoc diuulgandum.

Ioannes

IOANNES HERBVRTVS,
SVCCAMERARIVS PREMISLIENSIS,
S. R. M. Secretarius, &c. amico Lectori S. P. D.



VI se in Repub. Ciuem, non peregrinum, semper esse haberiq́ue volet, Lector amice: necesse est, meo quidem iudicio, vt LEGES, mores, consuetudines patrias, quàm optimè teneat. Has enim nisi ritè cognórit: perpetuò se hospitem in Repub. agnoscat oportet. Omnibus namq́ue incommodis, quibus ij, qui hunc inde commeant premuntur, eundem affici videas. Vt enim illi, ignari Legum, ac institutorum loci, ad quem appellunt, sępiùs contra Leges peccant: ac etiam, magno cum dignitatis suæ & facultatum dispendio, á leuissimo quoque circumueniũtur: sic propemodum ijs, qui Reipub. suæ leges minimè norunt, euenire cernas. Expertes enim Legum, in vetita præcipites ruunt: atq; inde pœnis, quæ præuaricatores sequi solent, puniuntur: & à nullius precij hominibus Cauisidicis, qui se cautionum prudentes esse volunt, cùm veriùs captionum sint, turpissimè, pro libito eorum, magna rei familiaris iactura tractantur. Alios namq́ue isti spe vana ducunt: alios (prout ipsis maioris lucri emungendi ratio expeditior videtur) in portu nauigantes, in turbulentum longiorum litium pelagus detrudunt. quò sumptus prouentusq́; sibi diuturniores comparent. Quæ omnia singuli effugerent: si in cognoscendis patriæ legibus, plurimum operæ, curæ, studijq́ue ponerent. Suæ enim causæ quisq; consultor, Patronus, ac deniq; Iudex esset. His ego incommodis, quæ dixi, permotus: ciuemq́; me, quàm peregrinum esse malens: Legibus nostris euoluendis, ediscendisq́ue, animum adieci: atq; quò memoriæ commodiùs mandarę, & si quid aliquando vsus postularet, faciliùs reperire ac proferre possim, in hanc, quam vides, Alphabeti seriem redegi: satagens studio maiore, quo potui: vt singulis dictionũ capitibus, quas hîc se ordine consequi vides, Leges omnes, quæ à primis in dictionibus literis inciperent, continerentur. Eam verò in digerendis legibus operam nostram, hoc proposito, vt mihi ipsi commodo esse possit factam, cùm diutiùs domi pressissem, accidit aliquando: vt cum Magnifico Domino Ioanne Ocieskio, Regni Cancellario, viro omni laude dignissimo, multos conferrem sermones. inter quos etiam huius operæ, in digerendis legibus præstitæ, mentionem feci. Mox, vt rationem instituti nostri explicarem, iubet: edisserui ego. qua quidem ratione explicata à nobis, non contentus ille, etiam Opus ipsum se videre velle dixit: ostendi: diligentiùs expendere, videreq́; cœpit. Tandem, quæ illius viri humanitas, atque erga omnem ingenij significationem studium beneuolentiaq́ue est, colaudauit conatus operamq́; nostram: atq; ne intra priuatos parietes diutiùs premerem, amicissimè simul & grauissimè, tùm præsens, tùm per literas admonuit, hortatusq́ue est. Cuius ego viri authoritatem sequutus, in publicum id, quicquid est operæ nostræ, edendũ existimaui. Cur enim eius viri authoritatem non sequerer: qui per omnes ætatis progressus, tot honorum gradus suopte nixu, nullo manum porrigente scandens, non ante finem scandendi fecit: quàm ad culmen honorum euasit? vt non fortunæ beneficio, sed suo merito peruenisse eô, credi possit cuius ea vis esse ingenij, ea indoles animi cernitur: vt quocunque loco natus esset, in quodcunque tempus, licèt iniquissimum incidisset, fortunam ipse sibi facturus videretur. Huius itaq́ue tanti viri suasu, Lector amice, hoc leuidense munusculum tibi offero. Neque verò me præterit, aliorum præclara, hoc in genere Legum digerendarum extitisse studia. de quorum ego opera, Reipub. præstita, id statuo: quod ab homine, alienæ industriæ minimè inuido, statui debet: eos scilicet plurimùm Reipub. vtilitatis attulisse. Hoc

LEGES patriæ cognoscendæ.

Ratio ordinatarum Legum.

Occasio in lucem edendarum.

tamen

IOANNES DE OCIESSINO, REGNI POLONIAE CANCELLARIus, Capitaneus Generalis Cracouienſis, Oſvviecimenſis, Samborienſis, &c. Ioanni Herburt de Fulſtyn, Succamerario Premiſlienſi, S. R. M. Secretario, &c. S D.



VM à negotijs, curisque publicis, ſub abſentia Sereniſſimi REGIS paulò liberior eſſem factus: ad viſendam Præfecturam meam Samborien. quæ mihi eiuſdem M. REGIAE gratia, paulò ante demãdata fuit, profectus ſum. vbi cùm tu me, pro veteri conſuetudine, locique vicinitate ſæpius inuiſeres, & familiares mecum multis de rebus ſermones conferres, memini, cùm de Legibus diſſereremus, (ſine quibus nihil eſſe poteſt, ad Reipub. diuturnitatem ſtabile) te mihi reſpondiſſe: Quòd omnes REGNI Leges, & Conſtitutiones, in certum quendam ordinem & modum redegeris. quàm benè, aut quàm fœliciter, id te iudicio aliorum reliquiſſe. Quod tuum ſtudium, nauitatem, animum in Rempub. tum collaudaui. Veræ enim virtuti, veram laudem omni loco tribuere, ſemper honeſtum eſſe exiſtimaui. Poſteaquam autem mihi eius libri copiam feciſſes: facilè legendo animaduerti: præ hac perſpicuitate, quam in hoc opere adhibuiſti, aliorum ſtudia in hoc ipſo genere, penitus eſſe reſtincta. Nam (quantùm ego quidem iudicare poſſum) ſic ſcitè & eleganter ſingulas loco ſuo collocaſti: ita aptè capitulis diſtinxiſti, Indice illuſtraſti, ac omnem à Legibus perplexitatem, tanquam ab oculis caliginem diſpuliſti: vt facilè iam quiuis, & ſine faſtidio, ſingulas Leges, ad vſum ſuum reperire poſſit. Quare cùm huic Reipub. in qua maiores tui, propter plurima virtutis ornamenta, & plurimos Magiſtratus geſſerunt, & maximis honoribus perfuncti ſunt, & tam pace quàm bello ſemper magni atque clari extiterunt: (quorum laudis ac virtutis, duo tui optimi & moderatiſſimi fratres, Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Præmiſlienſis, & Caſtellanus Leopolienſis, viuam & expreſſam imaginem, etiam nunc in Senatu referunt) cùm inquam huic Reipub. cuius clariſsima luce perfruimur, & quam pro virili omnes iuuare debemus, tam præclaram, tamque neceſſariam operam nauaueris: nihil videris, neque melius, neque laudabilius facere potuiſſe. Ea enim ſola vera, & præſtans virtus habetur: quæ eſt fructuoſa alijs, ſibi laborioſa & gratuita. Quamobrem ſi quid operis tibi etiam nunc reſtat, id vt celeriter perficias, ſummopere cenſeo: & quod commune eſſe debet, priuatim domi diutiùs vt ne premas: ſed ocyus in publicum edas. vt doctrinæ, ingenij, iudicijque tui fructus, non tibi ſoli, ſed etiam Reipub. conſtare poſſit. Id vt facias: non ſolùm tibi ſuadeo: ſed te etiam planè rogo. Quo autem maius, & vtilius id eſt, quod præſtitiſti: hoc etiam maiorem, ab omnibus, & gratiam & laudem referre debes. VALE.

Teſtimonium huic operi datum.

Adhortatio ad opus hoc diuulgandum.

Ioannes

IOANNES HERBVRTVS,

SVCCAMERARIVS PREMISLIENSIS,

S. R. M. Secretarius, &c. amico Lectori S.P.D.

QVI se in Repub. Ciuem, non peregrinum, semper esse haberiq́ue volet, Lector amice: necesse est, meo quidem iudicio, vt LEGES, mores, consuetudines patrias, quàm optimè teneat. Has enim nisi ritè cognórit: perpetuò se hospitem in Repub. agnoscat oportet. Omnibus namq́ue incommodis, quibus ij, qui hinc inde commeant premuntur, eundem affici videas. Vt enim illi, ignari Legum, ac institutorum loci, ad quem appellunt, sępiùs contra Leges peccant: ac etiam, magno cum dignitatis suæ & facultatum dispendio, à leuissimo quoque circumueniũtur: sic propemodum ijs, qui Reipub. suæ leges minimè norunt, euenire cernas. Expertes enim Legum, in vetita præcipites ruunt: atq; inde pœnis, quæ prætuaricatores sequi solent, puniuntur: & à nullius precij hominibus Causidicis, qui se cautionum prudentes esse volunt, cùm vetiùs captionum sint, turpissimè, pro libito eorum, magna rei familiaris iactura tractantur. Alios namq́ue isti spe vana ducunt: alios (prout ipsis maioris lucri emungendi ratio expeditior videtur) in portu nauigantes, in turbulentum longiorum litium pelagus detrudunt. quò sumptus prouentusq́; sibi diuturniores comparent. Quæ omnia singuli effugerent: si in cognoscendis patriæ legibus, plurimum operæ, curæ, studiiq́ue ponerent. Suæ enim causæ quisq; consultor, Patronus, ac deniq; Iudex esset. His ego incommodis, quæ dixi, permotus: ciuemq́; me, quàm peregrinum esse malens: Legibus nostris euoluendis, ediscendisque, animum adieci: atq; quò memoriæ commodiùs mandarę, & si quid aliquando vsus postularet, faciliùs reperire ac profetre possim, in hanc, quam vides, Alphabeti seriem redegi: satagens studio maiore, quo potui: vt singulis dictionũ capitibus, quas hic se ordine consequi vides, Leges omnes, quæ à primis in dictionibus literis inciperent, continerentur. Eam verò in digerendis legibus operam nostram, hoc proposito, vt mihi ipsi commodo esse possit factam, cùm diutiùs domi pressissem, accidit aliquando: vt cum Magnifico Domino Ioanne Ocieſſio, Regni Cancellario, viro omni laude dignissimo, multos conferrem sermones. inter quos etiam huius operæ, in digerendis legibus præstitæ, mentionem feci. Mox, vt rationem instituti nostri explicarem, iubet: edisserui ego. qua quidem ratione explicata à nobis, non contentus ille, etiam Opus ipsum se videre velle dixit: ostendi: diligentiùs expendere, videreq; cœpit. Tandem, quæ illius viri humanitas, atque erga omnem ingenij significationem studium beneuolentiaque est, colaudauit conat is operamq; nostram: atq; ne intra priuatos parietes diutiùs premerem, amicissimè simul & grauissimè, tùm præsens, tùm per literas admonuit, hortatusque est. Cuius ego viri authoritatem sequutus, in publicum id, quicquid est operæ nostræ, edendũ existimaui. Cur enim eius viri authoritatem non sequerer: qui per omnes ætatis progressus, tot honorum gradus suopte nixu, nullo manum porrigente scandens, non ante finem scandendi fecit: quàm ad culmen honorum euasit? vt non fortunæ beneficio, sed suo merito peruenisse eò, credi possit cuius ea vis esse ingenij, ea indoles animi cernitur: vt quocunque loco natus esset, in quodcunque tempus, licèt iniquissimum incidisset, fortunam ipse sibi facturus videretur. Huius itaque tanti viri suasu, Lector amice, hoc leuidense munusculum tibi offero. Neque verò me præterit, aliorum præclara, hoc in genere Legum digerendarum extitisse studia. de quorum ego opera, Reipub. præstita, id statuo: quod ab homine, alienæ industriæ minimè inuido, statui debet: eos scilicet plurimùm Reipub. vtilitatis attulisse. Hoc tamen

LEGES patriæ cognoscendæ.

Ratio ordinatarum Legum.

Occasio in lucem edendarum.

Vtilitas huius Methodi in ordinandis Legibus.

tamen noſtri quicquid etiam eſt erga Rempub. ſtudij, atq; operę, tibi Amice Lector gratum fore, nihil dubito. Tanto etenim hanc noſtram Legum digeſtionem, tibi vtiliorem cognoſces: quanto & ad cognoſcendum eſt facilior, & ad inueniendum accommodatior: quàm illorum, qui præclaro ingenio præditi, ad hanc ſimpliciorē rationem demittere ſe noluerunt. Ego enim illud vulgatum ſequutus ſum Ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον, Rudiùs ſcilicet, dum planiùs. Nam cùm rariſſimus, ac vix aliquis ex noſtratibus ſit, qui non aliquam literarū cognitionē habeat: quomodo non quiſque iam hac ratione Leges, quibus opus habuerit, facillimè reperiet: prima ſaltem dictionum, ſub quas Leges collegimus, litera admonitus? Nec verò propterea, Lector Amice, quòd tu hæc iam planiſſima, facillimaq; videas & habeas, mihi quoque facili ac exiguo labore, hæc conſtitiſſe putabis. Quomodo enim, in re tam confuſa, & tam perplexa ac intricata, vt tu nihil ampliùs laborares hærereſue, ſed omnia in promptu haberes, ſine multo & magno labore meo præſtari potuit? præſertim cùm non ex Iudicibus aliquibus, Leges in hunc ordinem collegimus: ſed toties totum corpus Legum peruoluentes, ſingulas ſuo loco in libris Statutorum ſitas, primùm vidimus, & annotauimus: tùm de quo loquerentur, quem ſenſum haberent, quorſum pertinerent, examinauimus: deniq; diuerſiſſimis ex locis, in vnam ſedem coadunauimus. Quod equidem ita factum eſſe à nobis, cùm diligentiùs, in inueſtigando animum attenderis, cognoſces. Sed ego operam hanc meam, quam tecum, ſumma cum alacritate animi communico, commendare nihil volo. tu Lector, ſi hanc (vt ſpero) vtilem fore experière, vtere non ingratus: ego iam vt omnis huius libri ratio & ordo tibi ſimul pateat, ipſam dictionum ſeriem explicabo. VALE.

HÆc autem METHODVS, in hiſce LEGIBVS ſeruata, mox è prima nominis litera, omnes de vna re LEGES oſtendit. vt de BELLO, litera B. de CITATIONE, litera C. &cæt.

¶ NVMERVS etiam primus, in margine poſitus, ANNVM LEGIS conditæ indicat: alter verò FOLIVM, in veteri Statutorum libro (nihil enim Autor hîc addidit) ſcriptum.

¶ IN LEGIBVS autem SIGISMVNDI REGIS, ANNI 1527, 1532. & 1538, LITERÆ ALPHABETI, loco Foliorum annotantur.

SIGISMVNDVS TERTIVS DEI GRATIA Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq; &c, nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumq; hæreditarius Rex.

SIgnificamus præsentibus literis nostris, quorum interest, universis & singulis, Cùm intelligeremus magnam exemplariûm Statutorum REgni à Generoso olim Ioanne Herbult de Fulstyn tunc Succamerario Premisliensi, & Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis auunculi nostri Secretario, postea verò Castellano Sanocensi & Capitaneo Premisliensi iam ante in publicum editorũ inopiam esse: Filium verò eius Generosum Ioannem Felicem Herbult Visnensem & Mosciscensem Præfectum in Typographia Academiæ Zamosciensis librum Statutorũ eorundem, ita vt est à commemorato olim Castellano Sanocensi conscriptus, recudere curare velle. Ad interceßionem itaq; Consiliariorum nostrorum eo nomine apud nos factam, cauendum eidem Typographiæ duximus, atq; hisce literis nostris cauemus, ne opera, quam in eo præstabit, in damnum & detrimentum eius vergat, ne quis alius ad spacium XV. *annorum librum eundem Statutorum, sub pœna amißionis librorum & trium millium aureorum Hungaricalium, pro vna dimidia parte fisco nostro, pro altera prædictæ Typographiæ exoluendorũ, recudat, aut alibi recußum diuendat. Dedimus etiam negotiũ Nobili Stanislao Skrzyßowski Cancellariæ nostræ iurato Notario, librum commemoratum Statutorum Regni, tunc, cùm sub prælum dabitur cum priori exemplari conferendi & concordandi, nihil addendo, minuendo, commutandoúe, vt pristina autoritas eius codicis in suo statu conseruetur; præterquam errata Typographica ex admonitionibus eiusdem Castellani Sanocensis in fine eiusdẽ codicis adiectis, ac ex codice Alexandri & Sigismundi Statutorum: Tum etiam permisimus addere Statuta quæ in illo codice desiderantur, in vetustioribus verò extant, quæ filius eius illi tradidit. Maioris firmitudinis gratia præsentes manu nostra subscripsimus, sigilloq; Regni nostri consignari iußimus. Dat. Varsouiæ in Conuentione Regni generali die* XIII. *mensis Martij, Anno Domini* M. D. XC. VIII. *Regnorum nostrorum Poloniæ* XI. *Sueciæ* V.

Sigismundus REX.

STATVTA REGNI POLONIÆ IN ORDINEM ALPHABETI DIGESTA.

ABBATES.

Conuentus Lubinenſis Abbatem electum Regi præſentet.

N Nomine Domini Amen. Nos Albertvs, FOlio 74. Abbas patientia Diuina, Ioannes Prior, Venceſlaus Præpoſitus in antiqua Goſtyn, Martinus Cuſtos, & Ioannes de Krobia, Fratres Conuentus Monaſterij in Lubin, Poſnanien. Diœceſis, Noſtro & totius dicti Conuentus nominibus. Significamus tenore præſentium, quibus expedit, vniuerſis & ſingulis tam præſentibus, quàm futuris, harum notitiam habituris: Quòd quanquam de Iure & conſuetudine, poſt ceſſum vel deceſſum Abbatis cuiuſlibet, præfati Monaſterij noſtri Lubinenſis, ad nos noſtrumq́. Conuentum, futuri Abbatis Canonica electio ſpectat & pertinet: poſt verò Canonicam & legitimam electionem, per nos noſtrumq́. Conuentum, in fratrem Conuentus noſtri Canonicè factā, ante confirmationem prouiſionemúe & conſecrationem, prout ex debito tenemur, eundem fratrem electum, per ſe vel per alium fratrem Conuentus noſtri, Sereniſsimo Principi & Domino, Domino Kazimiro, Dei gratia Regi Poloniæ, Magno Duci Lituaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Domino & hæredi. &c. & eius ſucceſſoribus, debitum honorem exhibentes, tanquam Patrono & Domino gratioſiſsimo repræſentare: necnon huiuſmodi electionem Abbatis futuri intimare, & notificare ſpondemus, & præſentibus pollicemur: ac etiam à ſua Serenitate, & ſucceſſoribus legitimis, humiliter votum petere: & conſenſum gratioſum poſtulare, & impetrare. prout ad hoc de Iure & conſuetudine tenemur: in quem ſua Serenitas benigna pietate præbebit votum gratioſum, & conſenſum. Ad cuius quidem electi noſtri prouiſionem, confirmationemúe & conſecrationem, abſq. conſenſu præfati Sereniſſimi Domini Regis, vel ſuorum ſucceſſorum, nullo modo procedemus, nec procedere volumus: donec priùs conſenſus deſuper Regius fuerit nobis benigniter datus. In quorum omnium & ſingulorum fi-

dem,& teſtimonium præmiſſorum,præſentes literas per Nuntium publicum ſcribi procurauimus: Sigilliſque Abbatiatus & Conuentus noſtri fecimus communiri. Actum & datum Poſnaniæ, die Mercurij, IX. Menſis Iulij, Anno Domini, 1460: Indictione octaua, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris Domini noſtri Pij Papæ ſecundi, anno ſecundo: in Caſtro,in Sala ſuperiori Caſtri præfati Poſnanienſis,hora Veſperorum: Præſentibus ibidem Reuerendiſsimis,Magnificis,& Generoſis Dominis: Andrea Dei gratia Epiſcopo Poſnanienſi: Ioanne de Brzezie vtriuſqúe Iuris Doctore, Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum auditore,Archidiacono Gneſnenſi, & R. P. Vicecancellario: Staniſlao de Oſtrorog Poſnanienſi Palatino: Ioanne de Czarnkovv Gneſnenſi, Petro de Gay Caliſienſi, Caſtellanis: Stiborio de PonieczSuccamerario Poſnanienſi, & CapitaneoMaioris Poloniæ generali: Sandivvogio de Lazizanice, Succamerario Sandomirienſi: Nicolao Thomicki,Vexillifero Poſnanienſi: & Petro Dunin de Pravvkouice, Marſalco Curiæ Sereniſsimi Domini Kazimiri Regis Poloniæ: & alijs quám plurimis teſtibus, circa præmiſſa.

Nec Epiſcopus Poſnanienſis, ad conſecrationem Abbatis Lubinenſis procedat: niſi Regia M. ad eandem conſentiat.

Fol. 75. ANDREAS Epiſcopus Poſnanienſis, Significamus tenore præſentium, quibus expedit, vniuerſis: Quomodo volentes Regiam Maieſtatem ad futura tempora, prout tenemur, ex debito honorare, promittimus præſentibus & ſpondemus: quòd exnunc & in antea, ad nullius electi ad futurum Abbatem Monaſterij Lubinenſis Diœceſis noſtræ, qui per Fratres Conuentus illius Canonicè electus fuerit,prouiſionem, conſecrationem, ac etiam confirmationem procedemus: niſi priùs per Capitulum Conuentus ſui, poſt electionem Canonicam de eo factam, Sereniſsimo noſtroq; gratioſiſsimo Domino Kazimiro, aut ſuo ſucceſſori, Dei gratia Regi Poloniæ, Magno Duci Lituaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæque Domino & hæredi,præſentatus fuerit: & in ipſum Serenitas ſua conſenſerit: Harum, quibus Sigillum noſtrum eſt præſentibus ſubappenſum, teſtimonio literarum. Datũ Poſnaniæ,Feria quinta poſt Octauas Glorioſiſsimę virginis Mariæ proxima, Anno Domini, 1460: Præſentibus ibidem Reuerendiſsimo in Chriſto Patre Domino Ioanne, Dei gratia Epiſcopo Vladiſlauienſi, & Regni Poloniæ Cancellario: necnon Magnificis & Generoſis Dominis, Luca de Gorka Poſnanienſi, Staniſlao de Oſtrorog Caliſsienſi, Palatinis: Petro de Gay Caliſsienſi, Ioanne de Czarnkovv Gneſnenſi,

Caſtel-

Castellanis: & Petro de Poniecz Succamerario Posnanienſi, & Capitaneo Maioris Poloniæ generali: teſtibus circa præmiſſa.

Poloni ad Monaſteria Regni (niſi Priuilegia Germanorum obſtent) ſuſcipiantur.

ITem iniquam conſuetudinem quorundam in Regno noſtro Monaſteriorum tollere cupientes, ad quæ fratres gentis duntaxat Germanicę ſuſcipi ſolent, in contemptum Polonicę nationis: Statuimus, vt quiſque Dominorum Epiſcoporum, in ſua Diœceſi videat Priuilegia talium Monaſteriorum: & ſi eiſdem Priuilegijs id non ſit expreſſum, vt ſoli Germani ad dicta Monaſteria ſuſcipiantur, prouideat: vt promiſcuè Poloni & Almani deinceps recipiantur. *Sigiſmundus Petric. 1511. Fol. 19.*

Abbates tamen, & Præpoſiti Monaſteriorum, ex Nobilibus, aut ſi ij defuerint, ex plebeijs, modo ſint Poloni, creentur.

FRequentibus magnisque petitionibus, atque clamoribus ſubditorum noſtrorum permoti: cernentes omnia Monaſteria ferme in Regno noſtro, ex munificentia & liberalitate, non ſolùm anteceſſorum noſtrorum Poloniæ Regum atque Principum, ſed etiam Baronum & Nobilium facultatibus, bene dotata eſſe: & nunc quoque Nobilitatis fauore plurimum indigere: Cauentes etiam, ne noua dogmata ex Germania ad Regnum noſtrum, præſertim verò ad quædam Monaſteria in ditionibus noſtris, per homines nationis illius inferantur: Et ne Monaſteria ipſa, quæ iam magna ex parte deſolata cernuntur, ad interitum, ob defectum perſonarum deueniant: Statuimus, vt deinceps futuris perpetuis temporibus, nemo in Abbatem cuiuſcunque Monaſterij in Regno noſtro, aut etiam in Præpoſitum eligi debeat, aut poſsit: niſi qui ſit natione Polonus. hac cautione adiecta: vt ſi in eodem Monaſterio aliquis, ex Nobili genere procreatus, & idoneus Monachus reperiatur, in Abbatem ante alios eligi & recipi debeat: atque, per nos loci Ordinario preſentari. Vbi verò nullus Nobilis idoneus, in eodem Monaſterio reperietur: tunc ex alio Monaſterio eiuſdem ordinis & Religionis, vir Nobilis & idoneus erit deligendus, ſeu poſtulandus. In defectu autem Nobilis idonei, licitum erit & liberum, plebeium idoneum, natione Polonum, in Abbatem eligere. de cuius idoneitate & natione, loci ordinarius Epiſcopus, nos per literas ſuas certiores reddet: vt ſciamus, quē & qualem ei preſentare debeamus. *Sigiſ. 1538. A 4.*

Simile de Abbatibus: & quòd in nonnullis Monasteriis, nunc Germani, nunc Poloni, in Abbates eligantur. Praterea, vt Polonis ad Monasteria Germanica ingressus pateat.

Sigismundus Crac. 1539.

DE Abbatibus Decretum per Nos factũ, in superioris Anni Comitiis, ratum fumus & firmum semper habituri: neq. præsentabimus quenquam loci Ordinario: nisi quem Nobili loco natum & secundum dispositionem Statuti Piotrcouiensis, Anni Domini 1538, electum comperiemus. Quòd si quis non legitimè fuerit electus: dabimus operam, vt Domini Episcopi electionem nullam huiusmodi esse pronuntient: ac de alio idoneo, vt Statutum disponit, in locum illius sufficiendo, sint soliciti. certas tamen ob causas, visum est nobis: vt in his Monasterijs, quæ partem bonorum suorum extra Regnum habeant, quędam fieret vicissitudo: vt alternatim Abbates, nunc Germani, nunc Poloni eligerentur. Dominis autem Episcopis curæ erit: vt in quæ Monasteria soli Germani reciperentur, in ea quoque Polonis pateret aditus, & ingressus.

Monachorum Abbates ex Nobilibus sint. qui verò neque in Ecclesia, neque in Politia, aliud habent officium, Scholas Nobilium puerorum instituant.

Sigis. Augus. Petric. 1550.

VT donationes Monasteriorum conseruari possint faciliús: renouandoque Statutum, anno 1538 conditum: Statuimus, vt nemo in Abbatem eligatur: nisi Polonici, Nobilis ex patre & matre, generis: & homo idoneus. Quòd si in eo Monasterio, in quo Abbatia vacabit, non reperiretur professus idoneus Nobilis, inibi assiduè & antiquitùs habitans: vt ex eadem diœcesi, in qua est Monasterium, Nobilis idoneus status Spiritualis eligatur, & postuletur in Abbatẽ. Cumque sic eligetur inprofessus, debebit per nos loci Ordinario presentari: & postea per illũ institui, vel confirmari in Abbatiam, & (Regulam) profiteri.

Et quoniam non est tantus numerus Monachorum in Monasteriis, quantus fuerat antea: tenebuntur Abbates certum numerum puerorum Nobilium fouere, in Monasteriis: & illos inibi hominibus doctis, artibus liberalibus dare instituendos: iuxta quod vnicuiq. Abbati, Domini Episcopi illorum locorum consignabunt & nominabunt.

ABSENTES.

Absentes quomodo citandi.

Cum

CVm aliquis pro hæreditate citatur: & comparens in Iudicio, malicioſè opponit: Quòd Petrus vel Ioannes, in remotis partibus eſt conſtitutus, cohæres eiuſdem hæreditatis: cùm tamen forſan idem Petrus vel Ioannes, nihil Iuris habeat ad eandem: ideo ille citatus dicit, ſe non teneri reſpondere, pro eadem hæreditate: propterea quòd Petrus vel Ioannes cohæredes ſui, agerent in remotioribus: Quapropter ſtatuimus: Quòd taliter Petrus vel Ioannes in Iudicio nominatus, de mandato Iudicis, in aliquo eminenti loco, vel circa Parochiam, de qua Parochia eſt hæreditas, pro qua eadem quæſtio mouetur, per Miniſterialem tribus vicibus publicè proclamando, ad proſecutionem ſeu defenſionem cauſæ, ad certum locum & terminum debebit citari, quo non comparente, ipſius contumacia ſeu abſentia non obſtante, ad deciſionem ſeu definitionem cauſæ, licitè per ſententiam definitiuam procedatur. *Kazimir. Magnus Viſlicia. Anno Domini, 1368. Fol. 14.*

Qui abeſt in proprio diſtrictu.

POrrò cùm quis extra terram ſit, & pro termino peremptorio citatur: eidem decemocto ſeptimanarum terminum incluſiuè, pro primo videlicet termino ſex ſeptimanas, pro ſecundo alias ſex, pro tertio vltimas ſex, præfigendum declaramus. Quòd ſi intra hæc tempora non paruerit: Iudex ad definitiuam ſententiam procedat, huiuſmodi contumacia non obſtante. *Kazim. Mag. Viſtici. 1368. Fol. 37.*

¶ De Abſentibus Dignitarijs, in Colloquijs: Vide in Titulo COLLOQVIA. ¶ Qui abſunt, ſeruitijs Reip. occupati, vtpote Legationibus, aut exercitibus Imperatores præficiuntur extra regnum: horum cauſæ, ad vnius anni ſpacium ſuſpendi poterint. Vide in Titulo, INHIBITIO.

ACCESORIA.

AB acceſſorijs, quæ non important perpetuam amiſsionem principalis cauſæ, ſed tantùm perditionem termini, aut ab citatione libertatē, Iudex moueri non debet: ſed in eius decreto partes conquieſcere tenentur. Alioqui à talibus acceſſorijs, quæ in ſe contineant lucrum, vel amiſsionem principalis cauſæ, pro qua quis citaretur: in tali caſu, ſi cui decretum Iudicis diſpliceret: poteſt Iudicem mouere ad Colloquia iuxta conſuetudinem Iuris, & Statutorum antiquorum, de Motionibus conſcriptorum, diſpoſitionem. In Colloquijs autem mouens debet eſſe paratus, cum ſuis probationibus: vt ſuper negocio principali, citra omnes dilationes, iuxta Iuris formam, in eiſdem experiatur. A Colloquiali verò, vt adminiſtratio *Sigiſm. 1543.*

ſtratio iuſticiæ celerior ſit, nullum iudicium, neq; officium, appellationem ſeu motionem ab acceſſorio admittere debet. excepto, ſi tale eſſet, quod principalis rei aut lucrum aut amiſsionem contineret, decreto: ſi alicui decretum non probabitur, poterit ad Comitia proximè celebranda appellare: et cum hac appellatione intermediante, hæc appellatio ad Comitia ſuſpendatur. Pars appellans ponendo vadium, aliâs Kocz, apud Iudicium Colloquiale, non tenebitur in Comitijs aliud vadium reponere: ſed cùm Iure experientur, vadium illi parti, quæ Iure vincet, cedere debet.

ACTIONES.

Omnes actiones Judicij Terr. coram Rege ventilatæ, in lib. terr. inſcribantur.

Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550.

QVia etiam Iure communi, diuerſis Officialibus diuerſa ſunt negotia adſcripta: quicquid ad Terreſtria negotia, cauſaſue Iudiciales pertinet, quæ in præſentia noſtra peragi ſolent: hoc totum in librum Actorum Terreſtrium inſcribi debet. alias verò cauſas & negotia, ad Cancellariam noſtram: iuxta veterem conſuetudinem, & Statutum Anni 1538.

Quæ actiones appellatione, & euaſione non ſiſtuntur.

SEd actiones, pro finibus regundis, & pro redemptione bonorum hæreditariorum, condemnatione & euaſione non ſiſtuntur.

ACTOR.

Si actor Jure Theutonico agit: non eodem, ſed ſuo Jure reconueniatur.

Kazim. Viſlic. 1368. Fol. 23.

CVm actor forum rei vndiq; ſequi debeat: Volumus, quòd ſi quis in Iudicio Iuris Theutonici, contra reum ſuam dirigat actionem: vt proponat contra eundem reus ibidem, ſuper aliqua quæſtione ſimili, vel inæquali, reconueniri non poterit: ſed ſuam litem, aut cauſam, coram Iudice competenti, cùm voluerit, agitabit.

Sine Actore ne quis procuret, vel citet.

Præterea

PRæterea quicunq; Præsidentes, aut eorum Officiales, vel eorum familiares, aliquos malitiosè laboribus & expensis grauare volentes cupientesq́;, & laborantes emungere & extorquere aliquid pecuniarum aut rerum, ab innocentibus, pro vexatione redimenda, quamuis penitus nihil habeant causæ seu quæstionis aduersus eosdem, faciunt & procurant diuersas citationes: finguntq;, & dictant causas: Idcirco statuimus: quòd si quis citauerit, vel procurauerit aliquem, sine legitimo actore, vulgariter, przez Powodá: taliter citans, vel procurans talem citationem, pœnam Piątnadzieśta soluere citato tenetur. Prohibentes nihilominus Castellanis, & quibuslibet Iudicibus, & Subiudicibus: quòd deinceps, sine certo actore & causa expressa, non debent decernere, nec dare aliquas citationes. *Kazim. Maz. Fol. 14.*

In causis criminalibus, in absentia nemo cognoscat.

STatuimus: quòd in causis criminalibus, in absentia accusantis, seu actoris, cuius interest, Nos vel nostri successores, aut Capitanei nostri, cognoscere non debemus: nec aliquem hominem condemnare: nisi conuictum Iudicio, & confessum. *Kazim. Maz. Fol. 37.*

Actor debet esse paratus.

VOlumus de actore intelligi: cùm liceat actori, quod & reo: præter simplicem infirmitatem, quæ actoribus non conuenit. eó quòd actores semper habent terminos peremptorios: & propter hoc, semper debent esse ad comparendum parati. poterint tamen & actores, in faciendis documentis, habere dilationem: cùm citato idipsum sit permissum. *Sigism. 1523. Fol. 33.*

Si actor amiserit citationem.

ITem si Actor amiserit citationem ante contestationem litis, siue ante terminos, ad quos citauit reum: extunc poterit citare reum alia citatione, ad instar prioris. quæ quidem tametsi in sua narratione, à prima amissa discrepauerit: si modò eundem effectū in se contineat, & summam: talis citatio habebit locum in Iudicio. nec actor ob hoc aliquam pœnam luet: sed citatus, æquè sicut ad illam primam amissam, sibi respondere tenebitur. Nec etiam poterit citatus actori obijcere: Quòd dedisset citationem super citationem. Et idem erit obseruandum: si post contestationem litis, ipsam citationem amiserit. Nam poterit etiam adcitare, siue denuo *Sigismun. Petrico. 1523. Fol. 43.*

denuo citare, ſine aliqua pœna. Et ſi idem actor habuerit citationem, ſiue Propoſitionem acticatam: extunc valebit ſibi pro citatione: & non tenebitur citationem citato oſtendere. Sufficiet enim adcitatio illius. Et ſi citatus amiſerit citationem: extunc Actor, poſt Propoſitionem ſuam, ad poſtulationem citati, tenebitur ſibi accomodare ſuam citationem ad reſpondendum. quam reſtituet Actori, poſt reſponſionem.

Teſtimonia Actoris per Miniſterialem.

Conſuetudo Terræ CRacouien. Fol. 123.

SEd cùm Actor aliquis teſtificatur aliquid, coram Miniſteriali, ſeu per eum: tunc Actor ipſe Nobiles duos habiturus eſt, cum Miniſteriali. Sed cùm Miniſterialis cum citatione equitat: tunc ſufficit, eum Nobilem habere vnum.

Actor cauſam non continuans annum & ſex ſeptimanas, cadit à cauſa.

Conſuetudo Terræ CRaco. Fol. 122.

PRæterea ſi Actor intra curſum eiuſdem temporis, vnius anni & ſex ſeptimanarum, ad terminum lapſum nihil faceret, neq; adcitaret: tunc decurſo iſto tempore amittit Actor id, pro quo citabat. excepto quod Iudicia, ex aliqua neceſsitate ſuſpenſa fuiſſent. In tali enim caſu, citationi Actoris propagatio longi temporis nihil nocebit.

Actor, cum Reus negat, propior eſt ad probandum. ſi verò Reus euadere voluerit: admitti ad euadendum debet.

Conſuetudo Terræ CRaco. Fol. 122.

ATqui cùm Actor queritur ſuper Citatum, poſt Propoſitionem, aliâs poſt Querelam, dicet: Si id Reus negabit, volo id probare, prout Ius decernet, nullum Ius omittendo: & Reus ſimpliciter negauerit: extunc propinquior eſt Actor ſuam Propoſitionem probare, quàm euadere Reus. Sed ſi etiam dicet Citatus: Volo id euadere, aliâs Odbyć, nullum Ius omittendo, prout Ius decernet: tunc Citatus propinquior erit euadere. exceptis Articulis, in Statuto ſcriptis: pro quibus Actori probatio debetur, contra citatum.

Actori terminus primus eſt peremptorius.

Kazimirus Viſlicia, 1368 fol. 15.

CVm Actoris ſit officium, vt faciat & procuret, ad cauſam Reum citari: Reo itaque in terminis comparente, Actore verò ſe totaliter abſentante:

sentante: Decernimus, ob contumaciam Actoris, quæ est maior quàm Rei, ipsum Reum causam obtinuisse. Si autem Reus parere, in termino sibi assignato non curauerit: Actore per se, vel per suum nuntium comparente: Decernimus, quòd pro huiusmodi contumacia, Reus duorum boum pœna multetur.

Sine certo Actore & causa, non debent citare.

QVòd deinceps, sine certo Actore & causa expressa, non debent decernere, nec dare aliquas citationes. Sed & ij, qui habent Ius in his vel illis bonis, libertateq. communi gaudent, non citentur: nisi per literas nostras, & nostri cuiuscunq. legitimi Iudicis: illiq. per literas duntaxat citentur. sed Curia nostra præsente, vel Iudicio generali nostro existente, poterit Officialis ad Mandatum nostrum, vel nostri Capitanei seu Iudicis, sine litera citare, in hospitio, aut in foro. *Kazim. Vislic. 1368. Fol. 37.*

Actor citans pro hæreditate, aut pecunia obligata.

SI quis ad Iudicium citat aliquem, pro hæreditate, aut pecunia aliqua obligata: & ipsum ad Iudicium euocauit: & si tunc Reus in primo termino peremptorio non parebit: Actor lucrabitur nominatam pecuniam, aut hæreditatem: pecunia nihilominus Reo restituta. *Kazim. Vislic. Fol 8.*

Actor interceptor actionis reijcitur.

SI quis citauerit alium, reuocando aliqua bona ab eo, vel aliâs pro quacunq. alia causa: & ex aliqua occasione iuridica, citationem, vel alioqui terminum amitteret iudicialiter: & tandem aliquis alius, pro eisdem bonis, aut eadem causa, partem prædictam citauerit: volens Actori primo, viam agendi in præmissis præcludere: Extunc in tali casu consuetudo terræ obseruat, primum Actorem locum habere: vt causam inceptam continuet, & citatione alia meliori. & hoc infra fatalia de Iure concessa. non obstante citatione Actoris secundi: quæ modo suprascripto locum non habet in Iudicio: donec Actor primus actionem inceptam ad finem deduxerit. *Consuetudo.*

¶ Possessori incumbet probatio, contra Actorem: præsertim cùm vtraq. pars sit literatoria. vide in Titulo, POSSESSOR.

Actor, Reo seu citato mortuo, intra annum & sex septimanas causam renouet.

Consuetud. SI pars citata moritur, pendente & indeciſa cauſa: Actor tenetur contra pueros & ſucceſſores eius, citationem & cauſam, per concitationem reuiuificare, intra annum & ſex ſeptimanas. alioqui, ſi id facere neglexerit: cauſam totam, pro qua actio inter eos vertebatur, ut ſupra eſt ſcriptum, perdet in perpetuum: ſecundum conſuetudinem terræ antiquam. Si verò plures fuerint Actores, & ſimiliter Rei, in vna citatione: & ſi aliquis eorum, pendente citatione, ex vtraq. parte moreretur: vel plures, aut omnes morerentur: extunc Actores ſuperſtites, à ſe & ſucceſſoribus defunctorum participum ſuorum, vel ſucceſſores Actorum, contra Reos etiam viuentes, aut hæredes, & contra ſucceſſores defunctorum, citationem huiuſmodi & cauſam reuiuificare tenentur: totiens quotiens id acciderit, vſq. ad finem cauſæ. Nam ſi quis moritur, in citatione exiſtens: moritur citatio ſua, & actio: niſi fuerit reuiuificata per citationem, contra hæredes & ſucceſſores mortui. Si autem pars habens actionem, ad quodcunq. Iudicium pendentem, moritur: intra terminos, vel eo die, quo Actio dicta debuit iudicari: extunc pars aduerſa, ſiue ſit Actor, ſiue Reus, non debet proſequi cauſam huiuſmodi: propter mortem partis ſuæ, in eiſdem terminis, & Iudicio, vbi pendebat: niſi præmiſſa concitatione, contra ſucceſſores mortui: iuxta conſuetudinem terræ. Si verò in tali caſu, attentaret terminum, & cauſam proſequeretur, contra defunctum: hoc partem proſequentem non releuabit. quin cum laruis, hoc eſt cum mortuis, luctari videbitur.

¶ De Actore condemnato, antequam Ius admittet: Vide in Titulo, CONDEMNATIO.

¶ Actor citatum pro violentia, aut vi, proprio iuramento conuincat Reum. Vide in Titulo, VIOLENTIA.

¶ Actores in fine debent condemnari. Vide in Titulo, CONDEMNATO.

¶ Actor terminum Colloquij generalis aliter tranſponere nequeat: niſi primùm per veram infirmitatem: & in Terminis particularibus ſemel per ſimplicem infirmitatem. Vide tn Titulo, COLLOQVIA.

ACTORATVS.

¶ Actoratum quomodo, & qui lucrantur: Vide in Titulo, SVCCAMERARIVS.

ACTORVM LIBRI.

Libri

Libri Actorum sub tribus clauibus seruentur.

ET quia Barones terrarum nostrarum, in Iudicijs Colloquiorum generalium, personam nostram repræsentant: coram quibus causæ hæreditariæ, & aliæ maiores agitantur, & tractantur: & Sententiæ per eosdem latæ, robur accipiunt firmitatis, ac si in præsentia nostra agerentur: coram quibus etiam resignationes bonorum magnorum peraguntur: & aliæ causæ, per eosdem definitæ, in speciali libro conscribuntur: vnde cum maiori pondere, diligentiusq., & cautiùs debeant obseruari: Volumus, quòd liber prænotatus, seu Acta Colloquij generalis, sub clausura trium clauium amodo cõseruetur. quarum vnam Iudex, aliam Subiudex, tertiam verò Notarius Terrestris, habeant & conseruent: nec liceat vni, sine alijs, clausuram prædictam aperire. Et quia ex Actis prædictis, seu in Libro, nonnulli literas habere & extrahere tempore debito cupiunt: quapropter prouidendum est: quòd Iudex per Ministerialem debeat publicè, quando opus viderit, facere proclamare: Quòd in tali districtu, loco, & die tali, Liber seu Acta, ad extrahendum literas aperietur: vtq. eas habere volentibus, seu affectantibus, pateant. *VVlad. Iagello Cracouiæ & Varta, 1423. Fol. 45.*

Similis. *Idem repetitur in Titulo, COLLOQVIA.*

ITem statuimus, vt Libri Terrestres Actorum Iudicialium seruentur, iuxta Statuta Vartensia, sub tribus clauibus. quarum vnam habeat Palatinus, aliam Iudex, & tertiam Notarius. Completo Iudicio remanere debebit in loco, vbi factum est Iudicium, tribus diebus: pro dandis copijs Actorum, petentibus eas. *Kazimir. in Nieszowa. & Opoki: 1454. Fol. 94.*

Similis.

DEcernimus, vt libri Terrestres, vbicunq. locorum in Regno nostro, sub tribus clauibus, secundum Statutorum dispositionem, in bona custodia seruentur. *Sigis. Petrico. 1538. C 3.*

Positio Actorum publicetur.

ET quia ex Actis Terrestribus, seu ex libro, nonnulli literas habere & extrahere, tempore debito cupiunt: quapropter prouidendum est, quòd Iudex debeat per Ministerialem publicè, quando opus fore viderit, proclamare: Quòd in tali districtu, loco, & die tali, liber seu Acta, ad extrahendas literas aperientur. Quocirca ijs, qui eas habere vellent, seu affectent, pateant. Positio verò Actorum Terrestrium, etiam sub tempus Comitiorum Regni celebrari debet. *VVlad. Iagello Crac. et Varta, 1423. Fol. 45.*

Vnus sit liber Actorum, propter Sententias Judicij inscribendas.

Kazimir. in Nieszowa. 1454. Fol. 91.

ITem statuimus, vt pro Iudicijs iustè expediendis, & negocijs in Iudicium deductis scribendis fideliter, fiat vnus liber Iudiciorum, seu Actorum, in quolibet districtu. Et dum in aliqua causa in Iudicium deducta, super aliquo articulo, audita Propositione & Responsione, fuerit in Iudicio sententiatum: quòd illa Sententia, in librum Actorum inscribatur: & postea super eodem articulo, vel ei simili, similis sententia proferatur.

Actorum Castrensium libri, in Prætorio, sub clauibus, Palatini, Judicis Terræ, & Capitanei, seruandi sunt.

Ioan. Albertus Fol. 109.

VErùm quia in nonnullis Capitaneorum nostrorum locis, & præsertim Capitaneatu Maioris Poloniæ, consueuerunt inferri libris Castrensibus Inscriptiones indifferenter vniuersæ: ij quoq. libri, per successores Capitaneorum, in priuata loca deferri: quibus subditi nostri Inscriptiones, & literas, non nisi cum difficultatibus, & nonnunquam grandi precio coguntur extrahere: nonnunquam verò, propter nimiam depactationem, non obtinere: quod fit contra omnem Iuris, Iusticiæ, & æquitatis communis rationem: Quapropter statuimus perpetuò obseruandum: vt in omnibus terris Regni nostri, vacationibus Capitaneatuum generalium, & particularium, per cessum vel decessum contingentibus, libri Castrenses eorundem cedentium, vel decedentium Capitaneorum, de locis Capitaneatuum vacantium, quoquam minimè deferantur: sed sub testimonio reponantur, in Prætorijs, in Cistis, ad hoc specialiter deputandis. quæ clauibus Palatini, & Iudicis Terræ illius, in qua Capitaneatus consistit, & Capitanei pro tempore existentis, claudi & aperiri debeant.

Rex antiquos Libros Castrenses conquiret: & in Prætorijs reponet: sub clauibus, Palatini, Judicis, & Capitanei.

Albertus Petriconia 1496. Fol. 109.

QVoniam autem ad hanc ipsam Constitutionem mouebamur iacturis, & iniurijs, subditis nostris ob carentiam librorum eorundem annis superioribus contingentibus: idcirco licet omnis constitutio communiter ad futura referatur: tamen quia libri Capitaneorum præteritorum, continent (vt verisimile est) non priuatam successorum Capitaneorum illorum præteritorum, sed communem necessitatem: Idcirco promittimus, volumus, & debemus, omnes & singulos libros, etiam vetustiores, quoscunq.

quoſcunq., vbicunq., apud quoslibet ſubditos noſtros, Spirituales, & Seculares, cuiuſcunq. ſtatus & conditionis exiſtentes, intellexerimus eſſe, autoritate Regia noſtra rehabere: mandareq. & efficere, eoſdem præteritorum Capitaneorum, tam cedentium & decedentium, quàm aliorum viuentium, reponi in ciſta, vel ciſtis ſpecialibus: quæ cum eiſdem libris, in Prætorijs Ciuitatum obſeruabuntur fideliter, ſub tribus clauibus prædictis: videlicet Palatini, & Iudicis terræ illius, ac Capitanei pro tempore exiſtentis. Quæ tandem ciſtæ, & Libri aperiantur, in Terminis Iudiciorum Terreſtrium: & literæ ex eiſdem, ſub Titulo & Sigillo eiuſdem pro tempore exiſtentis Capitanei, quibuslibet petentibus extradantur. pro quibus præteritorum Capitaneorum literis, ipſi pro tempore exiſtentes non aliter ſalaria præſumant exigere: quàm exigi conſueuerunt, pro actibus coram eis geſtis, atq. ſcriptis. Id autem, & quicquid præſentibus, & alijs his inſertis & non inſertis Regni Statutis ſancitum eſt, ad futuros volumus euentus referri.

De Libris Capitaneorum Maioris Poloniæ, in Prætorio Ciuitatis Poſnanienſis conſeruandis.

ERrores vetuſtos abolere volentes, & Statuta ob id condita approbantes, Decernimus: vt Capitanei Maioris Poloniæ generales, ſiue poſt mortem, ſiue per immutationem, libros Actorum Officij ſui ſuos, & quoſcunq. alios prædeceſſorum ſuorum, iuxta Conſtitutionem vetuſtam, in Prætorio Poſnanienſi, in conclaui reponant & reſtituant. & mandamus, ſub pœna centum Marcarum: vt omnes, quicunq. libros quorumcunq. Capitaneorum, eorum, qui Capitaneatum Maioris Poloniæ quondam adminiſtrârunt, infra hinc & feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ proximè futurum reſtituant: & in Prætorio reponant. vt præmiſſum eſt. Capitaneus autem modernus, ſit obligatus facere diligentiam, in exquirendis Libris huiuſmodi. Quos quidem ſi qui reſtituere noluerint: totiens, quotiens moniti fuerint, pœnam centum Marcarum, fiſco noſtro applicandam, ſoluere irremiſsibiliter teneantur. Si verò quis, eiuſmodi Libros ſe non habere contenderit: Iureiurando id probare tenebitur, Quòd eos non habeat, nec de eis ſcit. *Sigiſ. Cracou. 1510. Fol. 11.*

ADVITALITAS.

Omnes Aduitalitates ſunt ſeruandæ.

ADuitalitatum literæ à nobis conceſſæ, per omnia, ſecundum earum tenorem, per nos ſeruabuntur. *Sigiſ. Petricou. 1538. B 4.*

Eædem Aduitalitates, & Conſenſus, rata eſſe debent.

Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550. ATtamen Aduitalitates, & Conſenſus omnes, iuxta Statutum, in robore relinquimus: & quę Iuri communi non ſunt contraria.

Aduitalitates conceſſæ ſeruentur.

Idem Rex. ADuitalitia omnia, iuxta Statutum, in robore conſeruamus: quæ quidem Iuri communi non ſunt contraria.

Forma inſcribendæ Aduitalitatis.

Sigiſ. Petrico. 1523. Fol. 46. COmparentes perſonaliter coram Iudicio, Nobiles N. de N. & N. de N. coniuges, ſani mente & corpore exiſtentes, & vſi amicorum conſilio, publicè & per expreſſum recognouerunt: quia omnium bonorum ſuorum hæreditariorum, & obligatoriorum, mobilium, & immobilium, quæ nunc habent, & in poſt habebunt, inuicem & mutuò conceſſerunt ſibi vſumfructum, ad tempora vitæ ſuæ, tali videlicet modo: Quòd ſi præfatum N. prius, quàm prædictam N. mori contigerit: extunc ipſa N. bona omnia, tam mobilia quàm immobilia prædicti N. obtinebit, & poſſidebit, cum omni Iure & dominio, & proprietate, nihil excipiendo: illisq. vtifruetur, ad tempora duntaxat vitæ ſuæ. Poſt mortem uerò prædictæ N. bona præfata, tam mobilia quàm immobilia, totaliter pleno Iure, ad ſucceſſores prædicti N. deuoluentur: ſine quouis impedimento, & contradictione ſucceſſorum præfatæ N. Et ſimiliter, ſi contigerit prædictam N. priùs mori, quàm ipſum N: extunc præfatus N. bona omnia, tam mobilia quàm immobilia præfatæ N. obtinebit, & poſſidebit, cum omni Iure, dominio, proprietate, & omnibus eorundem bonorum pertinentijs: illisq. vtifruetur, ad tempora duntaxat vitæ ſuæ. poſt mortem verò prædicti N. bona præfata, quæcunq. ipſam N. concernebant, ad ſucceſſores prædictæ N. totaliter deuoluentur: ſine quouis impedimento, & contradictione, præfati olim mariti ſucceſſorum.

AEGER.

Tantum Rex mittet ad ægrotos.

Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550. OCcurrendo difficultatibus hominum, quæ forſan ſuboriri poſſent, Statuimus: Quia nulli Officiales debent ad quenquam equitare, ſuſcipiendæ Inſcriptionis, ſeu Recognitionis alicuius cauſa: neq. ſuſcipere debebunt vllius Recognitionem, cuiuſcunq. ſtatus hominis, duntaxat

circa

circa Acta: cùm fiet personaliter constitutus ad Acta, sanus mente. Quòd autem attinet personam nostram, hoc ita relinqui debet: prout fuit ad hoc tempus conseruatum. quia circa personam nostram mittere nobis liberum erit, advnumquenque ea re egentem, & in infirmitate decumbentem.

AGER.

SI quis excolat, vel seminet agros alicuius violenter: semine careat in eisdem agris seminato, cum pœna *Piątnadźiesta.* *Kazim Mag. Visliciæ 1768. Fol. 28.*

ALIENATIO.

Rex non alienet terras Regni Poloniæ.

SEd quia Corona Regni prędicti, per has successiones possit aliquo modo diuidi, rumpi, vel quouis modo violari: promittimus bona fide, absq. omni dolo cuiuslibet fraudis, sub Sacramento Fidei nostræ, ipsam Coronam Regni Poloniæ semper saluam, & integram, ac illibatam conseruare: & nullas terras, vel partes earum, ab ipsa alienare, vel minuere: sed eam augere, & recuperare. velut in Coronatione nostra, sumus & fuimus obligati nostris munimentis. *Ex Priuil. Ludouici, Kassouiæ dato: 1375. Fol. 40.*

¶ Reliqua, de Alienatione bonorum Regalium, Vide in Titulo, BONA REGALIA.

ALIENAS RES qui tollit in fundo non dislimitato, quis citandus: Vide in Titulo, KMETO.

ALVEVS, Vide in Titulo, ELVMEN.

ANNATAE.

Annatæ ne dentur Rom. Pontifici amplius: sed potius in defensionem Reip. conuertantur.

SAtisfaciendo postulationibus Dominorũ Consiliariorum nostrorum Secularium, & Nuntiorum terrestrium, mittemus ad Sanctum Patrem Papam, petitum Annatas: vt ne eas, de Regno efferri permittamus: sed vt remaneant, pro defensione Reip. in Regno. Quòd si easdem impetrare non possumus: tum iam extunc renuntiare illi debemus, easdem nos neque daturos esse, neque efferri vlla ratione permissuros. *Sigism. Crac. 1543.*

De eisdem Annatis.

Sacra

Idem Rex. SAcra M. Regia, inter alias Legationum causas, apud Rom. Pontificem contendet: vt Annatæ maneant in Regno, ad Reip. tutelam.

ANNI DISCRETIONIS.

Sed licet Tutores debent resignare bona Pueris, postquam nacti fuerint annos 15: tamen Pueri, ante annum 24, non possunt illa bona alienare, absq. consensu amicorum.

Consuet. terræ Crac. Fol. 120. ITem quemadmodum ex Statuto communi, Tutores tenentur Resignare bona puerorum, dum habent annos quindecim: pueri verò bona sua accipiendo, vti debent eis: sic nihilominus Iure sit prouisum, prout fieri consueuit: quòd ipsi pueri bona vendere, obligareq. non debeant, sine consensu amicorum, consanguineorum: donec habebunt annos viginti quatuor transactos.

ANNVS GRATIAE.

Statutum Lutkonis, Episcopi Cracouiensis, ad tempora Anni gratiæ.

Fol. 51. STatutum Domini Ioannis Lutkonis, Episcopi Craco. est: quòd quilibet Prælatus, Canonicus, Altarista, Plebanus, Vicarius, & ex quocunq. titulo beneficiatus, curatus, & non curatus, in vniuersa diœcesi Crac. si moritur in primis tribus Mensibus anni, incipiendo à Circumcisione Domini: habeat quartam partem omnium introituum: iuxta verum valorem suorum beneficiorum: sed successori frumenta æstualia relinquat, ad seminandum prædium. si in tribus secundis Mensibus: habet medietatem. si in tertijs tribus Mensibus: habet tertiam partem, de frumentis hyemalibus, ad quantitatem prædij non seminati successori relictis, sed in residuis Mensibus, habet totum.

APES.

Apum fur quomodo expurgatur.

Kazim. Mag. Fol. 17. PEtrus traxit Ioannem ad Iudicium: asserens, quòd apes, seu mellificia ipsius, tempore nocturno, furtiuè ad domum propriam deportasset. quod se offerebat probaturum. Ioannes autem negabat se hoc fecisse: sed dicebat, suum proprium mel (vt decuit) in domum suam propriam deportasse.

portasse. Tandem Petrus per Iudicem pluries interrogatus: si per eos, qui vidissent apes, seu mellificia sua, per Ioannem recipi, & in suam domum deportari, intentionem suam posset probare: respondit Petrus, quòd tales testes de visu, nullo modo posset habere. Nos itaq. statuendo decreuimus, In tali casu Iuramentum Ioanni imponendum: si aliâs fuerit bonæ famæ: & pro expurgatione asserenti, quòd proprium suum mel, in domum deportabat.

De apum mellifficijs.

MEllificia in nemoribus, seu Borris, alterius Domini Kmetones tenentes, aut Iure hæreditario posidentes, & sub alio degentes, de tributis, aliâs Dáni, seu melle, respondere tenentur domino nemoris: in quo huiusmodi mellificia habentur. Quòd si in solutione tardi fuerint: tunc Dominus poterit pro tributo suo iudicare, & impignorare illos: & Dominus, sub quo degit, non debebit eum defendere: sed cum eodem iusticiam petenti tenebitur ministrare. vt de communi Molendinatore, etiam in libro pri ori est prænotatum. *VVLAdislaus Crac. & Varsa: 1433. Folio 46.*

Si quis apisteria succidat.

SI quis autem arborem cum apibus succiderit: passo damnum Marcam, & Iudicio alteram. qui verò sine apibus, tamen ad apes aptatam arborem succiderit: passo damnum Marcam mediam, & Iudicio pariter mediam, conuictus exoluat. *Kazim. Mag. Visticia, 1368. Fol. 34.*

APPELLATIO.

Appellationes, etiam Rex in Comitijs iudicat.

ITem à Sententia Iudicis Terrestris, vel Castrensis, licet vnicuiq. verbo, ad Colloquia Generalia: vel in defectu illorum, ad Conuentum Regni appellare.

Sed à Colloquiali decreto, iterum Regia M. appellatur.

POterit autem quilibet appellare, de Terminis prædictis generalibus, ad Regiam Maiestatem, tanquam Iurium omnium Dominum superiorem, pro iusticia consequenda. *Sigis. Petric. 1523. Fol. 37.*

Nihilominus à Sententia Judicis Castrensis, vel Terrestris, licet vnicuiq. verbo, ad Colloquia generalia, vel ad Conuentum Regni appellare.

CAsu verò, quo aliquis Iure victus existens Sententiam Iudicis susci-
pere noluerit, volumus id pro Iure obseruari: vt liceat vnicuiq., à Sen-
Sigis. Petricouia, 1523. Fol. 37. tentia Iudicij Terrestris, vel Castrensis, non per viam Motionis Iudicis, sed simpliciter verbo appellare, ad Terminos generales, tempore Quadragesimæ, annis singulis, totiens quotiens, in locis ad id deputatis celebrandos. Quibus terminis Barones Regni, videlicet Palatinus, Castellanus, & cæteri Dignitarij, & Officiales terræ illius, interesse tenebuntur: sub pœnis, in Statuto contentis. Et in defectu Terminorum generalium, pars appellans contra appellatam, in Conuentione generali Regni, extunc in proximo celebranda, causam hanc suam, vigore Appellationis suæ huiusmodi poterit prosequi, & iusticiam suam experiri: Iudice, à quo prouocatum seu appellatum fuit, sine quauis reprehensione remanente. Nihilominus Iudicium, à quo appellabatur, tenebitur partibus litigantibus, dare in scripto Propositiones & Responsiones, & eorum controuersias, ex Actis suis: terminumq. præfigere, in Terminis generalibus: vel in defectu Terminorum, coram Regia Maiestate.

Vt eadem Appellatio, seu motio Judicis Castrensis, omisso Capitaneo, ad Regni Comitia fiat.

Sigis. Petricouia, 1523. B 2. QVia non infrequenter accidere solet: quòd ob longam Capitanei absentiam à Capitaneatu, vel alias ob causas, homines in Iudicio Castrensi grauati, in assequutione iusticiæ negliguntur, aut retardantur: Decernimus, vt deinceps in causis, à Iudice Castrensi, omisso Capitaneo, ad Conuentionem generalem, iuxta priora Statuta, Motio fiat.

Appellare, seu Judicem mouere, liberum. qui verò non appellat: iam Sententia transit in rem iudicatam.

PEtrus agebat contra Mathiam Iudicem: quòd in causa, quam coram ipso habuit, iniustam & iniquam sententiam contra ipsum promulgasset: à qua tamen sententia, quando ipsam Iudex tulit, idem Petrus non prouocauit, nec appellauit. Nos itaq. huiusmodi sententiam Iudicis, quæ non fuit aliqua prouocatione suspensa, declaramus transiuisse in rem iudicatam: prædictum Petrum ad pœnam debitam, aliàs pro Iudicibus expressam, condemnantes.

Kazim. Mag. Vislicia, 1368. Fol. 26.

Kazim. Mag. Vislicia, 1368. Folio 32. STatuimus: vt si aliquis Iudex ordinarius, vel delegatus, timore Dei postposito, vtiq. sententiam tulerit contra aliquem clientulum, alteri parti ipsum condemnando, super hæreditate, aut alia re certa in Iudicium deducta: propter hoc pars damnata, ad superiorem appellet.

Appella-

Appellationem & Motionem prosequi vnicuiq. licet

DE Appellationibus, seu Motionibus, quæ à sententijs seu decreto Iudiciorum Terrestrium, Castrensium, & aliorum quorumuis, ad Terminos generales, tempore Quadragesimæ (aliâs tempore legitimo) celebrandos, vel ad Conuentum generalem Regni nostri, extunc proximè celebrandum fieri solent, Declaramus: & ita obseruari decernimus: vt tam Appellanti, quàm eius parti aduersæ, liceat Appellationem seu Motionem prosequi, in Conuentione generali, vel Terminis generalibus: quod illorum, post Appellationem factam, prius celebrari contigerit. iuxta normam, in processu Iudiciario noui Statuti, descriptam. *Sigism. Craco. 1532. B 1.*

¶ Cùm quis per Appellationem redarguit Sententiam, & reperitur lata iustè, qua pœna puniri debet: Vide in Titulo, SENTENTIA.

¶ Appellatio ex Colloquijs, ad Comitia fiat. Vide in Titulo, COLLOQVIA.

ARBOR FRVCTIFERA.

ARborem fructiferam excidens, 12 Grossos soluat, cum pœna *Piątnadźiesta.* ¶ Alia de excisis arboribus in syluis, Vide in Titulo, SYLVA. *Kazim. Mag. 1258. Fol. 27.*

Plantationes & insertiones pomarij destruentes, & euellentes.

STatuimus, & decernimus: quòd si aliquæ plantationes, iam insertæ & radicatæ, euellantur & extirpentur: etiam si fuerint propriæ ipsius extirpantis, qui debet medietatem illarum plantationum dimittere in solo, seu Area: pœna sex Marcarum teneatur. *Kazim. Mag. Fol. 27.*

ARCHIEPISCOPVS GNESNENSIS.

Vide in Titulo, ELECTIO REGIS.

ARESTATIO.

Kmetones etiam ne arestentur, in Ciuitatibus: sed in loco domicilij, in Villis, iustitia de eis petatur. Quòd si Dominus loci iustitiam de eis ministrare noluerit: Jure impetendus est. alioquin, pœna sex Marc. in Ciues secus facien. decernitur, per Capitau.

Albertus Petricouia. 1496. Fol. 99.

ITem propter deordinationem Kmetonum: dum videlicet tanquam nulla lege astricti, quidam eorum in superbiam efferuntur: pretiosis vestiuntur: expensasq. sumptuosas, & alia faciunt, quæ illorum conditioni minimè conueniunt: sicq. debita inter ciues contrahunt, excedentia bona Kmetonalia: pro quibus tandem debitis, Ciues consueuerunt Kmetones in Ciuitatibus, & Oppidis arestare, detinere, aut citare, Iure illo omisso, ad quod Kmeto pertinet, domicilij ratione: Statuimus, ad præcludendam debitorum Kmetonalium viam: vt Ciues, pro debitis quibuslibet, quacunq; ratione contractis, etiam in libro Ciuili inscriptis, vel non inscriptis, Kmetones citare, arestare, detinereq. non debeant, neq. possint, in Ciuitatibus & Oppidis prædictis: sed pro eisdem decernimus, Kmetonem in Iure hæreditatis quam incolit conueniendum: iuxta formam Iuris. Et si Dominus Iusticiam ministrare differret: essetq. occasio Ciui, contra Dominum pro Iusticia conquerendi: tunc Ciuis Dominum loci conueniat pro Iusticia, Iure, ad quod Dominus loci illius, hæreditatis ratione videbitur pertinere. sub pœna sex marcarum, in Ciue secus faciente, exigenda. Pro qua Ciues, ad loci Capitaneos citabuntur, per medium, & parti, & Iudicio soluenda: atq. Iure Terrestri repetenda. Et nihilominus Ciuis, ad damnorum solutionem, & rerum cum Kmetone receptarum restitutionem, villæ illius Domino, vnde Kmeto fuerit, sit Iure præsentis Constitutionis obligatus. Quo in casu, locorum Capitanei habeant facultatem illos iudicandi. non obstante, quòd in præinserto Priuilegio, quatuor duntaxat Articulos sint cognituri.

De arestandis pecunijs.

Consuetudo Crac. Fol. 123.

ITem homini possessionato, non debent pecuniæ arestari. excepto, quòd si minorē possessionem habet: quàm illud, pro quo citatur: tunc pecuniam fideiubebit ex Aresto, quia videlicet parebit Iuri, & Iudicatis.

Boues, similiterq. aliæ res, si Facie teneantur & arestentur, Capitaneus iudicat, in vna septimana Termino præfixo.

Consuetudo. 1505. Fol. 123.

ITem Terminus Facie tenus datus, aliâs qui Facionatus dicitur, in vna septimana dari debet. Sic dum res aliquæ arestantur cum Ministeriali: tunc si non restituit ille, apud quem fit Arestatio, ponit Terminum Ministerialis illi, apud quem est Arestatio facta, comparendi coram Capitaneo in vna septimana.

¶ De Arestatione Kmetonum fugitiuorum, Vide in Titulo, KMETO.

¶ De Arestatione impossessionatorum, Vide in Titulo, IMPOSSESSIONATI.

AROMATA.

Quæ aromata aliquo sint pretio vendenda.

CONsiderantes nos, plerosq. Mercatores domesticos, & etiam externos, per monopolia: qui constitutiones suas Aromatum, & rerum omnium exoticarum pretia, magis in dies augere: in magnum vniuersorum subditorum nostrorum grauamen: Regnumq. nostrum, pro libito suo emungere: in quo frequentior vsus ipsorum Aromatum, & aliarum rerum prædictarum, quàm alibi, esse solet: volentes ea ipsa pretia earundem rerum, ad certos moderationis fines reducere, & ad communem Reip. vtilitatem contemperare: multorum potiùs, quàm paucorum commodo consulentes: Statuimus, & decreuimus, in Conuentu generali Petricouiensi proximè præterito, de consilio nostrorum Consiliariorum, illic nobiscum existentium: vt tam ipsa Aromata, quàm etiam Vina propinatoria, à Festo Resurrectionis Domini proximè futuro, hoc ad summum pretio vendantur, & emantur: videlicet, Libra Piperis, octo Grossis: Libra Croci, vna Sexagena: Zinziberis Libra, octo Grossis: Caryophyllorum, media Sexagena: Libra Cinamoni, media Sexagena: Libra Florum Muscati, etiam media Sexagena: vnus Lapis Sacchari, vna Sexagena & quindecim Grossis: Olei Oliuæ vnus Lapis, quadraginta grossis: Lapis Amigdalarum Venatarum, tribus Fertonibus: Lapis verò Amigdalarum, quæ ex Gedano afferuntur, triginta Grossis: Lapis vuarum passarum minorum, triginta Grossis: vuarum verò passarum maiorum Lapis, quindecim Grossis: Lapis Risi, decemocto Grossis: vna Libra Cynimi, vno Grosso. Vini Sermiensis vna Quarta, vno Grosso cum medio: Vini verò Terrestris Hungarici vna Quarta, vno Grosso ad summum soluatur, & emetiatur. Malmatici Græci vna Quarta, duobus Grossis: Malmatici Italici & Muscatellæ vna Quarta, pretium trium Grossorum non excedat. Qui autem Aromata, & res prædictas, pretio statuto vendere non posset: illa ad Regnum inferre, & educere nullo modo audeat: sub amissione earundem rerum: quas contra prohibitionem nostram aduexerit, seu vendiderit. Statuimus insuper & decreuimus: vt aurum, & argentum filatum, etiam sub amissione, & confiscatione illorum, nequaquam deinceps ad Regnum nostrum vehantur, & vendantur. Vt autem huiusmodi Constitutio nostra effectum suum accipiat: vobis omnibus & singulis supradictis, cuiuscunq. ordinis, & conditionis existentibus, districtè mandamus: vt ab ipso Festo Resurrectionis Domini proximo, nemo maiori precio, quàm supra expresso, Vinum Sermien̄ & terrestre Vngaricum, necnon Malmaticum, & Aromata, aliasq. res prædictas, sub earum amis-

Sigimf. Craco. 1524.

sione, vbiuis in Regno nostro vendere: & prædictum aurum, & argentum filatum, amplius in ipsum Regnum nostrum inferre audeat: sub earundem rerum amissione. Quocirca vobis, & præsertim loci Capitaneis, & eorum Vicesgerentibus, ac Ciuitatum & Oppidorũ Proconsulibus, & Consulib. mandamus: vt hanc Constitutionem nostram, in Ciuitatibus, & Oppidis, & apud Ecclesias Parochiales, diebus festis, per publicam proclamationẽ, ad vniuersorum quorum interest noticiam, denuntiari faciatis. Vos verò Palatini, & Capitanei, in custodiendo & perueſtigando, ne quis eandem Constitutionem nostram transgrediatur, curam & diligentiam omnem, vnà cum Teloncatoribus, quos vobis ad hanc curam & custodiam adiungimus, adhibeatis: & quoscunque offenderitis, vel deprehenderitis, in inuectione, & venditione aliquarum rerum ex prædictis, contra hanc ipsam inhibitionem nostram excesisse: easdem res pro fisco nostro Regio capiatis: & pro nobis fideliter, & integrè conseruetis. sub pœnis, contra Capitaneos & Officiales negligentes statutis, & pro gratia nostra, aliter non facturi.

AROMATARII.

Doctores Medici, Apothecas & Aromatarias quotannis reuideant.

Sigis. Perricouia, 1523. Fol. 31.

QVia pleriq. sunt Aromatarij, qui non habitis rebus ad medicinas necessarijs, vnam pro alia ponere solent: vel ex rebus vetustis, & euaporatis, ipsas medicinas conficiunt: vnde pleriq. homines venire solent, in magnum vitæ suæ discrimen: Statuimus, & decernimus: vt deinceps Doctores Medicinæ, in Ciuitatibus vbi degunt, Apothecas, & Aromatarias, diligenter singulis annis reuideant: eisq. ipsi Aromatarij omnia exponere, & ostendere teneantur: sub pœna priuationis Apothecæ. Doctores verò tales Aromatarios, vel contumaces, vel non habentes res necessarias, & valentes, Nobis & Consulatui deferre, & manifestare tenebuntur: sub gratia nostra.

AVENA.

Cuiaw. & Dobrin. terra, ab auenæ tributo libera.

VVladisla. Iagello, Fol. 52.

ITem omnes incolæ terrarũ Cuiavv, & Dobriñ, de Auena solita, quam nobis soluere consueuerũt, ad decem annos duntaxat, nobis respondere sint astricti: quibus euolutis, ab huiusmodi Auena liberi sint, & exempti.

Russia etiam à tributo Auenæ libera.

De Auenæ

DE Auenæ verò contributionibus, nobis ad tempora vitæ noſtræ, ſola Ruſsia reſpondebit. *Vladiſla. Iagello, Iedine, 1433. Fol. 52.*

AVREVS NVMVS.

Aureus Vngaricalis, 30 Groſsis æſtimatur.

ITem cùm cerneremus varietates committi multas, in valore auri Florenorum: cùm quilibet, prout vnicuiq. libet, illos pro priuato æſtimat iudicio: interdum maiorem, interdum minorem æſtimando: quod fit non abſq. Reip. incommodo: Itaq. ordinare cupientes, ne in futurum, pro & ſuper valore ipſo Florenorum errores commitantur, Statuimus, & decernimus: vt in Regno noſtro vbiq. valor Floreni certus, videlicet mediæ Sexagenæ habeatur, obſerueturq. euiternè. pœnam conſtituentes 30 Florenorum Vngaricalium, ab illis, qui per alium valorem, aut vendere, aut emere Florenos viderentur, per locorum Capitaneos irremiſsibiliter, ſub priuatione Capitaneatuum, exigendam: noſtro inferandam ærario, pro auro argentoq., ad Monetariam noſtram comparandis. *Ioan. Alb. Petrico. 1496. Fol. 103.*

Poſtea 32 Groſsis Aureus æſtimatur.

CVm ex auri congerie operum fit incrementum. quod quidem tanto minus haberi conſueuit: quanto maiori venderetur. Vt igitur ſubditis noſtris vtcunq. opitulemur, ad acceſsiones opulentiores, quæ ex auri fiunt copia, Decernimus & ſtatuimus: quòd valor Flor. Vngaricalis 32 Groſſ. non excedat. aliter, emens & vendens puniatur, iuxta conſtitutionem Piotrkouienſem, anni præteriti: aliâs iuxta conſtitutionem Alberti Regis, Fratris noſtti. *Alexand. Radom. 1505. Fol. 118.*

BANNITIO.

Si Bannitus defenderet ſua bona.

POST factam Bannitionem, in quantum idem victus, bona ſua Iure amiſſa defenderet, executioni brachij Regalis ſe opponendo: extunc iuxta Regni Statutum, vniuerſa Nobilitas terræ, diſtrictus eiuſdem, in quibus bona victi conſiſtunt, vnâ cum Capitaneo loci mouebitur, cum apparatu bellico, contra victum rebellem: ita quòd poterit de bonis ſuis repelli, & reiici. Et ſi talis rebellis poterit in perſona ſua comprehendi: talis cum complicibus ſuis comprehendatur: & mancipatus turri includatur: & ipſius vita in graria noſtra conſiſtat. *Sigiſm. 1523. Fol. 36.*

De ſubla-

De ſublatione Bannitionis.

Sigiſ. Auguſt. 1557. SVblatio Bannitionis, quæ dari conſueuit malo progreſſu Iuris procedente, ſi quando prorogari debet: tenebitur is, cui datur, citare partem ad Officium: quando talis ſublatio proclamari debet. ibidemq. probari debet: Quòd nullum gradum Iuris omiſit, probando contra ſe malum proceſſum eſſe. Si verò id non demonſtraret: tùm talis ſublatio locum habere non debet.

BELLVM.

Bellum, quale & quem ob finem.

Sigiſm. Petricouia, 1523. Fol. 92. ITem vt expeditio bellica ordinato modo fiat: ad tuitionem Regni, & non eiuſdem deſtructionem cedat.

Bellum in Comicijs decernatur: inſperato caſu excepto.

Kazimir. in Nieſzovva Fol. 95. ITem pollicemur: quòd neq. terrigenis ad bellum moueri mandabimus: abſq. Conuentione communi, in ſingulis terris inſtituenda.

¶ EXCEPTIO. Quia tamen incerta eſt futurorum euentuum cognitio: nec aduerſus illos certa conſilia dari, aut prouiſiones fieri poſſunt: erit in poteſtate noſtra, ex decreto præſentis Conuentus, generalem belli motionem facere. vbi talis neceſsitas ingrueret: vt illi, per præſidia decreta obſtari non poſſet. *Sigiſm. Craco. 1527.*

Conuentus prouinciales, bellum quoq. antecedent.

Ioan. Albert. 1495. Fol. CV. ITem quoniam conuenimus, cum vniuerſis ſubditis noſtris: vt quamlibet Expeditionem bellicam generalem, Conuentiones particulares, in locis conſuetis, ſecundū conſuetudines ex antiquo ſeruatas, præcederent: itaq. ſtatuimus, quòd nos, ſucceſſoreſq. noſtri, quotienſcunque Expeditionem bellicam vellemus indicere, ſeu vellent, neceſsitateq. quacunq. expoſcente: totiens Conuentiones particulares inſtituere debebimus, & debebunt: videlicet Terrigenis Cracouienſis terræ, in Proſſovvice: Sandecenſis, & Biecenſis, in Czchovv: Sandomirienſis, in Novvemiáſto: Maioris Poloniæ, & VVſchovvenſis, in Srodá: Siradienſis, & Vielunenſis, in Sirádia: Lancicienſis, & Cuiáuienſis, & Brzeſtenſis, in Brzeſcie: Dobrinenſis, in Ripin: Goſtinenſis, & Socháczovvienſis, in Ripin: Rauenſis, in Rávvá: Lublinenſis, & Lukouienſis, in Vrzędovv: Chelmenſis, in Rubieſzovv: Belzenſis, in Busko: Premiſlienſis, in Mosciská: Podoliæ, in Kámieniec: Sanocenſis, in Sanok: Leopolienſis, in Viſzniá: Halicienſis, in

sis, in Trebovvla: ad consulendum necessitati, tunc fortasis nobis, & Reip. Regni nostri imminenti.

¶ SIMILIS. Bellicam expeditionem generalem, non nisi deliberatè, & ex legitimis rationibus & causis, & necessitate publica, futuris temporibus instituemus: secundum dispositionem Statutorum, præmissis generali & particulari Conuentibus. Cùm verò Expeditio bellica fuerit instituta: ad illam immutandam, Conuentiones indici non debent. ne cùm ex decreta & publicata expeditione, præparationes ad bellum Nobiles fecerint, si eodem tempore contribuere cogerentur, duplici sumptu onerentur. *Sigism. 1538.*

Literæ Restium Bello præmittendæ.

STatuimus & ordinamus: quòd dùm bellum generale, iuxta Statuta antiquiora, per nos, & successores nostros, indictum fuerit: extunc trinæ literæ Restium, seorsim siue successiuè mittantur: & in ultimis literis Restium, nominabitur dies Conuentionum particularium, in districtibus. Pro quo tempore Castellani districtuum, tenebuntur, cum Nobilitate conuenire: & constituere inter se vnanimiter diem, ac locum. ita quòd Nobiles districtuum, cum suis Castellanis, ad locum generalis belli designatum procedant. Et Castellanus, in profectione de Nobilitate conquerentibus, super damnis & iniurijs iustitiam faciat: inobedientes autem nobis, & successoribus nostris deferat. Quòd si deferre neglexerit: extunc damna pasis persoluat. Si uerò idem Castellanus, ægritudine, vel alia aliqua causa absens fuerit: vel transire non poterit: extunc in locum suum, alium idoneum Nobilem deputabit ad præmissa. *Sigism. Bydgostiæ 1520. Fol. 25.*

Qui à bello liberi sunt.

ITem statuimus: quòd in eisdem Conuentibus particularibus, licebit eisdem Castellanis, ægrotos ad bellum proficisci non valentes, cum aliquibus Nobilibus reuidere: & tandem nobis, & successoribus nostris deferre: ac deinde coram nobis, & successoribus nostris, nomine talis ægroti, testes quatuor Nobiles idonei nominabuntur. Qui testes quatuor, vel alij electi Nobiles testes nominandi, iurare debent, super vera infirmitate, cum eodem ægroto conualescente. Sed si ipse infirmus, cum quatuor testibus non iurauerit, super vera infirmitate: extunc talis ægroti bona impetrata, debent secundum donationem nostram, vel successorum nostrorum, suum effectum sortiri, & nihilominus talis ægrotus expeditionem debitam faciet bellicam. *Sigism. Bydgostiæ 1520. Fol. 25.*

¶ SIMILIS. Cauebimus deinceps Nos, & posteri nostri: ne aliquem,

Sigis. Petric. 1538. B4.

quem, qui ad obeundum ſeruitium bellicum, de iure eſſet obligatus, ab expeditione bellica generali liberum & exemptum faciamus: præter ægrotantes, ſenio confectos, & in neceſsitate Reip. exiſtentes: & præter Vicecapitaneos illorum locorum, vbi ſunt Iudicia: & in limitibus Regni arcibus præſidentes.

Sigiſ. Auguſ. 1550.

¶ SIMILIS. De liberandis hominibus à bello, iuxta veterem conſuetudinem, & commune Ius, nos conſeruabimus.

In bello luſtratio Militum.

Hæc luſtratio inſtituta erat 1545. anno.

LVſtratio omnium ordinum, Spiritualium & Secularium, Ciuium & Colonorum, ad profectionem expeditionis bellicæ, fieri debet in vniuerſo Regno vno die: hoc eſt, pro feſto S. Adalberti, anni proximè inſequentis 1545. Interea autem debent ſeſe parare. Quomodo autem, & coram quibus, hæc luſtratio fieri debeat: tum in Palatinatibus, an in terris ſiue diſtrictibus: in proximis Comitijs, de conſenſu omnium ordinum ſtatuetur. Quòd ſi luſtratio hæc, poſt expletionem rerum omnium, ad eam pertinentium, effectum ſuum erit ſortita: nihilominus alia vice conſtituenda non erit: niſi ex Comitiorum decreto.

Spiritualis ſi ſe in luſtratione non ſtiterit.

QVando luſtratio hæc effectum ſortietur, ad diem ſupraſcriptũ quiſq; ordo, tam is qui per ſe, quàm is qui per alios expeditionem facere tenetur, exhibere ſe debet: iuxta facultates ſuas, & modum ſupraſcriptum. Quòd ſi quis Spiritualiũ non fecerit: pœna in eum decernetur, quæ fuerit in Synodo conſtituta. quæ cùm exacta ab aliquo fuerit: in vtilitatẽ Reip. cedere debebit. Si verò Secularis is fuerit: ea pœna afficietur, quæ in Comitijs proximè futuris erit conſtituta. Quòd ipſum de Ciuitatibus, & earum expeditione: ſimiliter de expeditione Colonorũ, intelligi volumus.

In bellum, Lituanorum expeditio.

QVòd magnum ducatum Lituaniæ attinet: cùm eſſet rogata S. M. Regia, ab vniuerſa congregatione Comitiorum, à Conſiliarijs, & Nuntijs terreſtribus: vt illius Ducatus ſubditos ſuos, eô adduceret: quò & ipſi, ad ſimilem ordinationem & expeditionem generalem tenerentur, vnâ cum exercitibus Regni: aduerſus hunc ſuperius nominatũ hoſtem: Quoniam ſcit S. M. Regia eſſe id in poteſtate ſua, vt liceat illi, quandocunq; libet, imperare ſubditis ſuis Magni Ducatus Lituaniæ: vt ad bellum, quocunq; iuſſerit, proficiſcantur: pollicita eſt: Quòd cùm Regni homines,

ad eam

ad eam expeditionem, contra talem hoſtem profecti fuerint: fore, vt etiam Ducatus Magni Lituaniæ homines, ſecundum facultates ſuas, ad eandem expeditionem, cum illis ſe coniungant. Quando tamen Conſiliarij Regni ſui tam ſollicitè ea de re, cùm ea egerunt: vt eô adduceret ſubditos ſuos Ducatus ſui Lituaniæ: vt in ſuſcipienda propugnatione in vtramq; partem, vni alteros adiungentes, contra eum hoſtem, qui ex æquo vtriq; parti vicinus eſt, Regno adſint: & Nuntios ad conſentiendum, in primum generalem Conuentum mittant: cùm intelligat S. M. Regia, ſe nihil eiuſmodi promittere, aut conſtituere poſſe, de Magno Ducatu Lituaniæ, re ad Conſiliarios eius non relata: illud in ſe recipit: quòd omnem curam, & diligentiam adhibeat: vt etiam Ducatus Lituaniæ, ad hanc communem expeditionem, per Legatos ſuos, ad proxima Comitia mittendos, conſentiat: ac eſt bona ſpe: quandoquidem ab ordinibus Regni, fraternum illis promittitur ſubſidium: quòd & ipſi, quod ſummum poterint auxilium laboranti Regno ferre, non recuſabunt.

Pruſſorum expeditio, Zathorienſium, & Oſwiecinenſium.

TErræ Pruſsiæ, quoniam vltrò ſe facturas receperunt, vt contra vim hanc, facultatibus ſuis, nobis & Regno huic non deeſſent: mittet S. M. Regia Conſiliarios ſuos, ad Comitia, quæ in Maio menſe Mariemburgi habebuntur: vt ordinationem, quæ facta eſt hîc, illis declarent: & ad eandẽ illos inducant. Hoc idem de Zathorieñ. & Oſvviecineñ. promiſit.

In Bellum generalis expeditio, quando fieri debeat.

EXpeditio autem huiuſmodi generalis, fieri non debet: niſi certum ſit & indubitatum (quod Deus omen obruat) hoſtem rupto fœdere, quod ei cum S. M. Regia intercedit, aut ipſum per ſe in Regnum hoc impreſsionem facere: aut ingentem vim ſuorum populorum, qui eius imperio ſubſunt, ad depopulandum Regnum mittere velle: Quibus veteri debita expeditione reſiſti non poſsit: quandoquidem eiuſmodi expeditio, contra extremam vim & potentiam de conſenſu omnium ordinum eſt decreta.

Hæc ordinatio, etſi ita decreta eſt: quia tamen Nuntij Lituaniæ, Pruſſiæ, Zathorieñ, & Oſvviecineñ, Ducatuum deſiderabantur: à quibus conſenſus, ad mutuam & reciprocam huiuſmodi inter ſe bellicæ defenſionis coniunctionem, videbatur neceſſarius: ſtatutum eſt, & ab omnibus Regni ordinibus receptum: vt hæc omnia ita conſcripta, & concluſa, ſuſpenſa ad proximum Regni Conuentum maneant: Hac adiecta conditione: Vt ſi iſtorum ſupra expreſſorum Ducatuum Nuntij, ad Conuentum

Regni futurum, cum pleno mandato miſsi, ea in ſuos pro vtilitate Regni receperint: quæ regnicolæ ſuſtinere, ad illorum commodum volunt: tùm quæ ſunt concluſa, Sigillo M. Regiæ communiantur, & confirmentur omnia. Sin minus: abrogata omnia, & nullius roboris eſſe cenſeantur: & ſit liberum, aliud in Conuentu conſilium, de imminentibus periculis capere. Si verò (quod Deus auferat) hoc anno, antequam alia Comitia habeantur, magna vi hoſtis impetum faceret, modo ſupraſcripto: tum hæc conſtitutio ad defenſionem Regni, & ad reſiſtendum hoſti, robur habere debet.

Conſiliariorum conſenſus in expeditionem generalem.

QVibuſquidem Conſtitutionibus, infraſcripti Domini Conſiliarij, manibus ſuis propriis ſubſcripſerunt. Petrus Archiepiſcopus Gneſnenſis, & Epiſcopus Cracouienſis: Nicolaus Vladiſlauienſis: Sebaſtianus Poſnanienſis, Samuel Plocenſis, & vicecancelarius, Ioannes Chelmenſis, Epiſcopi. nec non Ioannes, Comes in Tarnovv, Caſtellanus Cracouieñ. Petrus Kmitha, Comes in Viſnice, Cracouieñ. Ianuſsius, Comes in Labiſsin, Poſnanienſis: Petrus de Sluzevvo, Caliſsienſis: Staniſlaus Laski, Siradienſis: Nicolaus Chodzieski de Potulicze, Brzeſtenſis: Ioannes de Koscielec Inovvladi, Palatini: Spitek de Tarnovv, Teſaurarius: & cæteri Dignitarij, & Officiales.

De Pruſsis iterum, Zathorien. & Oſwiecinen.

Sigiſ. Cracou. 1543.

TAmetſi verò incolas Ducatus Pruſsiæ iam eô adduximus: vt contra violentum hoſtem, nobis & Regno noſtro, omnibus facultatibus, ac etiam iugulis ſuis, ſe auxiliaturos receperint: quia tamen ſubditi Regni noſtri Poloniæ, minus quàm oportet, illos ſeſe facturos promiſiſſe affirmant: Quòd ſcilicet tantùm contra violentum & potentem hoſtem, auxilia ferre: non autem ſingulis annis, communem & ſolitam defenſionem ſuſtinere deberent: cùm ipſi non ſolùm in vna re, ſed in omni neceſſitate illorum, quò minùs eos defendant. nihil deuitent: Quodq; ſciant, ipſos in Chronicis ſuis habere deſcriptum: Quia ipſoſmet, vt liberarentur ex oneribus, & ſeruitute Ordinis, virtute ac potentia ſua adiuuerũt: vt omnino libertates eorum, ſanguine ſuo militari redemiſſe, atq; mercatos eſſe, ſit confeſſum. Illis ergo promiſimus, & promittimus: nos denuo velle Conſiliarijs noſtris, & ſubditis terrarum Pruſsiæ in id Comicia edicere: & Nuntium noſtrum ad eos mittere, Conſilijs ipſos eô adducendo: vt non ſolùm contra violentiorem hoſtem, verùm etiam vt vniformem ſingulis annis defenſionem, contra quoſuis Reip. hoſtes, cum ſubditis noſtri Regni communibus viribus ſuſtinerent. Qua quidem in re, ſi noſtris conſi-

lijs &

Iijs & adhortationibus obsequi noluerint: tum in primis Comicijs Regni nostri, Consilia Senatus nostri eo nomine exquiremus: Quid nam vlterius, in eo negotio facere debebimus. Quod autem de Ducatu Prussiæ scripsimus: hoc idem etiam de Ducatu Osvviecinensi, & Zathoriensi, facere volumus & pollicemur.

In bellum militum expeditio: & quòd intra fines Regni militare cogantur.

SEd quia in armata militia, honor Regis, & defensio totius Regni dependet: tenetur igitur quilibet miles, secundum quantitatem & possessionem bonorum suorum, & redituum, ad Remp. certis armatis hominibus seruire, & prodesse. dummodò bona illorum sint libera, & de Iure militari instituta: & absq; omni vexatione conseruentur. Decernimus etiam, quòd Barones & Nobiles nostri terrarum Poloniæ, nobis & nostris successoribus, in Regno nostro Poloniæ, quanto meliùs & efficaciùs poterint, teneantur militare: & armis se instruere, & seruire. Sed extra Regni metas, nobis seruire non sunt obligati. nisi ipsis satis competens satisfactio per nos impendatur: vel per nos specialiter fuerint petiti, & ad hoc rogati. *Kazim Mag. Vistic. 1368. Fol. 33.*

Damna in bello passis Rex persoluat: & ex captiuitate liberet.

QVòd si insultus hostium, in dictum Regnum inualescceret: tunc Nobiles ipsius Regni, ad repellendam eorum sæuitiam occurrant, cum omnimoda eorum potestate. Demum si nostro, & nostrorum successorum regiminis tempore, pro aliqua expeditione facienda, vltra fines Regni ipsius, procedere nos expediat: vel eosdem nobiscum, cum inimicis quibuscunq;, in eadem expeditione, conflictum seu bellum facere & inire contigerit: & aliqui ex ipsis, in eodem conflictu capti & detenti fuerint: damnaq; parua, vel magna perceperint: in rebus, & personis, ipsis plenariam satisfactionem impendemus. *Ex Priuilegio Lud: Cassouiæ, 1378. Fol. 40.*

Extra fines Regni in bellum proficiscentibus, & pro captiuitate, & pro damnis, Rex satisfaciet.

ITem promittimus, & spondemus: quòd dum ad requisitionem nostram, Nobiles nostri Regni, extra metas eiusdam Regni nostri, ad repellendam hostium sæuitiam transferre contigerit: ipsis satisfactionem condignam, pro captiuitate, cæterisq; damnis, Nobilibus faciemus. Metas verò, seu granicies sæpe dicti Regni memorati, Nobiles ab insultu & *Ex Vlad. Priuilegio Iedlnæ 1433. Folio L.*

incursu æmulorum & hostium, proprijs sumptibus tueri debent,& omnimodo teneantur. In casu verò, quo aliquis æmulus Regni nostri, quocunq; modo Regnum nostrum intrauerit: & cum eo conflictum, intra metas eiusdem Regni, terrigenas nostros facere contigerit: eisdem terrigenis pro captiuitate duntaxat. si verò extra metas, id ipsum fieri contigerit: tunc & pro damnis, si quæ (quod absit) incurrerint, & pro captiuitate, satisfactionem condignam impendere.

Qui captiuum adduxerit, Sexagenam pro præmio tollet. Extra fines Regni proficiscentibus, quinq; Marcæ dabuntur.

VVladisla. Iagello. Fol. L I.

ET si quis ex nostris Baronibus, Nobilibusq; Proceribus,seu terrigenis, aliquem vel aliquos, captiuum vel captiuos, cuiuscunq; status, conditionis, aut eminentiæ captiuauerit: illi, vel illis promittimus, à quolibet huiusmodi captiuo, dare & soluere vnam Sexagenam, monetæ in Regno currentis: & recipere pro nobis captiuum depactandum. exceptis Ciuibus, & plebeijs: quos ille, vel illi depactent,qui eos adduxerit,seu adduxerint captiuandos: pro libito suæ voluntatis. Item quòd quando ipsis præfatis nostris terrigenis,extra metas Regni nostri, expeditionaliter exire, seu se transferre mandabimus seu mandaremus: quinq; Marcas, super quamlibet hastam, dare, soluere, & distribuere promittimus: in ciuitate notabiliori cuiuslibet districtus, seu antequam metas Regni nostri exiuerint prædicti. Casu verò, seu successu temporis se offerente, dum infra spacium duorum annorum, post distributionem pecuniarum, sic vt præmittitur factam, ad expeditionem non processerimus: extunc ijdem terrigenæ, ab huiusmodi pecunijs & seruitijs, ratione prædictarum pecuniarum faciendis, erunt soluti penitus & exempti. Si autem infra decursum eorundem duorum annorum, ad expeditionem, cum eisdem terrigenis transitum faceremus: & extra metas Regni nostri, cum expeditione processerimus: extunc prædicti terrigenæ, ab eisdem pecunijs & seruitijs, prætextu earundem sint absoluti.

Kazimir. in Nieszowa, 1454. Fol. xcij.

¶ SIMILIS. Item pollicemur: quòd dum & quando nos, extra fines Regni nostri, expedicionaliter proficisci contigerit, omnibus terrigenis nostris, nobiscum euntibus, exoluemus Iura terrestria: videlicet super quamlibet Hastam, quinq; Marcas. Pro damnis etiam,& captiuitate,ipsis satisfaciemus: iuxta quod ipsis à nostris prædecessoribus est concessum.

¶ SIMILIS. Nobilitas suis proprijs ceruicibus, à casibus bellicis, Regnum nostrum defendere consueuit, & est astricta.

De quibus

De quibus bonis expeditio fiat: hoc est, vt è diuersis districtibus expeditio certa fiat.

STatuto vetusto innitentes, constituimus: vt terrigenæ, in diuersis terris domicilia habentes, omni tamen fraude submota bellico seruitio, ex eis bonis, vbi eos Restes præuenerint, propria persona: de alijs autem bonis, expeditione congruenti satisfaciant. at verò secus facienti, fraus & dolus non patrocinabuntur. *Sigism. Crac. 1510. Fol. 14.*

Filius non emancipatus, pro patre: & frater indiuisus, pro fratre, militare possunt.

ITem, statuimus, quòd si quis ex terrigenis nostris habuerit filium, adultum, indiuisum: aut frater fratrem, potentem ferre arma: poterit ipsum (etiam sine licentia Regia) ad expeditionem vice sua mittere: qui supplebit locum eius: tanquam solus personaliter interesset. sic tamen, quòd ipsum eo modo expediat: sicut ipsemet iturus esset, *Kazimir. in Nieszowa 1454. Fol. xcv.*

Armigeri ne damna dent, Stationes in campis faciant.

EXpedit Reip. vt subditi quietè viuant: & quòd nulli noceant: & in virtutibus conualescant. quidam tamen prætereuntes ista, veluti legis transgressores, quòd cùm per terras proprias pergunt ad expeditionem bellicam, quasi hostes, infinita damna pauperibus (etiam plura, quàm hostibus) inferre non verentur: per quod terræ nostræ maximè deuastantur. Volentes itaq; huic periculo, de remedio oportuno prouidere, Statuimus: quòd quotiescunq; ad bellicam expeditionem fit progressio, nullus in villis Stationem faciat: sed in campo. nec rapinas, in equis, pecudibus, pecoribus, vel in alijs rebus committant: sed solummodo pabula recipiant moderatè, pro suis equis. nec Stationes faciant de lignis, in Syluis, Gaijs, aut Rubetis, pro ædificijs valentibus: vt ex hoc ædificia villarum, integra & illæsa permaneant. Et si quis, velut temerarius, huius Statuti violator, fecerit contrarium: domino illius villæ, aut cui damnum est illatum, damna restituat. iuxta Sacramentum, cum restitutione ablatorum, super ablatis præstitum: cum pœna *Piątnadźiesta*, ad hoc apposita. Et nihilominus alia similis pœna cedat nobis, occasione violationis Statuti. Per hoc tamen non negamus: quin pabulum moderatum equis, & victus ipsorum, sine quo transitus aliâs non possit haberi, recipiatur. *Kazim. Mag. Visliciæ, 1368. Folio xxv.*

Contra raptores, maiores etiam pœnæ statuuntur: & taxatio rerum venalium in bello, describitur.

Quanquam

VVladisla. Iagello confirmat Statutum Kazimiri Magni. Fol. Lxiij.

QVanquam fœlicis recordationis Kazimirus Rex Poloniæ, prædeceſſor noſter, cum nonnullis Principibus Terrarum, Regno & Maieſtati ſuæ contrariantibus, per multa tempora, bella & expeditiones habuerit, fecerit, tenuerit, & exercuerit: nunquam tamen, tempore fœlicis ſui regiminis Regni, per bellatores, tot & grauia damna, pericula, ſacrilegia, effractiones Eccleſiarum, & deuaſtationes bonorum Eccleſiæ, & Monaſteriorum, ac aliorum bonorum fuerunt, nec ſunt, tot, & tam grauia: vti fœlicis tempore noſtri regiminis Regni (quod condolentes referimus) perpetrata, & commiſſa. Statuerat enim, ac laudabiliter ordinauerat, præfatus prædeceſſor noſter, cum Prælatis, & Dominis Regni ſui: Quòd omnes & ſinguli regnicolæ, ad expeditionem euntes, quocunq; nomine cenſerentur, nunquam in Ciuitatibus, Oppidis, villis, allodijs, & alijs bonis, tam Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & Secularium, quæ ædificia habent: ſed in campis, vel rubetis, Stationem facere: nullaſq; rapinas bonorum quorumcunq;, & violentias cuiquam, inferre debuiſſent. Item ſtatuerat, cum Prælatis, & Dominis prædictis, leuiori comparatione expenſarum, ad expeditionem tranſeuntium, & utilitate Regni penſatis: Quòd euntes ad expeditionem, pro expenſis ſuis comparandis, Bouem pro media Marca, Vaccam pro octo Scotis, pro Fertone porcum, Mutonem pro duobus Groſsis, duas Aucas pro Groſſo vno, ſex Pullos pro Groſſo vno, Capetam tritici pro duobus Groſsis, Capetam ſiliginis pro Groſſo vno, & Capetam auenæ ſimiliter pro Groſſo vno emere debuiſſent. Quod ſtatutum, per longam conſuetudinem terrigenarum noſtrorum, fuit & eſt tentum: & laudabiliter obſeruatum. Sed tempore fœlicis noſtri regiminis Regni, quorundam incolarum Regni noſtri deteſtanda peruerſitas, neſciens abſtinere à vetitis, nec debito modo gaudere conceſsis, tam laudabile Statutum in abuſum damnabilem deducendo, non tantùm præmiſſa, ſed multò plura & maiora mala, quæ Diuinæ Maieſtatis offenſam, Regniq; noſtri deſolationem inducere videntur, ferociter perpetrando, commiſit. prout ex ſubditorum noſtrorum querelis, & queruloſis clamoribus percepimus: & nos ipſi certa experientia probauimus. Et quibus in Regno noſtro, multa ſcandala, magna pericula, & grauia incommoda, necnon deſtructiones Eccleſiarum & Monaſteriorum, ſunt ſecuta: & ampliora ſequi (niſi celeri remedio ſuccurratur) veriſimile eſt, in futurum. Nos igitur præmiſsis, & alijs malis occurrere, & indemnitatibus Regni noſtri, & Eccleſiarum Monaſteriorumq;, prouida circumſpectione prouidere cupientes: tam laudabile Statutum prædicti prædeceſſoris noſtri, de conſilio pariter & conſenſu, Prælatorum & Dominorum Regni noſtri, approbantes, illud auctoritate noſtra Regia confirmamus: noſtris vobis dantes in mandatis: Quatenus tam laudabile Statutum, in Ciuitatibus &

Oppidis

Oppidis Regni noſtri, ac ipſius confirmationem & approbationem, publicari & proclamare faciatis: illudq; ab omnibus regnicolis noſtris, ſub obtentu gratiæ noſtræ, obſeruari præcipiatis. Tranſgreſſores verò ipſius nobis, & illis quibus damna intulerint, pœnam *Siedmnadźieſta*, aliás xiiij Marc. vel maiorem pœnam illius terræ, per cuius terrigenas prædicto Statuto contrauentum fuerit: vnâ cum illatis damnis, & iniurijs, ſoluere tenebuntur. Quæ damna, & iniuriæ, per illius ſolius iuramentum, cui illata ſunt, quicunq; ille ſit, coram nobis probare debent: exceptis Pontificibus: qui cùm ſæpius, ex diuerſis cauſis, in remotis partibus cauſas agere habent, Procuratores ipſorum, diſcretos & idoneos, Spirituales vel Nobiles Seculares, nobis iſtud præſtent. Vobis nihilominus, huiuſmodi tranſgreſſores Statuti præſentis, noſtra approbatione & confirmatione iudicandi, condemnandi, ad ſatisfactionem compellendi, & puniendi, omnibus dilationibus remotis, omnimodam damus, & committimus facultatem: mandantes vobis, omninoq; habere volentes: Quòd præſentes noſtras, approbationis & confirmationis huiuſmodi literas, in libros terreſtres, de verbo ad verbum, ad perpetuam memoriam, ſcribi & inferri faciatis. Nos igitur VVladiſlaus, Dei gratia Rex Poloniæ &c. hoc laudabile Statutum ſuperiùs notatum, Sereniſſimi Principis & Domini Kazimiri, Dei gratia Regis Poloniæ, prædeceſſoris noſtri, renouantes confirmamus: & ad librum Iuris terreſtris, ſcribi & notari iuſſimus. prout antea, in Statutis eiſdem Domini Regis Kazimiri continetur: ac in omnibus priùs enarratis, obſeruari & teneri fecimus: de Conſilio Prælatorum, & Dominorum noſtrorum.

¶ SIMILIS. Quòd ſi vos, aut aliquis veſtrum, in exhibenda iuſtitia, iniurias aut damna paſsis, poſtquam per eos requiſiti fueritis, negligentes ac remiſsi fueritis: poterint perſonæ Eccleſiaſticæ, contra vos, & quemlibet veſtrum, pro huiuſmodi negligentia, vti Iure Spirituali: & per Iudices Eccleſiaſticos, cenſuris Eccleſiaſtitis compellere: quibus vos ſubijcimus. Volumus tamen eſſe in optione, & arbitrio iniuriam aut damnum paſsi: quòd poſsit & valeat, ſuper damnis & iniurijs ſibi illatis, ad Eccleſiaſticum & Secularem Iudicem, pro Iuſticia recurrere. Mandamus vobis, & cuilibet veſtrum, omnino habere volentes: quòd præſentes noſtras huiuſmodi, approbationis & confirmationis literas, in libro terreſtri, de verbo ad verbum, ad perpetuam rei memoriã, ſcribi & inſeri faciatis, in teſtimonium futurorum. ſecus, noſtræ gratiæ ſub obtentu, non facturi. Actum & datũ Petricouię in Conuentione generali, Sabbato poſt feſtum S. Andreæ Apoſtoli: Anno 1457: noſtro Sigillo præſentibus appenſo. &c. Præſentibus ibidem Reuerendiſſ. in Chriſto Patre, D. domino Ioanne, ſanctæ Eccleſiæ Gneſneñ. Archiepiſcopo, & primate: Thoma Cracouienſi,

Kazim. tertius Petricouiæ 1457. Folio Lxv.

couienſi, Ioanne VVladiſlauienſi, Cancellario, Andrea Poſnanienſi, Epiſcopis: Venerabili Ioanne Luthkonis de Brzezie vtriuſq; Iuris Doctore, Archidiacono Gneſnenſi, Vicecancellario Regni Poloniæ: necnon Magnificis, Generoſis, ſtrenuis, & Nobilibus, Ioanne de Cziſzovv, Caſtellano, & Capitaneo Cracouienſi: Staniſlao de Oſtrorog Caliſienſi: Derſlao de Rithvviány Siradienſi: Petro de Opporovv Lancicienſi: Nicolao de Koſcielecz VVladiſlauieñ, Palatinis: Andrea de Sprovva, Palatino & Capitaneo Leopolienſi: Petro de Samothuly Poſnanienſi: Petro de Gay, Caliſienſi: Hincza de Rogovv, Siradienſi, & Regni Poloniæ Vicethеſaurario: Creſlao de Kurozvviaki, Lublinenſi: Ioanne de Borek, Brzeſtenſi: Petro de Moſcinà, Dobrinenſi: Petro de Strikovv, VVladiſlauienſi: Staniſlao de Szydlovviecz, Zarnouienſi, Caſtellanis: Creſlao VVoyſyk, de VVoycza, Cracouienſi: Sandiuogio de Lazizanicza, Sandomirienſi: & Capitaneo Lublinenſi: Floriano de Páczánovv, Cracouienſi: Criſtino de Smolsko, Iunivvladiſlauienſi, Dapiferis: Ioanne Kraskà, de Lubinczá, Caliſienſi: Iacobo de Dąmbno, Cracouieñ. Pincernis: & alijs pluribus, fide dignis, circa præmiſſa. Datum per manus præfati Reueren. Patris, Domini Ioannis Epiſcopi VVladiſlauienſis, Cancellarij: & Venerabilis Ioannis Luthkonis de Brzezie, vtriuſq: Iuris Doctoris, Archidiaconi Gneſneñ. Regni Poloniæ Vicecancellarij, ſyncerè nobis dilectorum: ſub Sigillo noſtro, præſentibus appenſo, in fidem præmiſſorum. Ad relationem eiuſdem Reuerendi patris Domini Ioannis Epiſcopi VVladiſlauieñ. R. P. Cancellarij.

In bello damnum paſsi, quo Jure experiri debent, præſertim Spirituales.

Kazimir. Rex in Opatovvice 1474. Fol. Lxvnj

KAzimirus, Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ. &c. Vniuerſis & ſingulis Capitaneis, ſignanter tamen Cracouienſi, Sandomirienſi, Nouæ Ciuitatis, Radomienſi, Lublinenſi, & alijs vbilibet conſiſtentibus, præſentibus requirendis, ſyncerè & fidelibus dilectis, gratiam noſtram cum fauore. Magnifici & Generoſi, ſyncerè & fideles noſtri dilecti, non ſine animi graui moleſtia, ac Diuinæ vltionis metu, quotidianas Spiritualium Regni noſtri querelas, lacrymis etiam permiſtas audimus: Quomodo ipſi, per terrigenas & belligeros, qui ad expeditionem generalem proximè præteritam procedebant, in bonis Eccleſiaſticis, præter morem terreſtrem, damnificati ſunt. Volentes itaq; vltionem Diuinam intercipere, noſtraq; animaduerſione præuenire, cum omnibus Conſiliarijs noſtris, in Opátovviec exercitualiter congregatis, talem modum inuenimus, Statuimusq; : per quem ipſi Spirituales damna ſua, per viam Iuris repetent breuiorem: Quòd quilibet pro damnis ſuis, poſsit coram Capitaneo loci, cui damnificator ipſe ſubiacet, eum conuenire. quem ipſe Capitaneus,

taneus, pro damnis illatis, non ſecus quàm pro articulo caſtrenſi, vno ex quatuor Iure deſcripto, iudicare debebit: & admittere probationem actori. ſicut pro violentia domeſtica. aut ſi actor id elegerit: (quod arbitrio eius deferrimus) purgatione iuramenti, more Caſtri, reus iudicetur. Si verò Capitaneus in longa diſtantia fuerit, coram quo reus deberet trahi in cauſam: poterit actor Spiritualis, opportunitate capta, dum ipſi in partibus Cracouienſibus, & non Maioris Poloniæ eſſemus conſtituti, ad noſtri præſentiam reum citare, quem nulla diſtrictus euocatione volumus excipi: ſed more bellico, actori iuſticiam miniſtrare. Quæ omnia deſcripta, de Spiritualibus bene poſſeſsionatis, terreſtri dominio, ſiue hæreditario, intelligere volumus. De alijs verò Spiritualibus inferioris conditionis: qui propter eorum egeſtatem, in iudicijs terreſtribus, maximè ſic remotis, non ſufficient: extunc poterint in Iure eorum Eccleſiaſtico, damnificarores ſuos conuenire. in quo, quandocunq; iuſtè conuicti fuerint, & cenſuras vltra annum ſuſtinuerint, volumus quòd rigidiſsimè conſtitutio, de talibus edita obſeruetur: & quòd turri mancipentur. Hanc Volumus, à Iudicibus Spiritualibus, & actoribus, ſeueritatem moderari: vt nec illi in petendo, ſiue exiſtimando damna ſua, nec iſti in decernendo modum excedant rationabilis æquitatis. In cuius rei teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum in Noua Ciuitate Korczyn, Feria ſexta proxima, ante Dominicam Oculi: Anno Domini 1474. Ad mandatum Domini Regis.

Omnes Regni ordines militent, tam Seculares, quam Spirituales, ac Ciuitates: omniſq; bellicus ordo deſcribitur.

IN primis edicimus: vt iuxta conſuetudinem, omnes domini Seculares, iuxta facultatem bonorum ſuorum, expeditionem bellicam ſeruire teneantur. *Kazimir. terminus 1475.*

Item Spirituales, pro hac expeditione debent ſeruire ad bellum, iuxta facultatem & exigentiam bonorum ſuorum. ne ſine prouiſione bona itidem eorum, prout & Nobilium, annihilentur per belligeros & damnificentur. Sed ſi quæ victualia neceſſaria ab illis recipientur: ſolui debent, iuxta Statutum, ea de re diu factum. Et nihilominus Capitanei locorum, qui debent ſe priús quàm cæteri mouere, vi & potentia in hoc diſſolutos, & rebelles compeſcant: tam ad ſolutionem, quàm ad progreſſum celeriorem eos cogentes. aliâs ij omnes in campo, ſiue belli, reſpondeant: vel in domo coram Capitaneo: vbi ex his duobus, damnum paſsi elegerint. & damnificator pœna xiiij Marcarum, ſoluto damno, irremiſsibiliter pro Regia Maieſtate punietur. *Ex Regeſtris Regiæ Cancel.*

Item Eccleſiæ Cathedrales & Collegiatæ, Abbates, ſiue Præpoſiti Cœnobiorum, debent expedire armigeros in eo numero: iuxta quod in Synodo, ſuper vnumquenq; laudabitur.

Item Epiſcopi debent habere intelligentiam cum Plebanis Parochialibus: vt illi etiam faciant ſubſidium ſuo Epiſcopo. ita tamen, quòd omnes ſuperiùs deſcripti, talibus ſeruire non debeant: qui per ſe ad ſeruitium bellicum obligarentur. niſi tales eſſent continui commenſales, & ſeruitores illorum.

Fratres indiuiſi.

SEd fratres indiuiſos, qui bello non obligarentur, recipere debebunt, vel ſaltem obligatos ad bellum, adeò egenos, & inſufficientes: qui neq; arma decentia, neq; equos valentes, ex patrimonio ſuo habere poſſent. Quod quidem arbitrio Capitanei, & Caſtellani, committimus. quibus tres de communitate adiungi debent, valorem eorum, vnâ cum Capitaneo viſuri & æſtimaturi.

Item omnes Ciuitates Regales, & Spirituales Eccleſiarum, debent cum dominis pedites expedire: in tanto numero, ad quem taxati fuerint. & quòd quilibet peditũ habeat baliſtam, vel bombardam, ac gladium: item galeam, chirotecas aliás *Rękávice*, ſcutum, & pectorale, aliás *Plátownice*.

Circa currum vnus pedes habendus.

ITem quilibet in bello, circa vnumquenq; ſuorum currum, demptis aurigis, vnum peditem habeat: ſimiliter armatum, cum gladio, baliſta, vel pixide manuali.

Capitaneus cum Caſtellano ſingulos, quàm decenter ſeruiant, conſcribent.

ITem quilibet Capitaneus, cum Caſtellano, adhuc in terra conſpicere terrigenas pauperes, & illis iniungere debent: vt quilibet decenter ſeruiat: ſingulosq;, quàm decenter ſeruiant, conſcribere in Regeſtro tenebuntur. Conſpectio verò dominorum, & inter Nobilitatem maiorum, Regiæ Maieſtati reſeruentur. Et Capitaneus, cum alijs ad hoc deputatis, arbitrentur: qui non ſufficient ad bellum. vt ſcilicet duo aut tres, vnum ſatis idoneum, & ſufficienter ab omnibus rebus & armis inſtructum, expediant.

Nemo commodato accipiat res, neceſſarias in bello.

ITem hoc quoq; diligenter prouideatur: vt nullus alter alteri arma, aut equos, eo tempore commodet: quando ad ordinem acies debet ſe oſtendere.

ſtendere. In fraudem enim ſeruitij publici, id ceſſurum exiſtimabimus.

¶ Caſtellanus Diſtrictum ſuum ad Palatinum ducat: vide in Dictione CASTELLANVS.

In Caſtris bene poſſeſſionati non relinquendi.

ITem Regia Maieſtas, bonum in hoc reſpectum & moderamen habeat: quòd tales ex Nobilibus in caſtris ſuis, & dominorum, non relinquat: qui multa bona haberent, ne per hoc notabiliter ſeruitium periret.

Speciale banderium eorum, qui proprijs perſonis non vadunt, eſſe debet.

ITem Maieſtas Regia hoc etiam in conſideratione habeat: ne homines poſſeſſionati, & obligati, ad ſeruitium in ſtipendium reciperentur. niſi fortè ſufficienter ſeruitium terreſtre implerent: illudq; in alio banderio, quàm ſit ſtipendiariorum, collocarent. Item ſit ſpeciale banderium, & ſpecialis acies eorum: qui in proprijs perſonis non vadunt ad bellum. ſicut ſunt, Viduæ, Præsbyteri, & infirmi. ne per hoc fraus aliqua committatur.

Filij Nobilium, in ſeruitio Dominorum exiſtentes, bellum pro patribus non intercedant.

ITem filij Nobilium, in ſeruitio dominorum exiſtentes, non intercedant bellum pro parentibus, ad hoc idoneis. ſed ſi placet patri in domo manere: recipiat eum: ac pro eo, ac debet merere, ſeu ſeruire, de domo expediat. Ipſi verò domini, ex ijs clientelam ſuam integrent: qui à ſeruitio bellico ſint liberi, & exempti.

Die bello præſcripto quiſq; ſe ſiſtat.

ITem quilibet compareat in loco, die conſtituto: ſub amiſsione bonorum, & colli: omnemq; militarem diſciplinam obſeruet.

In bellum, Seculares domini & Nobiles, expeditionem facere tenentur.

CVm Sacra Maieſtas Regia, Dominus noſter clementiſs. pro ea cura quam gerit, tuendi Regni ſui conſideret pericula: Comitia Regni maiora, Petricouiæ, ad diem feſtum Epiphaniarum edixit. in quibus communi conſilio omnium prouideri poſsit: ne quid Regnum detrimenti pateretur: neúe nos imparatos hoſtis offendens, nec opinatos opprimeret. *Sigiſmundus. Proceres, Petricou. 1544.*

meret. Nos Senatores & Consiliarij Regni Poloniæ, tam Spirituales, quàm Seculares, vnâ cum terrarum Nuntijs, quibus plena & non limitata, de rebus omnibus ad defensionem pertinentibus, potestas fuit data defendendi, rationem eiusmodi inuenimus: Principiò, pro veteri consuetudine, domini Seculares, cum omni Equestri ordine, erunt obstricti expedire sese: atq; ad bellum instruere: pro eo, vt maximè facultas tulerit cuiusq;, secundum Statutum & Priuilegia.

Spirituales, expeditis militibus, ipsi domi maneant.

QVod ipsum vltrò se facturos obtulerũt, vnâ cum clero suo vniuerso, & Secularium & Religiosorum Sacerdotum, domini Archiepiscopi, & Episcopi, Archimedritę, VVladicę: quò & ipsi ad eundem modum, prout facultas ipsorum maximè tulerit, expeditionem facere teneantur. ita tamen, vt contra solius potentioris hostis vim, & non aliter, expeditio hæc per illos fiat: & immunitatem ipsorum personæ habeant, à profectione bellica: sed alijs, loco sui missis, officio suo fungantur, sacrificijs & orationibus Deum placantes.

Omnes ex Ciuitatibus, & Oppidis, bellicam expeditionem facere tenentur.

IN omnibus Ciuitatibus & Oppidis, in quibus exercetur mercatura, & emporia sunt, ne Factoribus quidem mercatorum exceptis, quos vulgò Legerones vocant, neq; inquilinis, qui modò facultates aliquas habeant: quisquis bona habuerit, quæ mille Floren. æstimari possunt, teneatur vnum armatum equitem expedire. Cuius verò bona, siue merces, quingentorum Floren. æstimationem non excedant: is peditem armatum expediet, contra vim hanc maiorem. Qui verò ex ciuibus & mercatoribus minus habebunt: eorum facultates, in Ciuitatibus & Oppidis, simul taxabuntur, & coniungentur. ita ut ex mille Floren. bonus eques: ex ijs verò quæ fuerint quingentorum, pedester expediatur. Quod vt ita fiat, prouidebunt Consules: Consulibus superintendent ij, qui erunt à Maiestate Regia constituti. quales sunt, Palatinus, Castellanus, & Regni exercituum Campiductor: quando erit ordinandus exercitus. Porrò ijs, quos Spirituales expedierint, Capitanei Spiritualium superintendent. ita tamen, quòd Regni exercituum Campiductoris præceptis, more aliorum Centurionum, pareant.

Quod ita intelligendum est: vt qui habent bona mobilia, siue immobilia, quæ pluris quàm 100 Florenis possent æstimari, neq; tamen quingentorum, aut mille Floren. valorem explere queant, ij coniungantur ad

expeditio-

expeditionem peditum & equitum. qui verò in Ciuitatibus & Oppidis, non habent bona mobilia & immobilia, quæ centum Floren. æstimentur: ij obstricti sunt, è numero suo quindecimum quenq; , bene armatum expedire.

Ciuitates, quæ habent nudum censum redituum prætorij, eæ similiter ex 1000 Florenis reditus, decem equites: ex quingentis, quinq; bene armatos expediant.

Kmethones.

KMethones S. M. Regiæ, & dominorum, tam Spiritualium, quàm Secularium, vigesimum ex numero suo expedire tenebuntur: exceptis Hortulanis.

Judæi certam summam pecuniæ in bellum conferre tenentur.

IVdæi vltra hanc pecuniam, quam quotannis S. M. Regiæ penduht, certa millia Floren. numeri & monetæ Regni Poloniæ, pro defensione, in singulos annos numerare tenebuntur. Ipsi deniq; Iudæi, si quando hæc valida expeditio fieret, ad eundem modum, ut mercatores Christiani, iuxta bonorum suorum æstimationem, expedire milites erunt obligati.

Porrò S. M. Regia promittere dignata est, alere exploratores diligentes & certos, versus oram hostilem: & quàm poterit diligentissimè, tempori consilia illorum inuestigare: quando, ad quem locum, vires suas conuertere cogitent: atq; homines suos, quoad eius fieri poterit, celerrimè primis Restium literis, quæ & secundarum vim habebunt, vt in procinctu sint, hortari. Ac si certius aliquid, de vi, atq; impressione in Regnum, cognoscent: tum per alteras literas Restium, quæ pro tertijs reputari debebunt, locus erit per eam designandus: ad quem, intra quatuor hebdomadas, cum S. M. Regia conuenire omnes teneantur.

Profectio in Bellum, quo ordine fieri debeat.

PRofectio autem ad Bellum fieri debet, iuxta ueterem ordinem & consuetudinem, in Statutis descriptum: citra damnum hominum, siue Spiritualium, siue Secularium: vt soluantur omnia: secundum Priuilegia, & Constitutiones Regis Iagellonis. Qui ordo vt in profectione, & solutione seruetur: Castellanus districtus illius diligenter prouidebit: iuxta Statutum, cuius executio fieri debet, in omnibus.

Castellani primi in locum congressui designatum conuenient.

CAstellani districtuum, primi proficiscentur ad locum: qui in illo districtu congressui erit præscriptus: vt Nobilitas ad eos cõueniat: quæ

vnâ cum

vnâ cum ſuo Caſtellano, ad locum, qui vltimis Reſtium literis fuerit deſignatus, conuenire debebit. Ad quem locum vbi conuenerint, inſpiciendi ibidem erunt infirmi, & ſenes: iuxta Statutum Bidgoſtienſe.

In Arcibus bene poſſeſſionati non relinquendi.

PRouidebit præterea S. M. Regia: vt ſiue in illius Maieſtatis, ſiue in quorumcunq; Spiritualium, aut Secularium arcibus, ne relinquantur ij, qui amplas habent poſſeſsiones. ne numerus eorum, qui expediendi ſint, minuatur. Quòd ſi quis, ita officio ſuo exigente, manſerit: nihilominus ſecundum facultatem bonorum, expedire teneatur. Illud vnâ curæ S. Maieſtati Regiæ futurum eſt: vt ne ſtipendio conducat eos: qui cùm poſſeſſiones habeant, ad expeditionem ſunt obligati: & vt ſub vexillo ſuo, iuſtus habeatur numerus: quos in huiuſmodi expeditione conſcribere tenetur.

Eorum, qui in ſuis perſonis in bellum non proficiſcentur, ſpeciale vexillum erit.

PRoprium præterea vexillum eorum eſſe debebit: qui ipſi perſonaliter ad bellum non proficiſcentur. cuius generis ſunt Sacerdotes, viduæ, minorennes, infirmi. ne fraus in Repub. admittatur.

De filijs Nobilium, Dominis ſeruientibus.

FIlij Nobilium, ſeruientes dominis, non debent loco parentum, qui valent ad expeditionem, proficiſci: ſed ſi pater vellet domi manere: filium à domino recipere, & ex domeſticis eum copijs expedire tenebitur.

Sculteti in bellum proficiſcantur.

SCulteti S. Maieſtatis Regiæ, iuxta Statuta Regni & Priuilegia ſua, ad bellum proficiſcantur. Sculteti verò Spiritualium & Secularium, cum dominis ſuis, qui eorum locum tenuerint, profieiſci tenebuntur.

Vltimis literis Reſtium auiſatos in quatuor hebdomadis ſe ſiſtat

QVicunq; ad expeditionem tenetur, ſimul atq; alteris Reſtium literis, quæ vltimarum vim habebunt, de loco, deq; die certior erit factus: in ſpatio quatuor hebdomadarum, à publicatione literarum in diſtrictibus, ſiſtere ſe in loco bene armatus, ſecundum Statutum, debebit: ſub amiſsione bonorum ſuorum: hoc eſt, ſi ordinationē exercitus neglexerit.

Factura

Factura est etiam S. M. Regia: vt iuxta veterem consuetudinem, locum destinatum exercitui prouideat, & tutum reddat: ad quem tutò proficiscí, cum persona Maiestatis suæ, terræ, possint: non recedendo à veteri Statuto, & Priuilegio.

De ijs, qui non sunt actu Sacerdotes: & de Annatis.

DE Spiritualibus beneficiatis, qui Sacerdotes actu non sunt, erit Sacræ Maiestati curæ: vt apud Pontificem Romanum impetret: quò possint personaliter ad hoc bellum proficiscí. per quem quidem Nuntium, Annatas impetrare conabitur: quas ei nostri Episcopi, contra Concilij Basilienſis Decretum, pendebant.

In Bellum Militum descriptio, eorumq; stipendium.

ITem eligemus cum Capitaneo generali Præfectos militum, hoc est, *Porucźniki*, in quolibet Palatinatu, viros possessionatos, & rei militaris peritos: ipsi uerò Præfecti delectum facient militum, in Palatinatibus suis, pro arbitrio suo. *Sigism. Cracouia 1527. A i.*

Præfectus ducentos milites ducens, habebit seruitium super decem equos.

QVisq; Præfectus militum, qui ducentos equites in suo comitatu & Præfectura habuerit, aut paulominus, habebit seruitium super decem equos: & ad singulum equum, stipendium decem Floren. per quatuordecim Scotos quemlibet Flor. computando.

Milites.

RElíquis verò militibus soluetur stipendium, super quemlibet equum, ad quodlibet Quartuale anni, per sex Floren. per mediam Sexagenam computatos.

Præfecti per se præsint, & damna prohibeant.

QVilibet autem Præfectus, non per substitutum, sed solus per seipsum, ducere debet comites seu commilitones suos: tam eundo ad terras Russiæ, quàm inde redeundo: & prospicere, ne damna fiant hominibùs, Spiritualibus & Secularibus. aut eorum subditis: néue ab illis stationes exigantur. Quæ damna si facta fuerint: ipse Præfectus pro illis conuenietur: & ad solutionem, resartionemq; illorum, erit obligatus.

Damna quomodo resartienda.

VT autem Præfectus posit prouidere indemnitati suæ: cùm ob culpam alterius, nemo mulctari debet: reseruabit apud se partem aliquam pecuniæ, commilitonibus suis soluendæ: tum ad terras Ptusiæ cum illis proficiscetur: & similiter, cùm ad domum cum eis reuertetur. vt si in itinere, & profectione, aliquis comes seu socius eius, damnum cuipiam homini cuiuscunq; status fecerit, & resarcire illud noluerit, ipse pro illo ei, qui damnum passus est, sub testimonio sociorum suorum, satisfaciat: & postea eidem militi, qui damnum fecerit, ex eius stipendio id, quod pro eo soluerit, detrahat & defalcet.

Tempus exeundi de Castris.

IDem Præfectus cuiuslibet Palatinatus, duabus septimanis ante finitum seu expiratum seruitium suum, & comitiuæ suæ, de Castris & terris Russiæ discedet. vt comitiuam suam, sub obedientia sua habeat: & in officio contineat: prohibereq; commodius posit: ne damna hominibus, & miseris colonis, ac Spiritualibus inferantur.

Milites, in quot equis suscipiendi.

IIdem Præfecti militum prouidere debebunt, vt neminem suscipiant ad militiam: nisi ad summum, in octo equis: & inferiús, in septem, sex, quinq;, quatuor. & vt quisq; militum, solus per seipsum seruiat: non per substituturum, & seruos suos.

Milites ad obedientiam quomodo cogendi.

ITem milites mercenarij, cum eorum Præfectis, cogi non debent ad insolita Iuramenta, per Capitaneum generalem exercituum Regni. obedire tamen eidem Capitaneo debent, & militari obedientia subiecti esse.

Literæ indemnitatis abrogantur.

LIteræ indemnitatis, non videntur esse dandæ Præfectis, & eorum comitiuis: prout anno ad hinc secundo non erant datæ: sed stabitur pro damnis. eademq; damna suscipientur à Prefectis: & eorum socijs, per Capitaneum generalem, seu imperatorem exercitus, ac per Palatinos, ac exactores, ac illis adiunctos persoluentur.

Salaria militibus quis soluet.

TErræ, Cracouiensis, Sandomiriensis, & Lublinensis, habebunt vnum Notarium, hominem industrium & fidum, per nos designandum:

qui

qui conductus publicis pecunijs, militibus mercenarijs ad terras Ruſsiæ pecuniam perferet: ac eam illis numerabit: ſecundum Regeſtra conſcriptionis, quæ apud ſe habebit.

Terræ verò Maioris Poloniæ, mittent pecuniam contributionum ſuarum in Lanciciam: quam inde Notarius, per nos eligendus, perferet in Ruſsiam: & ſoluet ſtipendia militibus, illic militantibus: ſecundum Regeſtra conſcriptionis, quæ illi ex vnoquoq; Palatinatu mitti debent.

De terris autem Ruſsiæ, Exactores portabunt pecuniam militibus: & eam illis numerabunt.

De Præfecto militum, in locum Palat. ſufficiendo.

AD petitionem, de Præfectis militum, ex Palatinatibus deligendis, ita cum Senatoribus noſtris conſtituimus: vt ſicubi in Palatinatu repertus fuerit, ad Præfecturam obeundam idoneus, & exercitatus: illamq; in ſe aſſumere vellet: non alteri, niſi ei committatur Comitiua Palatinatus illius. Cæterum ſi non fuerit repertus idoneus: vel ſuſcipere Præfecturæ onus noluerit: licebit nobis, cum conſilio Capitanei generalis exercituum Regni noſtri, alium quempiam idoneum Comitiuæ illius Palatinatus præficere. pecunia tamen, in illo Palatinatu contributa, militibus etiam illius Palatinatus, qui ſeruire voluerint, pro alijs erit eroganda. *Sigiſmu. Cracouiæ 1540.*

Stationes mercenariorum militum, in locis oportunis indifferenter fiant: damna verò, ex pecunijs publicis ſoluantur.

TErrarum Podoliæ & Ruſsiæ Nuntijs, à nobis petentibus: vt Stationes exercituum militum mercenariorum, & aliorum, in bonis eorum fieri prohiberemus: Nos cùm Conſiliarijs noſtris, & terrarum Regni noſtri Nuntijs, expendentes nobiſcum, fieri non poſſe: vt locatio exercituum, certis locis coarctari debeat: quodq; bona alia huic moleſtiæ eſſent obnoxia: alia verò ab ea eſſent libera: Proinde ſtatuimus, Conſiliarijs noſtris, & terrarum Nuntijs cenſentibus: vt huiuſmodi exercituum locatio, & ſtatiua, fiant indifferenter, pro arbitrio Capitanei exercituum Regni noſtri, & neceſsitate occurrente, in locis & bonis quibuſcunq;: iuxta veterem conſuetudinẽ noſtram, & anteceſſorum noſtrorum. abſq; damno tamen illorum bonorum: quæ in vicinia Stationum conſiſtunt. Vbi verò damna aliqua, per exercitus huiuſmodi locatos, & ſtatiua habentes, bonis quibuſcunq; noſtris, vel ſubditorum noſtrorum, Spiritualium vel Secularium, fuerint illata: illa ex pecunijs publicis, damna paſsis ſarciantur, & ſoluantur: iuxta arbitrium Maieſtatis noſtræ. *Sigiſmu. Cracouiæ 1540.*

De militum in bello delictis: dum scilicet pecunia accepta, seruitio non satisfaciunt: aut diem conscriptionis negligunt.

Sigism. Petricouia 1519. Fol. 23.

QVicunq; ad seruitium militare pecuniam receperint: & pro ea non satisfecerint: nulla citatione præmissa, per Capitaneos capiantur: & tamdiu in carcere detineantur: donec ibi & tempus seruitij, quod facere debuerunt, expleant: & pecuniam acceptam restituant. siue illi possessionati, siue non possessionati extiterint. Et qui in præfinitum conscriptionis diem neglexerint: arbitrio nostro, aut Campiductorum nostrorum, punientur.

Sponsione fidei, quando obstringendus est aliquis.

Sigism. Cracouia 1540.

ITa postulantibus subditorum nostrorum rationibus, decreuimus: Vt nullus Nobilis subditus noster, sponsione fidei per nos obstringatur: nisi Iure victus. secus erit, in exercitio rei militaris: & vbi nobis, vel alicui subditorum nostrorum, actio interuenerit, cum seruitore, factore, administratore, aut subdito suo: & vbi Reipub. causa aliquid sit, contra quemuis agendum.

In bello officia Imperatoris, ac militum: & quòd negligentibus, per Succamerarium equi accipi debent.

Kazim. Mag. Vistucia Fol. 8.

IVs militare admonet: vt attendamus, & super id constituamus: quòd quidam ex nostris Baronibus, Nobilibus, cæterisq; subditis, cùm in castris contra hostes positi fuerint, omni abiecto rubore, cum omni Nobilium strenuitate communicantes, sub nullius vexillo, neq; alicuius ditione nostri exercitus, se locare præsumant aliquando: ad hunc præsertim finem: vt machinarum, & propugnaculorum, cæterarumq; rerum bellicarum, aut ipsius exercitus custodiã, vel vigiliam nocturnã euitarent: & defensionem, quam cæteri commilitones, & fratres ipsorum, sub certis vexillis locati, secundum modum inter ipsos ordinatum, facere & seruare consueuerunt, negligerent: Ideirco quoniam turpis est pars, quæ suo non congruit vniuerso, Statuimus: vt quilibet miles, aut simplex, sub certo vexillo erecto, cum sua statione conquiescat. vt ingruente necessitate belli, & dimicationis cum hostibus, sciat capere locum certum: magisq; animaduerteret, pro sui vexilli defensione. Aliâs volumus: quòd tales & huiusmodi desertores, si ampliùs in nostro exercitu fuerint inuenti: per Succamerarium terræ, seu districtus, in quo degunt & militant, capti, nobis ad pœnam præsentabuntur. Equi verò eorum eidem Succamerario, pro ipsa culpa & delicto, applicentur.

Pœna

Pœna absentium à bello.

ABsentiam à præsenti bello inobedientium Nobilium, meritò punire debuimus, seuera & consueta punitione, contra tales semper obseruata: Petitioni tamen terrestrium Nuntiorum supplici tribuentes, differre eandem decreuimus, ad Couuentum generalem proximè celebrandum, & præsentibus differimus. *Sigismundus 1520 Fol. 26.*

Cùm potens hostis ingruerit, generalis expeditio contra eum fiat.

QVoniam verò potenti hosti, contributione hac, quam consensu ordinum constituimus, resisti non poterit: consilio habito, atq; petitionibus Nuntiorum terrestrium moti, constituimus generalem Expeditionem. Ad quam quidem, si nobis de potentis hostis aduentu constiterit, nos persona nostra Regia accedemus. Sed si ex diuersis locis, potens hostis fines Regni nostri adoriretur: ita quòd ex diuersis locis propulsandus esset: (quod quidem fieri, cùm omnes circa personam nostram adessent, minimè posset) cum consensu Nuntiorum terrestrium, pro hoc tantùm anno missorum, erit id in libero arbitrio nostro prouidere: vt singula quęq; ingruens necessitas, pro commodo Reipub. expediatur. Vbi verò magis prægnans negotium Reip. incumbet: ibi nos, cum persona nostra Regia, cum copijs tantis, quantæ contra hostem suffecturæ videbuntur, constituemus. Alij verò Palatinatus, cum generali Regni Campiductore, vbicunq; opus fuerit, opponere se debent. Qui quidem consensus Nuntiorum terrestrium, in hunc tantùm annum præsentem concessus, in nullo libertatibus Regni officere debet: neq; vnquam in vim sequelæ accipi: vt aliquando exercitus Nobilitatis postea diuidi debeat: sed semper libertates Regni, in robore conseruari debent. secundum Iura, & libertates eiusdem Nobilitatis. *Sigis. August. 1557.*

¶ De militibus ijs, qui stipendio merent: si alicui, tam ex Secularibus, quàm Spiritualibus damna intulerint: qua pœna puniendi, quoúe iudicio reconueniendi sint: Vide in Titulo, STIPENDIARII MILITES.

¶ Castellanus prouidebit exercitui, res ad victum spectantes: Vide in Titulo, CASTELLANVS.

BONA REGALIA A REGINALI MAIESTATE EXEMPTA.

PLurimùm interest Regni huius, vt ne qua fiat bonorum, præsertim immobilium, alienatio. Nos itaq; in posterum rationibus illius prospicere cupientes, *Sigis. Craconiæ 1540.*

cupientes,(quoniam Sereniſsima coniunx noſtra,quædam caſtra,oppida, villas, in Regno noſtro, hypothecæ ſeu cuiuſuis obligationis nomine, obtinet & poſsidet: ne vſu aliquando venire poſsit, vt hæc ipſa à Regni corpore diuellantur) Statuimus & decernimus: vt Præfecti caſtrorum eius Maieſtatis ſint Poloni, indigenæ,Nobiles: atq; hi, in ea prouincia, vbi caſtrum eſt, poſſeſsionem habentes. qui ita ſe nobis Iuramento, & ſucceſſori noſtro Regi, pro tempore exiſtenti, poſt mortem (quæ procul abſit) Sereniſsimæ coniugis noſtræ, obſtringant: vt non teneantur, niſi nobis, & ſucceſſori noſtro Regi: caſtris ſolis cedere. neq; priùs tamen cedent: quàm ſi (quod abſit) nos, vel filius noſter Sereniſsimus Rex Sigiſmundus Auguſtus,nulla prole maſculina ſucceſsiuè relicta,deceſſerit. Ita enim ſolutis realiter & cum effectu ſummis, in præfatis caſtris, ac bonis ad hæc pertinentibus obligatis, (ſiue per Regem: ſi eximendo eſſe poſsit: ſiue per Nobiles: quibus redimendi & eximendi hac in re,vigore præſentis Statuti ac conſtitutionis noſtræ,damus & facimus poteſtatem) filiabus noſtris, ex Sereniſsima Domina Bona Regina coniuge noſtra chariſsima procreatis: ac earum ſucceſſoribus legitimis: ipſi caſtrorum Capitanei,Regi tunc temporis exiſtenti, vel Nobilibus, qui pro redemptione bonorum, ſummas pecuniarum repoſuerint, realiterq; præfati Capitanei, & cæteri bonorum ſuæ Maieſtatis obligatorum præfecti, in manibus ſuis, caſtra, oppida, & villas tenebunt: quamdiu præfatæ ſummæ filiabus noſtris, & earum ſucceſſoribus, ſeu alijs quibuſuis perſonis, iuxta ordinationem & diſpoſitionem Sereniſsimæ coniugis noſtræ, (ſi quam illi facere videbitur) realiter repoſitæ & perſolutæ non fuerint. Interim verò de prouentibus bonorum dictorum, filiabus noſtris, & earum ſucceſſoribus, aut alijs perſonis reſpondebunt. Neq; tamen bona ipſa ab eis redimi poterint priùs, quàm in matrimonium locatæ fuerint. Poſt elocationem verò, tenebitur quælibet earum ſummam ſe concernentem, vel iuxta ordinationem Maieſtatis ſuæ, ſi quam (vt præmiſſum eſt) fecerit, accipere.

Bonorum fiſci redimendorum modus. Terminus verò ad redimendum, ſex ſeptimanarum præfigi debet.

Sigiſm. Petr. 1534.

QVoniam circa redemptionem bonorum noſtrorum Regalium, euenire ſolet: quòd tenutarij, de quorum manibus bona redimuntur, grauamina & difficultates perferre coguntur: ad quæ amouenda Statuimus: vt in redemptione bonorum noſtrorum Regalium,ſiue ea pro menſa noſtra, ſiue per quempiam alium, de conſenſu noſtro redimantur, non ſeruetur deinceps areſtatio pecuniarum, homini poſſeſsionato, ſimiliter & impoſſeſsionato, fideiuſſores pro ſe ſtatuenti. ſed ſi quiſpiam ſubditorum noſtrorum, ex illis bonis redemptis, ſe iniuriam aut damnum ab eo,

qui

qui exemptus est, accepisse prætendat: pro tali iniuria seu damno, iure terrestri cum eo experiatur. Deinde vt ad migrandum, quod *Rumowánie* vocant, quilibet, de cuius manibus, siue per nos, aut alium quempiam bona nostra redimuntur, tempus sex septimanarum liberum habeat. Quo tempore licere debet exempto, omnes & singulas res, & bona quæcunq; mobilia propria, euchere, expellere, & exportare. Præterea huiusmodi bonorũ redemptio fieri debet, in districtu proprio: quando per alium, quàm per nos, redimuntur. Et terminus citationis, pro redimendis bonis, siue per nos, siue per quempiam alium, de consensu nostro redimuntur, debet esse sex septimarum: à tempore positionis ipsius Citationis.

Nemo euocare quempiam post curiam, nisi pro re fisci Regij, debet.

IN primis occurrendo incommodo huic, ne subditi nostri post curiam nostram leui de causa citentur, Statuimus: quòd Instigator noster, neminem ad instantiam sui citare debet, neq; ad instantiam nostram, seu ad delationem partis: tantùm pro bonis, merè ad nos pertinentibus: vt puta personæ, bonis, & supereminentiæ nostræ attributis. Qui verò contra hoc Statutum aliquem, pro alijs rebus, quàm ijs, quæ ad iudicium nostrũ pertinent, Citare præsumpserit, vel post curiam, vel ad Comitia: talis centum Marcarum pœnæ, parti succumbet. *Sigismun. Augustus 1557.*

In redemptione bonorum fisci, qualiter literæ & Inscriptiones reuidendæ.

AD tollenda dubia, & controuersias superfluas amouendas, quæ oriri possunt ex diuersitate Inscriptionum bonorum nostrorum, Statuimus: vt cùm eadem bona redimere voluerimus, reuideri debent literæ Inscriptionum: & quæ licitè, iustè, & legitimè inscripta sunt, aut contra, cognoscatur & decernatur per Nos, & Consiliarios nostros. Quòd si quis huiusmodi cognitione, & decreto grauatum se senserit: liberũ sit ei cognitionem grauaminis, per Appellationem deferre, ad Conuentũ generalem. *Sigismu. Cracouiæ 1507.*

¶ Idem repetitur, in Titulo, LITERAE.

An verò generaliter, vel specificè, literæ & Inscriptiones in bonis Regijs, sint interpretandæ.

¶ Idem repetitur, in Titulo, LITERAE.

AMbiguitates abolere volentes, quæ plerunq; (dum Inscriptiones super bonis Regalibus, seu Priuilegia, coram nobis reproducuntur) emergebant, Determinamus, innitendo veteri consuetudini, dudum practicatę: quòd *Sigismu. Cracouiæ 1510.*

quòd quæcunq; ſpecificata, in Priuilegio, vel Inſcriptione, nominatim fuerint, illa eadem tenenda ſunt. eandem ſpecificationem ſi quæ generalitas ſequitur: ad præfatam ſpecificationem duntaxat referenda eſt: & non ad alia. Sed vbi ſpecialis mentio, in Priuilegio, vel Inſcriptione, de teloneo, de curru bellico, de exactione duorum groſſorum, de Statione, & Iurepatronatus facta non eſt: Iuri Regio reſeruatum eſſe cognoſcitur. Inſcriptiones autem, quæ generaliter fiunt, nihil ſpecificando, ſed omne dominium in perſonam transferendo, omnia in ſe complectuntur: & poſſeſſori attribuuntur.

Priuilegia publica, & priuata, ſimplici interpretatione intelligenda.

PRiuilegia publica & priuata, non debent interprætatione aliqua, in alium quàm ſonant ſenſum, verti: ſed ita, vt in ſuis tenoribus ſcripta ſunt, & non aliter, intelligi debent.

Bona Regalia non diſlimitata, quomodo defendi debent: & Capitanei, pro iniurijs, quomodo Iure conueniendi.

KAzimirus in Nieſzowa & Opol. Fol. 94.

ITem ſtatuimus: vt tenutarij bonorum menſæ noſtræ Regiæ, ſi vicinis aut alijs hominibus iniuriati fuerint, teneantur ſtare iudicio terreſtri: poſtquàm fuerint per iniuriam paſſos euocati. Et ſi pellant pecora, aut pecudes, ad domos aut curias Regales: occaſione differentiæ granicierum, aut ratione deſtructionis ſeminatorum: tenebuntur dare ad cautionem fideiuſſoriam, ſuper decretum dominorum. iuxta conſuetudinem terræ, diutiús obſeruatam. Quòd ſi ſecus fecerint: luent pœnas, ſicut alij Nobiles. quæ pœnæ poterint peti, & exigi ab eis, etiam in pecunijs: ſi quas habuerint, in bonis Regalibus inſcriptas.

Sed Capitaneus pro iniurijs nomine Limitum illatis, coram Rege reſpondebit. Poſt factos Limites, Rex neq; Commiſſarios, neq; Reuiſores dabit.

Sigiſ. Petrico. 1523. E 6.

QVoniam impediri plerunq; ſolent, & differri limites, inter bona noſtra Regalia, & bona incolarum Regni noſtri, tam Spiritualium quàm Secularium, Statuimus: vt Capitanei, & tenutarij, nullis iniurijs afficiant ſubditos noſtros, ratione limitum. & ſi quis illorum hoc fecerit: ex officio Capitaneali coram nobis reſpondebit. Nos verò deputabimus Commiſſarios noſtros, qui facient limites: ac illorum iudicium, inhibitionibus noſtris non impediemus. Aſſeſſores ſeu Commiſſarios, nec etiam Reuiſores, poſt factos limites deſignabimus.

Capitanei

Capitanei itaq;, quando ex officio ſuo aliquid committunt, aut quando modum in defenſione bonorum Regalium excedunt, coram Regia Maieſtate, vel in loco competenti reſpondeant: poſt limitationemq́, factam, ſi in fundo Nobilis, iuiuriam intulerint, eidem damna rependent.

CApitanei locorum, de iniurijs, vicinis ſuis, vel Capitaneatus ſui ſubditis illatis, reſpondere tum demum coram nobis debebunt: quando ex officio ſuo aliquid admiſerint: vel in tuendis bonis noſtris modum exceſſerint. Si quid verò vt priuati commiſerint: in foro competenti cuilibet reſpondere, de ſe querenti, tenebuntur. Præterea ſi etiam Capitanei noſtri, ſub prætextu defenſionis bonorum noſtrorum, grauem alicui ſubdito noſtro, in eius bonis, iniuriam intulerint: & poſt hac, cùm bona noſtra à bonis ſubditorum noſtrorum limitabuntur, deprehenſum fuerit: Capitaneum noſtrum, in his bonis, quæ non erant noſtra, ſed eiuſdem ſubditi noſtri, iniuriam aut damnum illi intuliſſe: is ipſe Capitaneus, damnum à ſe, Nobili & ſubdito noſtro in eius bonis factum, reſarcire teneatur. *Sigiſ. Petrico. 1532.*

Capitanei bona Regalia defendant, vſq; ad diſtimitationes.

COnſtituimus: ne deinceps Præfecti arcium, & ciuitatum noſtrarum, ſed ſoli Nobiles Commiſsiones obtineant, ad fines terminandos. ita tamen, vt nihilominus Præfectis, ſeu Capitaneis noſtris (ſicut veteri more receptum eſt: & Statutò cauetur) liceat bona noſtra defendere, ad declarationem vſque Finium. *Sigiſmu. Cracouiæ 1539.*

In primisq́; bona, ad procurationem generalem Cracouienſem ſpectantia, ne obligentur.

WLadiſlaus Iagello, Dei gratia Rex Poloniæ, Litvvaniæq́ue Princeps ſupremus. dominus & hæres Ruſsiæ &c. ac electus Regni Vngariæ, Significamus tenore præſentiũ, quibus expedit, vniuerſis: Quomodo debita animaduerſione, huius Regni noſtri dicti Poloniæ beneficia (in quo & educati, & Regij honoris culmine inſigniti ſumus) in animo reuoluentes: volenteſq́ue ipſa beneficia, de ipſo Regno ſuſcepta, omni cura, ipſi Regno & Coronæ Poloniæ, ſtatutum & ſtabilimentum procurantes refundere: quòd maximè tunc videmur agere: cùm ipſius Regni bona, & poſſeſsiones, in libero, & inobligato ordine & ſtatu, vt poſſumus, præſeruamus: Igitur promiſimus, ſpopondimus: ac in verbo noſtro Regio promittimus, ſpondemus, & præſentis noſtri patrocinio ſcripti nos obligamus: omnia bona, poſſeſsiones, ciuitates, caſtra, oppida, villas, molen- *VVladiſla. Iagello 1540. Fol. 84.*

dina, piſcinas, lacus, & alia bona, quibuſcunq; ſpecialibus vocitentur nominibus, ſeu vocabulis, quæ ad præſens & hactenus ad procuratione̅ Cracouienſem generalem ſpectant & pertinent, propter Regni noſtri ſæpefati Poloniæ neceſsitatem, & firmum ipſius ſtabilimentum, in libera conſeruantia & inobligata, ſeruare, ſtare, tenere, & habere volumus. ita quòd nulli hominum, cuiuſcunque ſtatus aut conditionis & præeminentiæ fuerint, dicta bona vel eorum aliquid, quę ad procurationem Cracouienſem generalem ad hactenus pertinent, ita vt præfertur, inobligata conſeruabimus :& libera, pro huius Reipub. & Regni Poloniæ ſtatu profectu conſeruando, ſtare promittimus : harum, quibus Sigillum noſtrum eſt ſubappenſum, teſtimonio literarum. Datum Cracouiæ, Sabbato proximo ante Dominicam Iudica : Anno Domini. 1 4 4 0.

Terra etiam Sandomirien. amplius ne obligetur.

Kazimirus ter tius. Fol. 85.

KAzimirus, Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvvaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæq; Dominus & Hæres &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit, vniuerſis, tam præſentibus quàm futuris : Quomodo attendentes fidei conſtantiam, & eximiæ affectionis, in nos, & Remp. Regni noſtri deuotionem, per Magnificum Ioannem de Rythvviany, Palatinum Cracouienſem, militem, & Conſiliarium noſtrum, ſyncerè dilectū, rara & ſingulari liberalitate monſtratam, per quam Ioannes ipſe Palatinus, & voluntatem germani ſui olim Derſlai, Caſtellani Cracouienſis, & Capitanei Sandomirienſis, impleturus : & beneuolentiam propriam, erga noſtram perſonam primùm, deinde erga Remp. Regni noſtri, & zelum ſingularem oſtenſurus : Terram Sandomirienſem, cum caſtro, ciuitate, cæteriſque oppidis, & villis, telonijs, pontalibus, & vniuerſis cenſibus, prouentibus, & introitibus, ad illam quoquomodo pertinentibus : relaxando & dimittendo, ſimpliciter & nudè, notabiles pecuniarum ſummas : quas à nobis, & germano noſtro, Domino VVladiſlao Vngariæ & Poloniæ Rege, in dicta terra Sandomirienſi, caſtro, ciuitate, oppidis, & villis, vterque eorum habebat obligatas, & inſcriptas. Literas quoque diuerſas noſtras, & prędicti germani noſtri Domini VVladiſlai Regis (in quibus Inſcriptio & obligatio præfatarum ſummarum, cum cauſis & reſpectibus, denotata & expreſſa ad liquidum continebatur) in poteſtatem noſtram, per manus Venerabilis Domini Staniſlai de Kurzozvviaki, Regni noſtri Vicecancellarij, reſtituit : de terra quoque prędicta Sandomirienſi, caſtro, ciuitate, oppidis, & villis, effectualiter & ad integrū, nihil ſibi aut ſucceſſoribus ſuis Iuris, proprietatis, & dominij, in eiſdem relinquendo, exceſſerit : ſpontanea, vltronea, & mera ſua voluntate : pro Regni ſui augmento,

& pro-

& profectu. Ne itaque casu aliquo siniſtro (quod Deus auferat) vel euentu, voluntatem ſuam optimam, in augmentum Regni noſtri & Reip. ordinatam, contingat quoquomodo infringi, vel deformari: tenore præſentium, in verbo noſtro Regio promittimus, pollicemur: & nos fide bona aſtringimus, inſcribimus, & obligamus: Quòd præfatam terram Sandomirien. caſtrum, ciuitatem, oppida, & villas, in toto, vel in parte, per ipſum Ioannem Palatinum nobis reſignatam & dònatam, nulli hominum cuiuſcunque conditionis, ſtatus, vel eminentiæ, in quacunque noſtra & Regni noſtri neceſsitate, euentu, vel ſucceſſu, caſu, infeudabimus, inſcribemus, vendemus, donabimus, obligabimus, locabimus ad tempus, & ad vitam in perpetuum: vel aliâs quoquo modo. nec aliquam ſummam pecuniarū, paruam aut magnam, etiam ad extenuationem, arrendationem, vel locationem, aut ſub nomine extenuationis arrendæ vel locationis, in eadem terra, & caſtro, ciuitate, oppidis, & villis, aut aliquo præmiſſorum, in parte, vel in toto inſcribemus, vel inſcribi conſentiemus: ſcienter vel ignorāter, directè vel indirectè, vel quauis exquiſita cauſa, occaſione, vel colore. Omnes tamen occaſiones, colores, artes, cauſas, calliditates, fraudes, ingenia, quacunque ſubtilitate excogitatas, ſcriptas, vel interpoſitas, nulli hominum, cuiuſcunque conditionis, ſtatus, ſexus, vel præeminentiæ exiſtat, qui contra noſtram ordinationem in toto vel in parte exceſſerit, aut illi contrauenerit, aut illam violauerit, volumus in aliquo ſuffragari: aut in excuſationem, vel purgationem ſui ſceleris, ſuæque præuaricationis, pœnæ, & reatus, trahi. Si autem præſenti noſtræ promiſsioni, pollicitationi, aſtrictioni, inſcriptioni, vel obligationi contrauenerimus, & eam violauerimus, in toto, vel in parte: & aliquam infeudationem, inſcriptionem, donationem, venditionem, & obligationem, de dicta terra Sandomirienſi, ciuſque caſtro, ciuitate, oppidis, & villis, cenſibus, telonijs, & quibuſcunq; eius redditibus, fecerimus: extunc talem infeudationem volumus, & decernimus eſſe caſſam, & irritam: nec vllum vnquam poſſe obtinere robur: velut eam, quæ in damnum Reipub. Regni noſtri procederet, læſionem, & offenſam. Sed & perſonam, cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſteret, quæ inſcriptionem & infeudationem, ſuper dicta terra Sandomirien. caſtro, ciuitate, oppidis, & villis, à nobis vel ſucceſſoribus noſtris ſuſciperet, læſæ Maieſtatis, læſæque Reipub. eam eſſe decernimus: noſtrumq;, ac Regni Poloniæ publicum hoſtem, & fraudatorem declaramus. habebimuſque facultatem nos, & ſucceſſores noſtri, quin & Conſiliarij Regni noſtri habebunt: hominem tam impium & ambitioſum, à præfata terra Sandomirien. caſtro, ciuitate, oppidis, & villis, aut parte earū, quamcunq. occupauerit, abſque omni Iure, & ſtrepitu iudicij, amouendi, & expellendi: tanquam communis boni hoſtem, & perturbatorem. In cuius rei teſti-

monium, Sigillum noſtrũ præſentibus eſt ſubappenſum. Actum in Conuentione generali Petricouienſi, Feria quinta ante Dominicam Eſto mihi: Anno Domini 1478. præſentibus Reuerendiſsimo & Reuerendis in Chriſto patribus, dominis, Iacobo ſanctæ Gneſneñ. Eccleſiæ Archiepiſcopo,& primate: Sbigneo VVladiſlauienſi,& Andrea VVarmieñ, Epiſcopis: necnon Magnificis & Generoſis, Mathia de Bnin Poſnanieñ, Iacobo de Dambno Sandomirieñ, Nicolao de Kutno Lancicieñ, Palatinis: Ioanne de Oſtrorog Poſnanieñ, Bartholomæo de Ivvánouice Caliſsieñ, Petro Dunin de Pravvkovvice Siradieñ, Caſtellanis: cæteriſq. Dignitarijs, & Officialibus Regni noſtri, & Curienſibus quàm pluribus. Datum per manus venerabilis Staniſlai de Kurzozvviaki, Regni Poloniæ Vicecancellarij.

Imò amittat pecuniam: qui eam dederit, ſuper terras Principales: in quibus ſunt Capitaneatus.

Kazimir. tertius in Nieſzo vva. 1454. Fol. xcvij.

ITem, cùm bona & poſſeſsiones menſæ noſtræ Regalis, nedum pro perſona noſtra, ſed & pro tuitione & conſeruatione Regni totiuſ, ſunt à principio ordinata, Pollicemur: quòd non ponemus in obligationem, pro pecunijs, caſtra, & terras principales, ſeu capitales: in quibus Capitaneatus conſiſtunt. Et ſi quis, à nobis, huiuſmodi terras, aut caſtra, ſic in obligationem receperit: pecunias per eum datas, eo ipſo amittat.

Itaque bona Regalia, ſi neceſsitas Reip. vrgeat, non alibi quàm in Conuentione generali, cum aſſenſu Conſiliariorum, ſunt inſcribenda: idque ſemper cum extenuatione. alioquin, honoris & pecuniæ amiſsionis pœnam, ſecus faciens feret.

Alexander Rex Petrico. 1504 Fol. cxuij.

QVoniam de bonis menſæ Regalis, ſtatus Regius etiam conſueuit ſpecialem habere prouiſionem: & illis non habitis, neceſſariò ſtatus Maieſtatis Regiæ publicis auxilijs deberet ſuſtentari: tot verò onera, in Regno contingunt ferenda, vt etiam publicis auxilijs, impoſsibile eſſet ſatisfacere: & prouidendo ſtatui Regio, & neceſsitatibus occurrentibus: Vt igitur ſucceſsiuè cuinci omnia valeant bona menſæ Regiæ, ſtatutum eſt: & per Maieſtatem Regiam approbatum eſſe debet: Quòd bona Regalia, dum eximentur, vel ſi quopiam modo deuoluentur ad Regiam Maieſtatem, ampliùs non impignorabuntur: neque donabuntur per Maieſtatem Regiam: niſi in generali Conuentione, pro Reip. neceſsitate, Conſiliarij conſentirent, obliganda, donanda, vel inſcribenda. Propterea quòd Regia Maieſtas nemini ampliùs, ad ſummas priores, in bonis Regalibus aſcribet quicquam. Et ſi Inſcriptionem fieri contingat, etiam in generali Conuentione dominis Conſiliarijs conſentientibus: nihilominus perpetuò ob-

tuò obseruandum decretum sit: Quòd nemini aliqua bona mensæ Regalis, Maiestas Regia deberet inscribere: absque conditione extenuationis. Qui verò contra præsens Statutum, pecuniam super bona Regalia dederit: ille perdet & honorem, & pecuniam, quam habet inscriptam.

BOVES.

Ne quis vi boues alienos recipiat.

CVM alicui quatuor boues sint recepti violenter: & de huiusmodi violentia, fecerit protestationem: volumus, quòd pro huiusmodi negligentia boum, & laborum, pro qualibet septimana, quatuor Scotos, damnum & iniuriam passo, cum pœna *Piątnadźiesta*, & Iudicio aliam similem pœnam, soluere illator iniuriæ teneatur. *Kazim. Mag. Visl. 1368. Fol. 28.*

¶ In pignoratione Boum, quomodo sit procedendum: Vide in Titulo, PIGNORATIO.

BVRGRABII.

Burgrabij & Iudices Capitaneorum, sint possessionati.

CVM nouæ & antiquæ Constitutiones decernant, Dignitarios & Officiales terrarum, illis possessionatos esse debere: vbi Dignitates, & Officia obtinent: de Iudicibus tamen, & Burgrabijs Capitaneorum, non videtur quicquam hactenus esse constitutum: Quapropter decernimus, quòd Iudices, & Burgrabij sint possessionati, in illis terris: in quibus, à suis Capitaneis constituti, officia exercent. *Sigism. Craco. 1507.*

Burgrabij & Iudices, itinerantes defendant.

DEcernimus: quòd Iudices & Burgrabij, ipsos terrigenas & subditos nostros, itinerumque, ac itinerantium securitatem, iuxta Iuris formam, à violentijs iniuriantium defendant. ad solutionem verò pœnarum, quæ ex Iudicio debentur, eosdem compellant. *Sigism. Craco. 1507. Fol. 6.*

Burgrabij, seu tenutarij Castrorum, coram Officialibus Regni respondeant.

DEcernimus: quòd ipsi Burgrabij, seu rectores Castrorum, & homines ipsorum, coram Capitaneis, Iudicibus, Subiudicibus Regni prædicti, qui pro tempore fuerint citati, compareant: & respondeant, de se querulantibus: prout cæteri Nobiles, & homines quicunque Regni prædicti. dum modo causa, vltionis sanguinem non requirat. cuius cognitionem, pro Nobis, & nostris successoribus, reseruamus specialiter. *Ex Priuilegio Ludouici Cassouiæ 1374. Folio 41.*

CALVMNIA, ET CALVMNIATOR.

Kazimirus in Nieszowa. 1454. Fol. 94.

ITEM cùm omnis regula Iuris viam præcludat calumnijs, Statuendum censuimus: quòd si contigerit, vt cuipiam obijceretur calumnia: calumniatorque ab antiquo nuncupetur: quia scilicet procurauit, aut procurat causam calumniosam: ipse calumniator, luet calumniato, cùm se purgauerit, pœnam trium Marcarum: & Iudicio trium. Talis autem purgatio ipsis calumniatoribus, duntaxat tribus vicibus est indicenda. Cùm verò quarta vice quis culpatus fuerit, de opere calumniæ: ampliùs ad expurgationem admitti non debet. sed si conuictus fuerit: pro suo scelere, nares sibi præcidi debent, ad instar equi castrati. & eo ipso, honore sit priuatus: nec Iure Nobilium peramplius, aut eodem aliquatenus tueri potest.

Calumniatoriæ Citationes.

Kazi. in Korczyn 1451. Fol. 88.

ITem volumus & decernimus: quòd calumniatrices & falsæ citationes, ac inordinatæ, locum in Iudicijs non habeant. pro quibus, iuxta qualitatem excessus, Dignitarij Iudicio præsidentes, habebunt facultatem eosdem calumniatores, & falsas & inordinatas citationes, puniendi, corrigendi, & mutilandi.

Calumniatoria Citatio.

Sigism. Aug. 1550.

TAmetsi contra Citationes calumniatorias, quæ vehementer increbuerunt, sint leges editæ: quia tamen in hoc dubitatum fuit, vbinam tales Citationes deberent cognosci: quam quidem dubitationem nos præcidere volentes, ita constituimus: Quia pro talibus Citationibus non alibi cognoscendum est: nisi apud illud Iudicium, vel Officium, apud quod producentur. Nihilominus duntaxat eo tempore, cùm pars hæc iniuria grauata, eo nomine actionem instituere volet, Appellatio, seu Motio ad nos procedere debet.

Si quis calumniosè citauerit aliquem, pro inuasione domestica.

Ioan. Albert. Fol. Cvi.

CVM quispiam personam iustam & innocentem, pro inuasione domus calumniosè culpauerit: exindeque cùm inculpatus deputaretur, turri recludendus: in tali casu, Nos & successores nostri, priusquam ad deputandum in turri festinauerimus, scrutabimur, & scrutabuntur: scireque debebimus, & debebunt, veram positionem rei, culpæ, & calumniatoris.

toris. quo in calumnia comperto, Nos talem, ex debito auctoriratis nostræ, infamem pronuntiabimus: & insuper in facie cauterisari demandabimus.

¶ Calumnians mulier quempiam, de vi sibi illata: Vide in Titulo, VIRGO.

CAMERARII.

Camerarij, Palatini, & Succamerarij, Iudiciis olim præsidebant, in terminis particularibus. qui alienas causas ne procurent.

IN Terminis particularibus, Camerarij Iudicum & Subiudicum, item alij duo Camerarij, videlicet Palatini & Succamerarij, sunt eligendi: ac per eosdem ad illos adiungendi: sine quibus Iudex & Subiudex, & Camerarij eorum, non habeant iudicandi facultatem. Prædicti etiam Camerarij, seu Officiales Iudicij sic locandi, non debebunt alias causas, nisi proprias, procurare: vel ad procurandum se de Iudicio leuare. *Vladisl. Iagello Craco. & Varsa 1423. Fol. 45.*

Iudices non per Camerarios, sed per se Iudiciis præsideant.

ITem decernimus: quòd Iudices & Subiudices proprijs in personis, & non per Camerarios, Iudicijs tenebuntur præsidere. *Kazim. tertius in Korczyn. 1451. Fol. 88.*

¶ De Camerariorum Sententia redarguta: Vide in Titulo CASTELLANVS.

¶ Camerarij Iudicium suum exercere possunt, etiam in absentia eorum, qui interesse debeant: Vide in Titulo, IVDICIVM.

¶ Camerariorum, vices Succamerariorum in limitibus obeuntium, quod salarium sit: Vide in Titulo SVCCAMERARIVS.

CANCELLARIA.

A Citatione Regali, in Cancellaria nihil detur, nihil etiam accipiatur.

ITem ne prædicti nostri subditi, in Cancellaria nostra, à Notarijs plùs iusto grauentur, Decernimus: quòd deinceps à Citationibus nihil accipiatur. *Sigis. Petric. 1511. Fol. 16.*

Prælati, ex Cancellariis & Vicecancellariis sint.

CAncellarij & Vicecancellarij expectantes erunt primi, Archiepiscopatuum, Episcopatuum, Prælaturarum, & aliarum Dignitatum, & Beneficiorum, poximè ac primò vacaturorum. *Alexand. Petric. 1504. Fol. 113.*

Officia Cancellariæ Rex, in Conuentione generali conferre debet.

Officia

Alexander in Rubr. Fol. 113.

OFficia Cancellariæ, Rex de cætero cõferre debeat, cum consilio Consiliariorum, in Conuentione generali.

Attamen Sigismundus promotionem Cancellarij, & Vicecancellarij, & Secretarij Maioris, in sua reliquit potestate.

Sigism. Crac. 1507. A 2.

ITem in Statuto Alexandri Regis, quod est de Cancellario & de Vicecancellario Regni, de Prælaturis, & Dignitatibus vacantibus, prouidendo Volumus & decernimus: vt habeatur per Nos, & successores nostros, debita ratio laborum, & seruitutis eorum. in nostro tamen arbitrio, & successorum nostrorum reponimus: vt pro meritis, & virtute vniuscuiusque, liberum sit nobis, offerente se nobis oportunitate, prout videbitur Reip. expedire, vnumquenque ad statum & conditionem altiorem promouere. Quam moderationem, etiam ad Statutum de Secretario primo, seu Maiore, referimus.

Cancellarius & Vicecancellarius, pari autoritate sint.

Alexan. Petr. 1504. Fol. 113.

CAncellarij autem & Vicecancellarij officia, à modo officij autoritate, executione, expeditione, & consuetudine sic ordinabuntur: quòd censeantur inuicem copulata esse.

Cancellarius & Vicecancellarius, literas contrarias Iuri ne dent.

Alexan. Petr. 1504. Fol. 113.

CAncellarius & Vicecancellarius, literas super donationibus, & Inscriptionibus bonorum nemini dent aliter: quàm Constitutiones Regni continent. Literæ autem, Iuri contrariæ intelligantur, Inhibitiones ad Iudicia: quæ emanant absque necessitate Reipub. Item Commissiones inter personas: nisi granicierum diuisionis, vel de consensu partium essent. Item liberationes ab expeditione bellica.

Causas Teutonicas Cancellarij & Referendarij quoque audient. quas simul etiam Regi referant

Sigis. August. Petric. 1550.

QVia in Iudicijs Teutonicalibus, multas causas Nobilitas habere solet: Cùm ergo tales causæ obuenient: tum eas cum Consiliarijs, qui circa nos tunc præsentes fuerint, iudicabimus atque absoluemus. Cancellariæ verò Officiales, cum Referendarijs, audient easdem: & partibus præsentibus nobis referent.

Libri seu Regestra Cancellaria, ad probationem super bona, nihil valeant.

Sigis. Petric. 1538. B 3.

QVoniam magno detrimento afficerentur permulti Regni nostri subditi: vbi

diti: vbi libri, seu Regestra Cancellariæ, quibus magni momenti Priuilegia, & alia hominum Iura, & munimenta fideliter inscripta sunt, suspecta aut fide carentia censeri debeant: sicuti hactenus, pro varietate opinionũ, putatum est: & ab aliquibus desideratum, vt abolerentur, & cassarentur: Nos itaque volentes quosdam metu, non admodum necessario, liberare, in præsenti Conuentu decreuimus: Neminem ex subditis nostris debere, aut posse inquietari, molestari, aut etiam periclitari, super bonis quibuscunque: quæ per literas, ex libris Cancellariæ nostræ sumptas & descriptas, quòd fuerint Regalia, probari possent. Tales enim literas, quò ad eum effectum, molestandi aliquem ex subditis nostris, nullius roboris & momenti esse volumus, & decernimus.

Libris verò Cancellariæ quid est inscribendum, & si quis literas è Regestris Cancellariæ extractas, ijsdem Regestris comprobare non poterit, propter vetustatem easdem Iuramento comprobabit.

CAeterum vt deinceps futuris temporibus libri ipsi Cancellarię nostrę, tanto diligentiùs & scribantur, & seruentur, Volumus & firmiter decernimus: Vt Cancellarius & Vicecancellarius Regni nostri, ipsi soli libros eosdem, in sua custodia diligenter adseruent: habeantque semper vnum, vel duos Notarios, vel scribas iuratos: qui omnia Priuilegia, decreta, recognitiones, & alia quæ ad necessitates & securitates hominum coram nobis fiunt, & sub Sigillis nostris conceduntur, syncerè & fideliter, in libros huiusmodi seu Regestra, deinceps inscribant. Quòd si aliquis subditorum nostrorum, casu aliquo aduerso aut fortuito, literas à nobis emanatas, & libris Cancellariæ nostræ inscriptas, perdiderit, amiserit, aut alioquin viciatas habuerit: Officiales Cancellariæ nostræ tenebuntur & debebunt, omnibus talibus, cùm petierint, sine vlla difficultate & renitentia, alias literas ex libris nostris, non mutato priori tenore descriptas, sub Sigillo dare, & extradere. verùm vbi literæ, ex libris Cancellariæ extractæ, allegarentur suspectæ: Regestrisque seu libris Cancellariæ comprobari, propter antiquitatem, non possent: tum Iuramento producentis, vt moris est, comprobari debent. *Sigis. Petric. 1538. Ibidem.*

Taxa literarum Cancellariæ.

ITem ne prædicti nostri subditi, in Cancellaria nostra, à Notarijs plus iusto grauentur, Decernimus: Quòd deinceps, à Citationibus nihil accipiatur: à Procuratorio, tres Grosi: à literis Commissionis, cum Mandato, decem Grosi: à literis Consensus, super bona nostra Regia, duo Floreni. ab aliis verò Inscriptionibus communibus, duæ Sexagenæ. Item à *Sigis. Petric. 1511. Fol. 16.*

buſlibet literis clauſis, ſex groſsi: à literis perpetuis, in pargameno, cum ſerico, Sexagenæ quinque ſoluantur. Prædictam autem taxam literarum noſtrarum obſeruandam decreuimus, fauore Nobilitatis Regni noſtri: quam in hoc, ſpeciali prærogatiua condonare voluimus. Ciues verò, Iudæi, & homines externi, ſoluent literas: iuxta arbitrium & voluntatem Cancellariæ noſtræ.

Vt in Cancellariatu, & Vicecancellariatu Regni, alter ſit Spiritualis, alter Secularis.

Sigiſm. 1507. Folio 4. PEtitionibus Baronum & Nobilium Regni noſtri annuentes perpetuo Decreuimus Statuto: vt in futurum, in Cancellariatus & Vicecancellariatus officijs, cùm aliquod eorum vacare contigerit, Nos & ſucceſſores noſtri, ad vnum ex illis Spiritualem perſonam: & ad aliud, Secularem præficere debeamus. propter actiones: quæ interdum tales eueniunt: quòd Spirituali perſonæ, earum executionem committi non conuenit.

Cancellaria taxam literarum ne excedat.

Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550. CAuendo, ne Nobilitas grauaretur, circa receptionem & ſcriptionem quarumcunque literarum, Renouamus Statutum: vt Cancellaria conſeruet ſe, iuxta hoc ipſum Statutum Sererenisſimi olim parentis noſtri, de eo conditum.

Cancellariatus, Vicecancellariatus, Marſchalcatus, de quibuſcunque terris.

Kazimir. tertius 1459. Folio 93. CAncellariatum, Vicecancellariatum, Marſchalcatum, & alia Officia curiæ, diſtribuemus viris idoneis: ſiue fuerint de terris Maioris Poloniæ: ſiue Cracouiæ, aliâs Minoris Poloniæ.

Cancellarij, & Vicecancellarij, tam Spirituales quàm Seculares, dignitates cum Sigillo tenere non poſſunt.

Alexan. Rex Folio 113. ITem Cancellarius & Vicecancellarius, poſt pacificam aſſecutionem cuiuſcunque, Gneſnenſis, Cracouienſis, VVladiſlauienſis, Poſnanienſis, Varmienſis, aut Plocenſis, Eccleſiarum Epiſcopatum, tenebitur Officium reſignare. & parimodo de Secularibus iſtud Officialibus intelligatur: vt & ipſi, Palatinatu aut Caſtellanatu aſſecuto, Officio cedant: illudq; Rex de cætero cõferre debeat, cum conſilio Conſiliariorum, in Conuentione generali.

CAPITANEI.

Capita-

Capitanei sint possessionati.

CApitanei, & eorum officiales, sint in terris, vbi ipsa Officia gerunt, possessionati : iuxta antiquum Statutum. alioquin, suis Officijs per Nos priuari debebunt. *Sigis. Petrico. 1519. Fol. 22.*

Capitanei, & Vicecapitanei, & Judices, sint possessionati.

CApitanei, & Vicecapitanei, & Iudices Castrenses, sint possessionati: sub pœna amissionis Officiorum Capitanealium. contra quos Capitaneos, & Vicecapitaneos, & Iudices, similiter etiam Nuncij illius terræ instigare debent, ac tenebuntur. *Sigism. Crac. 1543.*

Pœna Capitaneorum negligentium.

VT Officiales & Dignitarij diligentiùs intendant exequutioni, & Iudiciorum, & administrationum eis incumbentium, innitendo prioribus Constitutionibus Decreuimus: vt quotiens Capitanei, in exequendis ijs, quæ ad ipsorum officium pertinent, negligentes reperti fuerint, si in obligatione bona Capitaneatuum suorum teneant, puniantur pœna centum Marcarum, de eorum summa eis defalcandarum. Si autem in liberis bonis Capitanei extiterint: priuatione officij Capitaneatus volumus esse puniendos. *Sigism. Crac. 1507. Fol. 3.*

Quatuor articulos Capitaneus, seu eius Iudex iudicabit.

RElatum est nobis: quòd Capitanei nostrarum terrarum, communiter causas quascunque, quæ minimè ad eos dignoscuntur pertinere, iudicant, sententiant, & discernunt. Volentes igitur imponere eis modum iudicandi, Decernimus: Quòd Capitanei terrarum nostrarum non debeant alias causas, præter infrascriptos articulos, iudicare: scilicet pro violentia fœminarum: pro deprædatione stratæ publicæ: pro incendio, & immissione ignis: pro violenta inuasione domicilij alicuius. aliarum autē causarum minimè iudicandi habeant facultatem. *Iagello Crac. 1423. Fol. 45.*

De eodem, quòd quatuor articulos Capitaneus iudicat.

ITem Statuimus: quòd Capitanei nostri non iudicent indistinctè, præterquam quatuor articulos: pro concussione viæ Regiæ, vbi mercatoribus violentia infertur: pro incendio: pro inuasione domus, violenta manu: & oppressione fœminarum. *Kazi. in Nieszowa 1454. Folio 93.*

De eisdem quatuor articulis, iuxta Statutum Niessouiense iudicandis.

Albertus Petric. 1496. Folio 97.

ITem ad tollendum nonnullorum Capitaneorum abusus, Decreuimus: vt ipsi Capitanei iudicent duntaxat articulos quatuor, in Priuilegio præinserto descriptos.

Alioquin, nullitas sit Iudicij Capitanei: si quid vltra quatuor articulos iudicauerit.

Idem Rex. Folio 97.

ET nihilominus, si quid vltra articulos quatuor iudicarent, id irritum & inane esse volumus, & decernimus.

In causis, à Iudicio Capitaneorum alienis, impune non paretur, vel terminus prorogatur.

Sigism. Cracouiæ 1532. B 1.

VOlumus & statuimus: vt Capitanei, præter articulos in Statuto expressos, nullas alias causas iudicent: etiam si quis, vel non comparuerit: vel ex ignorantia, iurisdictionem Capitanei prorogauerit. Et si quid in contrarium fecerint: eorum Iudicium nullitatis vitio cassetur.

Capitaneus ergo, de violationibus virginum, & oppressione viduarum, & maritatarum iudicet.

KAzim. Visliciæ 1368. Folio 34.

QVicunque itaque virgini, seu viduæ, vel coniugatæ, in campo, sylua, domo, aut vbicunque opprimendo violentiam fecerit: & virgo, seu mulier, cuadens violentiam oppressoris, si infra triduum, ad villam viciniorem veniens, seu in villa existens, ad vicinos clamauerit: plorando, vel lacrymando, narrandoque sibi violentiam esse illatam: & signa oppressionis in ea apparuerint manifesta: & subsequenter iurauerit: in gratia Nostra, amicorumque eius, idem oppressor existat. & hoc, si de eius clamore, dicti villani fuerint protestati. Si verò virgo, de oppressione aliquem accusauerit calumniosè: & in ea signa non apparuerint oppressionis: extunc is quem accusauit, cum sex conditionis suæ hominibus, se expurgabit: ipsa calumniatrix, cuiuscunque status, & conditionis existat, pœna debita castigetur.

Capitanei itaque iudicent terminos in sex hebdomadis, ante vnam hebdomadam publicè prædicentes.

KAzimirus in Nieszovva 1454. Fol. 92.

ITem statuimus: quòd Capitanei nostri iudicia sua non iudicent, in arctiori tempore, nisi in sex hebdomadis: quòdque antehac ipsorum Iudicia huiusmodi ante vnam septimanam præconisentur, & proclamentur: locusque tali Iudicio publicè designetur.

Capitanei & tenutarij, Nobilitati in limitibus vim non inferant.

Capita-

CApitanei & tenutarij bonorum noſtrorum, violentias Nobilitati in limitibus non inferant: nec eoſdem limites, per Commiſſarios noſtros factos, vi deſtruant. *Sigiſ. 1519. Folio 22.*

De eodem: quòd Capitanei in ſex hebdomadis iudicent Iudicia. & ſi illos abeſſe, ex iuſta cauſa contigerit: poſſeßionatos Iudices ſubßituant pro ſe: ſub priuatione Officij.

HAec autem Iudicia celebrabunt (Capitanei) in ſex ſeptimanis: quibus perſonaliter interſint. & quotiens non intereſſent: conſtituent Nobilem Iudicem poſſeſſionatum, in eodem Capitaneatu domicilium habentem, cauſaſque & iudicia diſcernere ſcientem. Quod faciant, ſub priuatione Capitaneatus. cui pœnæ ſubijcientur, quotienſcunque cauſa quacunque priuata impediti, Iudicijs non intereſſent. excepto, quòd propter neceſsitates, aut actiones Reipub. vel noſtras, intereſſe non valerent. *Alber. Petrie. 1496. Fol. 97.*

Capitanei, non priuatis, ſed in conſuetis ac publicis locis, iudicabunt: ſub pœna nullitatis.

ITem ad tollendum nonnullorum Capitaneorum abuſus, dum videlicet relictis Capitaneatuum locis conſuetis, in quibus Iudicia exercere conſueuerunt, nonnunquam tribunalia Iudiciorum ſuorum, in locis ab officio ipſorum alienis conſtituũt, Decreuimus & ſtatuimus: Vt ipſi Capitanei terrarum, ac diſtrictuũ, non in alijs iudicent locis, quàm Capitaneatuum proprijs: aliâs in quibus Iudicia eſſe conſueuerunt. articulos tamen duntaxat, in Priuilegio Iuris communis deſcriptos. *Sigiſm. Petricouia 1497. Fol. 97.*

Alioquin, nullitas eſt Iudicij Capitanealis: ſi quid vel non in tempore, vel non in loco iudicauerit.

ET nihilominus, ſi quid vltra articulos quatuor, aut in alijs temporibus, & locis inconſuetis iudicarent: id irritum, & inane eſſe volumus, & decernimus. *Albert. 1496. Folio 97.*

Cùm autem criminales ferè cauſas Capitaneus iudicet: quiſq; pro recenti crimine, infra annum & ſex hebdomadas actionem intentet.

QVerebantur ſubditi noſtri Maioris Poloniæ, præſertim de Capitaneatu Poſnanienſi, Citationibus Capitanei ſe vehemẽter grauari. Quamobrem decreuimus: Quòd ad Capitaneum citari nemo debet, niſi pro recenti crimine. Tempus autem recentis criminis ſit, annus, & ſex hebdomadæ. *Alexander in Radom. 1505. Folio 116.*

Vt Rex, ita Capitaneus, potest Ministerialem dare ad citandum.

Kazimir. Visliciæ 1368. Folio 37.

DEcernimus etiam declarando: quòd Nos, vel Capitaneus noster, vel Palatinus, vel Iudex, vel Subiudex, vel Officialis, qui dicitur *Woźny*, habeant facultatem dandi Ministerialem ad citandum.

Capitaneus tantum Iure victos, ad solutionem pœnarum compellat.

Sigism. Craco. 1507. Fol. 6.

CApitanei, ipsorumque Iudices, & Burgrabij, ad solutionem pœnarum, quæ ex iudicato debentur, terrigenas & subditos nostros compellant.

¶ Qua pœna puniuntur Capitanei negligentes, in exequenda re iudita: Vide in Titulo, PROCESSVS IVRIS.

¶ Olim Capitaneus Commissarios, sumptibus & expensis Regijs sustentabat: Vide in Titulo, COMMISSARII.

¶ Capitanei, non exequentes Constitutiones Palatini, in pretio rerũ venalium, si liberos Capitaneatus habent: illis priuentur. si illiberos: centum Marcis puniantur: Vide in Titulo, PALATINVS.

Capitanei, ad limites faciendos venire negligentes, viginti octo Marcis puniantur.

Sigis. Petric. 1511. Fol. 20.

ITem quia ex querelis Nobilitatis accepimus, multos damnis affici negligentia Capitaneorum, & tenutariorum bonorum nostrorum: qui per Iudices Commissarios accersiti, ad limitanda bona nostra, cum bonis prædictæ Nobilitatis, venire recusant. Huic igitur incommodo occurrere volentes, Statuimus: vt si deinceps Capitanei, vel tenutarij nostri, accersiti venire neglexerint, ad eosdem limites faciendos: pæna viginti octo Marcarum, per Nos puniãtur. quarum medietas, parti: reliqua nobis, & successoribus nostris, cedere debet.

¶ De defensione limitum per Capitaneos, & iniurijs, ratione eorundem illatis: Vide in Titulo, BONA REGALIA.

¶ Capitanei, excommunicatos non punientes, censuris Ecclesiasticis puniantur: Vide in Titulo, PRIVILEGIVM.

¶ Iuramentum Capitaneorum: Vide in Titulo, IVRAMENTVM.

Impossessionatos Capitaneus iudicabit: Vide Titulo, IMPOSSESSIONATI.

¶ Capitaneus stipendiatos milites, damna inferentes, ad satisfactionem compellat: Vide in Titulo, STIPENDIATI.

¶ Coram Capitaneo non est terminus peremptorius: Vide in Titulo, TERMINVS.

Palatinus

¶ Palatinus & Castellanus, in Capitaneatu præfici non potest: præter Palatinum Cracouiensem: Vide in Titulo, PALATINVS.

CARDINALATVS.

Ecclesia Gnesnensis præponitur Cracouiensi. Cardinalatus, & Legationes, non ambiantur: quodque alternatim Archiepiscopus & Cardinalis, ad consilium accedebant.

ALexander Significamus: quia Reuerendissimus in Christo pater, dominus Andreas Roza, Archiepiscopus Gnesnen, & Regni nostri primas, in præsentia Consiliariorũ, & Prælatorũ, Spiritualium & Secularium, suas nobis porrexit petitiones: vt ex Regestris Cancellarię, Serenissimi olim Kazimiri Regis Poloniæ, patris prædecessorisque nostri, Priuilegium ad Ecclesiam Gnesnensem pertinens, per ipsam olim paternam Maiestatem Regiam donatum atque concessum, transcribere, illudque innouare & confirmare dignaremur. cuius sequitur tenor. *Alexan. Rex 1451.*

Kazimirus Significamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis, præsentibus & futuris: Quòd cùm inter terras nostras Regni Poloniæ, & subditos earum, non modica orta esset differentia, disceptatioq. non mediocris fieret: de & super Cardinalatu Reuerendissimi in Christo patris, domini Sbignei Episcopi Cracouiensis: propter quam etiam Resp. Regni ipsius dissoluebatur, & complurima incommoda capiebat: Nos tandem talem differentiam disceptionesque, prout ex debito regimine nostri tenemur, semouere, sedare, complanare, & ipsas terras nostras ad statum reducere debitum vnionis volentes: indicto per nos, super ea re potissimè, perlamento Prælatorum, & Baronum Regni nostri præfati, in hoc loco oppidi Petricouien, pro festo Pentecostes seruato: de consilio eorundem Prælatorum, & Baronum nostrorum, per nos ita vt sequitur conclusum, determinatum, definitum, & decretum existit. In primis autem, quòd sedes Metropolitana Gnesnensis, domini quoque Archiepiscopi, & primatis sedis eiusdem, pro tempore existentis, in omni Iure, autoritate, & potestate, prærogatiua, Iurisdictione, & consuetudiue, quas aliâs Ecclesia Gnesnensis ab antiquo, supra Ecclesiaum Cracouiensem habuit & habet, debeat in æuum conseruari.

Item Statuimus & ordinauimus: quòd præfatum Sbigneum, Cardinalem, & Episcopum Cracouiensem, omnes & singuli regnicolæ, cuiuscunque dignitatis status & conditionis existant, pro vero & indubitato Cardinali tenebunt, & reputabunt: eumque ipsius Cardinalatus titulo scribẽt, intitulabunt, & nominabunt: scribereque, & intitulare, ac nominare tenebuntut,

nebuntur, & ſint aſtricti. Item a modo & de cætero, neque dominus Archiepiſcopus Gneſnenſis, neque Epiſcopus Cracouienſis, & cæteri Epiſcopi poſtulabunt, aut petent: ſed neque petere debent, aut quouis modo impetrare, dignitatem Cardinalatus, aut Legationes ſedis Apoſtolicæ: abſque conſenſu noſtro, & omnium Conſiliariorum Regni. Cæterum vt quæuis impedimenta in conſilijs, pro bono publico fiendis, ceſſent: & difficultates amputentur: firmaq; ſtabilitas conſiliorum, in Regno ipſo noſtro permaneat: vterque Prælatorum prædictorum, vadant cum cæteris Prælatis, & Baronibus, ad Conuentiones pro tempore ſtatuendas, daturi ad Rempub. conſilia opportuna: Sed alter eorum vna die, & alius altera die, ad conſilium veniat, & ingrediatur: quem tum Nos vocandum duxerimus. Non vocatus verò in hoſpitio debet remanere, & ſtare: daturus nihilominus ab inde conſilia opportuna, ſuper quibus fuerit requiſitus. Præterea hoc præſens decretum, in præmiſsis factum, habitum, & concluſum, inuiolabiliter per partes teneri debet, & irrefragabiliter obſeruari. Qui verò illud ſeruare, tenere, & ad illud attendere nollet, ſperneret, aut minimè curaret: Nos contra talem partem, præmiſſa non ſeruantem, & omnes Conſiliarij noſtri, atque regnicolæ, omnino eſſe debemus: & non permitere eum vti propria voluntate. In quorum omnium fidem, & teſtimonium præmiſſorum, Sigillum noſtrum præſentibus eſt ſubappenſum. Actum in Piotrkovv, in Conuentione generali, Feria quinta infra Octauas Pentecoſtes: Anno Domini 1451.

CASTELLANI.

Caſtellanorum ad Iudicia celebranda, deſignata loca.

Kazimir. Viſlicia Folio 12. QVia plerunque habentes Iuriſdictionem, à caſu, & pro libito ſuæ voluntatis, conſueuerunt ad Iudicium acceptare, vel eligere ſibi loca quælibet indeterminatè: & ideo, vt quiſque ſuis terminis ſit contentus, Statuimus: quòd Cracouienſis Caſtellanus, in tribus duntaxat locis, videlicet in Cracouia, in Andrzeiovv, & in VVieliczká, ſua debet & tenerur Iudicia pertractare. aliâs tanquam non à ſuo Iudice, quicquid factum fuerit, vel iudicatum, nullam habeat facultatem. Idem de Caſtellano Sandomirienſi, & alijs, fieri Statuimus.

Caſtellani ne dent Citationes, ſine certo Actore. ſic Judices, Subiudices.

Kazimir. Viſlicia Folio 14. PRrohibentes nihilominus Caſtellanis, & quibuſlibet Iudicibus, & Subiudicibus: quòd deinceps, ſine certo Actore & cauſa expreſſa, non debent de-

bent decernere, nec dare aliquas citationes. ¶ Idem in Titulo CITATIO, Vide.

Qui arguit sententiam Castellanorum, aut eorum Camerariorum, &c. quid vnicuique soluet.

CVM aliquis arguit, aliâs *Nágáni*, sententiam Castellani Cracouiensis: tunc pelliceam hermelinam, aliâs *Gronostáiowy*: Castellanis autem, Sandomirieñ,& Lublineñ, pelliceas mustellinas, aliâs *Popielicé*: cuilibet etiam Palatino, pelliceas mustellinas: Iudicibus autem, Cracouiensi, & Sandomirienſi, pelliceas mardurinas: Subiudicibus, vulpinas: Succamerarijs, per sex Marcas: Camerarijs autem istorũ, & aliorum omnium nostrorum Dignitariorum, per sex Scotos: Iudicibus Castellanorum, per mediam marcam: cuilibet Notario terrestri, pelliceas vulpinas: alijs verò Castellanis, & Iudicibus, (Cracouieñ, Sandomirieñ, & Lublineñ,exceptis) per sex Scotos Marcas: absque omni contradictione,& antequam ad aliquam audientiam admittatur: dare, & satisfacere teneatur. *Kazimir. Vilicæ 1368. Fol. 28.*

Castellanorum Judices.

SI Iudicibus Castellanorum, obijciet aliquis falsitatem sententiæ: audiri minimè teneatur, donec eis pelles agnellinæ fuerint præsentatæ. quas pro se obtinebunt: si similiter suum Iudiciũ ostenderint fore iustum. Et id, quod de Iudice præmisimus, & Castellano etiam censuimus sentiendum. *Kazimir. Vilicæ Fol. 32.*

Castellanorum Iudices, pro capite iudicabunt.

STatuimus: quòd pro capite quolibet, Castellanorum Iudices, quilibet in sua Castellania,iudicandi & cognoscendi habeant facultatem. *Kazimir. Vilicæ 1368. Folio 11.*

Castellania, de homicidio incerto non agat.

SI ignoratur homicida: Officium pro capite neminem culpabit: sed consanguinei inquirent, & culpent. Sed dùm ignoratur, quis commisit homicidij immanitatẽ, Decernimus: quòd Castellania, de hoc aliquã non moueat quæstionem: sed consanguinei & proximiores culpabilem inquirentes, causam, dum poterint, prosequantur: iuxta Iuris formam. *Kazimir. Vilicæ 1368. Folio 22.*

Castellanorum officia, in bello.

QVodam abusu frequentatum est: quòd Nobilitas sine ordinè ad bellum, dum generalis expeditio moueretur, transibat,Constitutionem vetustam non obseruando. Decernimus itaque, Statuto veteri innitentes: Vt Castellani districtus suos, ad locum in Restibus per Nos designatum, *Sigism. Brudgostiæ 1510. Fol. 9. & 10.*

ſine hominum iniuria & incommodo, ducant. quibus quidem auctoritatem damus: eos puniendi: qui temerariè exceſſus facerent, & damna hominibus inferrent, ordinationes in victu comparando non obſeruantes. Quòd ſi Caſtellani officium ſuũ in hoc neglexerint exequi: & in profectione, damna non prohibuerint: tunc tenebũtur damna paſsis ſoluere: ſi reos nobis non detulerint: & Nobis, pro pœna negligentiæ, quatuordecim Marcas ſoluent. Palatini verò, cum Caſtellanis ordinabunt diſtrictus: & Caſtellanis eos ducendos diuident, & deputabunt: præſertim in Maiori Polonia: vbi nihil hoc modo ante ordinatum fuiſſe reperitur. Dum verò Caſtellanus, cum diſtrictu ſuo mouere ſe voluerit, ad bellum: vt vnà omnes pergant, debet Caſtellanus ſuo exercitui locum deputare: & in loco competenti, tentorium ſuum extendere: & quatuor diebus, in eodem loco demorari: & tandem progredi: ſine hominum iniuria, victualia quæuis, vt Statuto cautum eſt, ſoluendo. Et cùm ad locum, in Reſtibus deſignatum, venerit: Palatino ſuo cum diſtrictum, quem duxit, conſignabit.

Sigiſ. Bydgoſt. 1520. Fo. 21.

¶ SIMILIS. Itaque Nobiles diſtrictuum, cum ſuis Caſtellanis, ad locum generalis belli deſignatum procedant: & Caſtellanus, in profectione de Nobilitate conquerentibus, ſuper damnis, & iniurijs, iuſtitiam faciat: inobedientes autem, Nobis & ſucceſſoribus noſtris deferat. Quòd ſi deferre neglexerit: extunc damna paſsis perſoluet. Si verò idem Caſtellanus, ægritudine, vel aliqua alia cauſa abſens fuerit: vel tranſire non poterit: extunc in locum ſuum, alium idoneum Nobilem deputabit, ad premiſſa.

Precia rerum, ad victum ſpectantium.

Sigiſ. Petric. 1523. Fol. 29. & 30.

ITem vt expeditio bellica ordinato modo fiat, ad tuitionemque Regni, & non eiuſdem deſtructionem cedat, veteri ordinationi & Statuto innitentes, Statuimus & ordinamus vt Caſtellanus, ad bellicam expeditionẽ, cum Nobilibus ſui diſtrictus profecturus, quatuor vel ad minus tres dies, in loco ad conueniendũ deſignato, in diſtrictu ſuo expectet. Et qui Nobiles ad diem illam non conuenerint: aut cum eo profectionem ſuam non continuauerint: ſoli verò abſq; Caſtellano ſuo proficiſcentes, ſi damnum cuipiam fecerint: duplum eiuſdem damni ſoluere damnũ paſsis teneantur, & debebunt. Idem autem Caſtellanus, cum ſuo diſtrictu proficiſcens, ſtatiua faciet cum Nobilibus, non in villis, nec oppidis: ſed propè illa. iuxta Statuta Regni. Et ſi ruſtici, ſeu coloni, commeatum & alia neceſſaria, ad exercitum eius conducere noluerint: ipſe Caſtellanus ad vicinas villas, familiares ſuos, vel aliquos probos Nobiles mittat: qui neceſſaria ipſa, omnibus, qui pro illis ſe contulerint, diſtribuent: & curabunt, vt parata pecunia exoluantur: modo, & ordine infraſcripto: Videlicet Fœnum, quantum vnus equus portare, ſeu trahere poteſt, ſoluatur vno Groſſo: quod duobus

duobus equis afferetur, seu adducetur, duobus Grossis: quod quatuor equis, quatuor Grossis. Cassula siliginis vna, tribus Grossis soluetur: Auenæ vnus chorus, vno Grosso: Cassula verò auenæ, duobus Grossis soluetur. Bos, media Marca: Iuuenca, aliâs *Látowicá*, sedecim Grossis: Porcus, duodecim Grossis: Aries, seu muto, tribus Grossis: Anseres, gallinę, & pulli, prout in antiquo Statuto descriptum est, soluantur.

¶ SIMILIS. De militibus mercenarijs, & nobilitate ad seruitium bellicum proficiscentibus, vel inde redeuntibus, Capitaneus exercituum Regni, & Palatini, seu Castellani locorum, prouidere debent: ne subditis Spiritualium vel Secularium, aliqua damna vel violentiæ, contra Regni Constitutiones, & Priuilegia, inferantur. & si illatæ fuerint: vt ad solutionem, & satisfactionem damnorum, & iniuriarum, illas inferentes compellantur. Cùm verò milites mercenarij ex seruitio, vel Nobiles Regni nostri ab expeditione bellica, domum reuertentes, aut reuersi, aut in proprijs agentes, alicui damna intulerint: Nos iustitiam cuilibet de illis facere, & ministrare pollicemur: vel Officiales nostri ministrabunt. iuxta Statuta Regni nostri. *Sigism. Cruc. 1532. B 2.*

Castellani, seu Dignitarij, in Capitaneos non constituantur.

ITem cùm singula officia suis sunt actibus deputata, Pollicemur: quòd in nullis terris Regni nostri, Palatinum, aut Castellanum, in Capitaneum præficiemus præter Capitaneum Cracouien̄. *Kazimir. Vislicia. Folio 92.*

¶ Castellani ægrotos in conuentibus qui bellum præcedent reuideant: Vide in Titulo BELLVM. Fol. 39. & 40.

CASTRA PER QVEM AEDIFICARI DEBEANT.

¶ Vide in Titulo, PRIVILEGIVM. Regis Ludouici Priuilegium.

¶ Legem quæ vetat castra alienigenis committi, Vide in Priuilegio VVladislai Iagellonis: quod continetur sub titulo PRIVILEGIVM.

CAVSA QVIS CADIT.

Causa cadit, qui non probat id: quod se probaturum recepit.

SI quis in Citatione, vel in controuersia sua, recepit se probaturum aliquid: eaque de causa retulit se ad librum Actorum, Ius aliquod, Ministerialis recognitionem, testes, ad aliudúe aliquod summum causæ suæ fulcimentum: neque eo probat: quo causam suam lucrari voluit, perdet. *Consuetudo.*

CAVSAE AD CONVENTIONEM DEVOLVTAE, STATVTIS DIEBVS IVDICENTVR: ET CONCLVSIONE CONVENTVS FACTA, A NEMINE IVDICENTVR.

Sigismundus 1538. B 4.

COnsentimus: vt causæ, ad Conuentionem Regni generalem deuolutæ, duobus in septimana diebus, quarta scilicet & sexta Feria, per Nos deinceps recognoscantur, & iudicentur. Et concluſione facta Conuentus, nemo postea in causis, ad Conuentionem deuolutis, iudicari debebit aut poterit.

CANIS.

De morsu canis, ex incitatione alicuius.

Kazimir. Visliciæ 1368. Folio 24.

EGidius conquestus est: quòd canis Falconis, ex incitatione seu impulsione ipsius Falconis, taliter illum læsit, & momordit: quòd ex illo morsu, asserebat & ostendebat se claudicare: Falco verò eandem canis incitationem & impulsionem negabat. Et quia Egidius actor, hoc non poterat comprobare, Nos in tali casu Decernimus: quòd Falco, per Iuramẽtum proprium, debet se expurgare.

Fera acta, & canes, ne vi capiantur.

VVladisl. Iagelle Craco. & Varte 1423. Folio 47.

NOnnullæ displicentiæ seu controuersiæ, inter nostros subditos, & Nobiles, in venationibus oriuntur, ex eo: quòd aliqui feras agitatas, aut canes alterius recipere non formidant, nec verentur. Vnde Statuimus: vt si quis in posterum ceruum, aprum, aut onagrum alterius agitatum, aut captum, vi, aut occultè, aut canes alterius ceperit, aut rapuerit, & pro se vsurpauerit: talis vsurpans, pro ferinis, siue canibus, tres Marcas pro pœna: & alias tres Marcas illi, cuius fera fuit, soluere sit astrictus.

CELERITAS.

Celeritas inimica Iudicio.

Kazim. Mag Vislic. Fol. 16.

LIcet in pluribus casibus celeritas commendetur: tamen eadem celeritas, in Iudicijs & causis expediendis, rationabiliter quandoque non est obseruanda: sed potiùs amplianda, & dilatanda. ex eo, quòd iudicantem cuncta oportet rimari.

CENSVS PERPETVI, SOLO ANNEXI, RATIFICANTVR.

Sigism. Crac. 1532. B 2.

PLuries per subditos nostros solicitati sumus: vt literas reponi mandaremus, super census perpetuos domorum: & in defectu literarum, liberam

beram cuique potestatem faceremus, eosdem census perpetuos domorum, seu quorumuis locorum, solo annexos, vni ab altero redimendi: & perpetuitate oneris, pro certa summa pecuniaria, inter se, instar reemptionum censuum, commutandi. Nos etsi nunquam assentiri eiusmodi petitioni voluimus: quia tamen hucusque ab ea ipsa petitione, quæ multam in se cõtinere videtur iniquitatem, illos cum sua non vulgari molestia, & fastidio nostro, non cessare experimur: prouidere volentes, ne in posterum, vni ab altero quod non esset æquum repetendi, vel literarum super census perpetuos diuturnitate temporis abolitarum productionem expostulandi, occasio (dissidiorum inter subditos nostros subadministratrix) præbeatur, Statuimus & decernimus, cum assensu & consilio totius Senatus nostri, vt nemini subditorum nostrorum, cuiuscunque status & conditionis extiterint, liceat quomodocunque, directè vel indirectè, reemptionem perpetuorum & solo annexorum censuum, deinceps verbo vel facto, cõtra veterem illorum possessionem, attentare. quos perpetuos esse, sola veteri & diuturna possessione, & circa venditiones vel inscriptiones bonorum, ad census perpetuos soluendos obligatorum, mentione, probari decernimus.

CERVISIA.

Spirituales & Seculares, liberè vbique locorum Ceruisias coquant.

ABusum illum, quo ad recipiendas in villas, de ciuitatibus & oppidis nostris ceruisias, Spirituales & Seculares subditi nostri, (specialiter in Brzestensi, Iunivvladislauiensi, Radzieiouiensi, & in aliis quoque terris, & districtibus) compellantur, tollimus & abolemus: perpetuò Decernẽtes statuentesque, illos, & alios vbicunque locorum in Regno nostro constitutos, subditos nostros, villarum dominos, eorumque subditos, in hac libertate conseruandos: vt liceat cuique ceruisias, & liquores alios, vndecunque recipere, sumere: in villisque, & locis alijs ditionis eorum, braxare, & braxari facere: ac vndecunque maluerint, aut voluerint, sumere, habere, propinare, & vti, frui libere: absque omni Nostri, & Capitaneorum nostrorum, prohibitionis, aresti, ac pœnæ formidine. *Alber. Petric. 1436. Folio Ciij.*

Ceruisiam, in ciuitatibus Nobiles si coquent: Ducilia non soluent: præsertim in suos vsus.

QVia Nobilitas Regni nostri multa onera Reip. & præsertim defensionis contra hostem sustinet, Statuimus: vt quicunque in ciuitatibus, & oppidis, ad vsum suum priuatum domesticum, ceruisiam braxauerit: dummodo *Sigis. Petric. 1511. Fol. 17.*

dummodo id non in fraudem fiat, ad ſoluendam contributionem, dictam *Czopowe*, minimè teneatur.

CITATIO.

In citatione, verba criminalia ne ponantur.

Sigiſ. decret. inter Strzalkowski & Kolaczkowski.

MAieſtas Regia decreto ſuo, in vim Statuti perpetuis temporibus duraturi, omnibus paſsim, tam Procuratoribus quàm etiam alijs perſonis, cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtentibus, mandare & inhibere dignata eſt: ne quiſpiam citationem inordinatam, & verba in eadem, quæ alicuius honorem & bonam famã tangeret, deſcripta: & ad præſentiam M. Regiæ, & iudicium ſuæ Maieſtatis, & ad quodlibet Iudicium, Terreſtre ſiue Caſtrenſe, deferre, & de eadẽ proponere audeat: ſub pœna ſeſſionis vnius ſeptimanæ, in turri, per omnes, in contrarium decreti ſuæ Maieſtatis præſentis facientes ſuſtinendæ.

Ad Iudicium Terreſtre citare licet, pro quacunque ſumma.

Kazimirus Magnus.

VOlumus autem: vt liceat vnicuique, pro quacunque ſumma pecuniç, vel iniuria hæreditaria, & perſonali, aut bonis quibuſcunque, totiens quotiens, citare ad Iudicium Terreſtre. Vbi citatus parere, reſpondereq; tenebitur, & debebit: non excipiendo ſe ad Terminos generales, ob ſummæ magnitudinem. vel potiùs licebit Iudicibus Terreſtribus, etiam pro magna ſumma iudicare: cùm liceat vnicuique partium appellare.

In Citatione verò ad Conuentum ſcripta, terminus ſexta die, poſt ingreſſum Regis, præfigatur.

Ioan. Albert. 1496. Fol. Cvi.

ITem quoniam nonnunquam terminus Citationum confuſè ſcribebatur, ad Conuentionem generalem: aut certa diei ſpecificatione non limitatur: aut prolixiùs aſsignatus. vnde contingebat pauperes nonnullos, non expectato termino, defectu expenſarum, de Conuentione recedere: ſicque in iuſtitia negligi: Hac igitur ratione moti, Statuimus: quòd citatio, ex parte actoris ſuper reum, quæ debet eſſe ad Conuentionem generalem, contineat ſemper terminum, ſeu diem ſextam poſt ingreſſum noſtrum ad locum Conuentionis: ſub pœna trium Marcarum. & hoc propterea: vt lapſa vna ſeptimana, poſt ingreſſum noſtrum in locum Conuẽtionis, condemnationes, & iudicia exerceantur. ne expenſis, & impenſis magnis homines grauentur.

Sed omnes Citationes Regiæ, quatuor vel duabus hebdomadis ante terminum, in bona citati inferantur: iuxta mãſionem Regiam: & iuxta citatorum, ex Maiori in Minorem Poloniam, vel contra, euocationem.

Cùm

CVm visum esset nobis, & Consiliarijs nostris, oneroſum esse regnicolis nostris: vt nobis in terris Minoris Poloniæ agentibus, citatis ex terris Maioris Poloniæ terminus breuis, videlicet duarum hebdomadarũ, coram nobis comparendi, in Citationibus nostris scriberetur: Nos ad petitionem Nuntiorum Regni nostri Constituimus: vt nobis in terris Minoris Poloniæ agentibus, Regnicolis Maioris Poloniæ terminus quatuor hebdomadarum, coram nobis comparendi assignetur. Similiter verò, nobis in terris Maioris Poloniæ agentibus, regnicolis ex terris Minoris Poloniæ, etiam quatuor hebdomadarum terminus comparendi præfigatur. Earum verò terrarum regnicolis, in quibus nos agere contigerit, terminus duarum hebdomadarum in Citationibus scribatur: iuxta veterem consuetudinem. *Sigism. Crac. 1540.*

Rex autem, Capitaneus, Palatinus, Iudex, Subiudex, & Officialis, Ministerialem ad citandum dare possunt.

DEcernimus etiam declarando: quòd nos, vel Capitaneus noster, vel Palatinus, vel Iudex, vel Subiudex, vel Officialis, qui dicitur *Woźny*, habeant facultatem dandi Ministerialem, ad citandum: ita quòd hi, qui habent Ius, non citentur nisi per literas nostras, vel nostri Capitanei: illiq; per literas duntaxat citentur. Sed curia nostra præsente, vel in Iudicio nostro generali existente, poterit Officialis ad mandatum nostrum, vel nostri Capitanei, seu Iudicis, sine litera citare, in hospitio, aut in foro. Extra curiam nostram, vel Iudicium nostrum, si quis citari debuerit: non in domo militis, sed apud VVladarium, siue Scultetum, edictum citatorium proponatur, Actore præsente, vel eius nuntio: ei, contra quem actio fuerit dirigenda, causa citationis per quem citatur exposita: & assignato sibi certo termino comparendi. Et si citatus comparere non curauerit, vel contempserit: pro quolibet termino, videlicet primo & secundo, octo Scotos, pro pœna soluere teneatur: & in tertio termino si non comparuerit, causam perdat: & ab actione cadat, cum pœna. Si verò Actor in primo termino, nec per se, nec per alium suum nuntium paruerit: ab actione sua cadat, cum pœna septem Marcarum. *Kazimir. Vi. stitia 1368. Folio 57.*

Procurator potest citare verbali citatione.

STatuimus: vt Procurator, siue possessionatus, siue non possessionatus, habens sufficiens procuratorium, possit in Iudicijs comparere: omniaque agere & exercere, quæ ipsius principalis causam vel causas attinent, seu tangunt: etiam partem citatione verbali, aliâs *Nadwornym*, citare: Iudicem mouere: ac alia omnia facere, quæ ad defensionem causæ pertinent. ¶ Idem in Titulo PROCVRATOR. Sed Ci- *Sigismundus 1511. Folio 18.*

Sed Citatio Curialis, solùm Rege in aliqua terra existente, fit.

Sigism. Petri. 1519. Fol. 21. QVia terminus (vt vocant) Curialis, aliâs *Nadvorny rok*, multis hominibus difficultates adferre solet: propterea quòd interdum hi, qui negotia publica apud nos obeunt, passim & temerè ab vnoquoque citari solent, & in actionibus publicis impediri: Statuimus, quòd deinceps, nobis in terris Minoris Poloniæ existentibus, nemo nisi in eisdem terris domicilium habens, citari ad nos termino Curiali poterit: pro summa, in Statuto descripta. & similiter, nobis in terris Maioris Poloniæ agentibus, non nisi ex eisdem terris Nobiles citari, ad Iudiciũ curiæ nostrę debebũt.

Qui verò inopinatè, ac ex improuiso, in curia, ad Regis vel Iudicis audientiam citantur: debitè causa per Iudicem, seu per Actorem exponatur: & deinceps non solis verbis, sed inscripto detur.

Kazimir. Vistic. Fol. 12. PRæterea, cùm in deliberatione consistat mater virtutum ipsa discretio, contingit plerunque: quòd aliqui nostri familiares, vel alij quomodo libet in curia nostra constituti, vel in Iudicio arestati, inopinatè ad Nostrã vel Iudicis audientiam euocantur: & quæstiones, de quibus minimè cogitauerunt, eisdem mouentur: Ideo parti vtrique prouidere cupientes: & vt dicto modo citati, cum bona deliberatione & discretione, super propositis respondeant: neúe actores suis quæstionibus, siue causis frustrentur, Statuimus: quòd cùm aliquis in nostra curia, vel in Iudicio inuentus, vel ad nostram vel nostri Iudicis præsentiam fuerit modo præmisso euocatus, actor seu ipse Iudex, quæstionem siue causam, debitè citato exponere, & in scriptis tradere teneatur: vt respondeatur eidem quæstioni.

Citatio curialis pro hæreditate.

Kazim. Mag. Vistic. Fol. 12. SI quæstio fuerit hæreditaria, vel pro magna pecuniæ summa, scilicet pro quadraginta Marcarum: terminus videlicet trium septimanarum, per Iudicem eidem assignetur. aliâs, si pro minori debito, vel pro iniuria verbali: in crastinum terminus prorogetur.

Abrogatur hæc lex, de Citatione curiali.

Ex consuetud. Cracou. Folio Cxxij. ITem, pro Graniciebus, atque pro hæreditate, nemo potest citare alium Citatione verbali, aliâs *Nadvornym rokiem.*

Deinceps tantum pro summa, Citationes Curiales sint.

STatuimus, quòd nemo citari ad nos termino Curiali poterit: nisi pro summa, in Statuto descripta.

De citan-

De citandis verbaliter in Iudicio, aliâs, de tactis.

ITem dum aliquis tactus recedet à Iure: debet condemnari in perlucro, pro quo tactus est. Sed si pro pœna tactus fuerit: & recedet, non satisfaciendo pro pœna: extunc aliam pœnam succumbet: videlicet Marcas tres Iudicio, & parti: pro qua statim debet condemnari in perlucro. *Consuet. terræ Crac. Fol. 121.*

De illis, qui sunt in remotis partibus, qualiter sunt citandi.

DVm aliquis pro hæreditate citatur: & comparens in Iudicio, malicioscè opponit: Quòd Petrus vel Ioannes, in remotis partibus est constitutus, cohæres eiusdem hæreditatis: cùm tamen forsan idem Petrus vel Ioannes, nihil Iuris habeat ad eandem: ideo ille citatus dicit, se non teneri respondere, pro eadem hæreditate: propterea quòd Petrus vel Ioannes, cohæredes sui, agerent in remotioribus: Quapropter Statuimus: quòd taliter Petrus vel Ioannes, in Iudicio nominatus, de mandato Iudicis, in aliquo eminenti loco, vel circa parochiam, de qua parochia est hæreditas, pro qua eadem quæstio mouetur, per Ministerialem tribus vicibus publicè proclamando, ad prosecutionem seu defensionem causæ, ad certum locum & terminum, debebit citari. quo non comparente, ipsius contumatia seu absentia non obstante, ad decisionem seu definitionem causæ, licitè per sententiam definitiuam procedatur. *Kazimir. Visliciæ Fol. 14.*

Forma Citationis Castren. ad querelam, talis est.

N. de N. Capitaneus P. tibi Nobili N. de N. innotescimus, Nobilem A. de B. contra te, coram nobis, in querela deposuisse: Quomodo tu ipsum, de pacifica possessione bonorũ, hoc vel illo Iuris titulo habitorum & possessorum, expulisti: & violenter eiecisti. Quare vigore Regio, & nostri officij Capitaneatus, Mandamus: quatenus coram nobis, aut officio nostro Castreñ. Feria secunda post festum N. in Castro N. ad instantiam & instigationem eiusdem N. compareas: querelis præfati N. & ad alia, pro tunc tibi obijcienda & declaranda, responsurus. Quòd siue compareris, siue non: nos ad ea, quæ officium nostrum spectant, procedemus. Pro damnis verò exinde secutis, necnon pro vulneribus, sibi per te nunc temporis illatis, (si illata sunt) speciales sibi contra te reseruat actiones, in foro competenti. Datum in Castro P. *Sigism. 1523. Folio 53.*

Forma Citationis, pro capite.

PRO eo: quia tu occidisti patrem ipsius nobilem N. de N. quam occisionem Ministeriali terrestri N. de N. & Nobilibus obduxit: & super te prote- *Sigis. Petric. 1523. Fol. 50.*

te proteſtatus eſt. Quod caput patris ſui præfati, penſat ſibi ad centum viginti Marcas: & ad pœnam carceris: aut prout Iudiciũ decernet: & vult te pro eodem conuincere. iudicialiter reſponſurus. Datum. &c.

Forma Citationis, pro Kmethone profugo.

Sigiſ. Petric. 1523. Fol. 51. PRo eo: quia tu non vis ſibi extradere laborioſum N. Kmethonẽ ipſius de villa N. ad villam tuam N. profugum, quem apud te in villa tua præfata N. areſtauit, per Miniſterialem terreſtrem N. de N. Quem ſibi penſat ad decem Marcas, & totidem damni. iudicialiter reſponſurus.

Ne quis citetur contra ſuum Priuilegium.

Kazim. Mag. 1368. Fol. 24. STatuimus: quòd cùm aliquis contra ſuum Priuilegium, in qualicunque cauſa citatur: & exhibet ſuum Priuilegiũ in Iudicio: amittit Sexagenã. quam Iudex ab exhibente pro ſe tollit. Et ſi actor iurare renuerit: quia neſciebat reum, quem citauerat, fuiſſe Priuilegiatum: ſoluet reo dictam Sexagenam, ſicuti præmittitur, amiſſam. Sed idem actor ſi velit iurare, ſe neſciuiſſe reum fuiſſe Priuilegiatũ, & prouiſum tali Priuilegio: præſtito huiuſmodi Iuramento, Sexagenam illam non ſoluet reo, quem citauerat.

¶ Vide in Titulo, PRIVILEGIVM.

Ob diſcordiam verò citationum, amittitur cauſa.

Conſuet. terræ Crac. Fol 123. ITem cùm alquis fuerit citatus, ad quodcunque Ius: & pars vult videre, ſi concordant interciſæ: tunc Citationes componendæ erunt. & ſi ſunt conformes earum interciſæ: valet citatio. Nam ſi interciſæ ſunt, non vniformes, aliâs, ſi non concordant: tunc actor amittit cauſam ſuam. ex eo, quia præſumitur falſificatio commiſſa.

Sed iam iſtarum pœnarum captiones ſunt abrogatæ, de defectu Citationis.

Sigiſ. Petric. 1511. Fol 20. ITem ad abolendam iniquam conſuetudinem, in terra Sochaczouienſi, & alijs terris Regni noſtri: in quibus Citationes, ob immutatam literã, vel dictionem, vel mutam ſeu mancam in ea ſcriptã Propoſitionem, vel propter interciſam, caſſari ſolent, cum amiſsione cauſæ: Statuimus, vt eiuſmodi conſuetudo, vtpote pernicioſa, non teneatur: nec deinceps alicui vllum afferat nocumentum. Propter indecentias verò, & defectus Citationis, correctus actor pœna conſueta, poteſt meliori Citatione cauſam releuare denuò, & incipere.

Sigiſ. 1523. Fol. 32. ¶ Si quis in Citatione omiſerit titulum, vel nomen actoris, aut rei: vel ſi Citatio ipſa ſigillo adulterino fuerit obſignata: talis actor, luendo ſoluen-

ſoluendoque ibidem mox, pro huiuſmodi inſufficientia ſuæ Citationis, ſex Scotos parti, & totidē Iudicio, in inſtanti ibidem proponere poterit: ex eadem ſua Citatione, inſufficientia illa non obſtante: & citatus tenebitur ſibi ad obiecta reſpondere.

Similis de defectu Citationis.

OMnes autem alias pœnas acceſſorias, videlicet propter defectum literæ vnius, aut totius dictionis, vel alterius cuiuſcunque defectus in Citatione, ſiue ex quacunque alia cauſa, quam citatus actori obijceret, volens dilationibus & diffugijs laborare, etiam à coadiutoribus antea ſolui ſolitas, penitus anullamus: exceptis pœnis, poſt decretum negotii principalis fieri ſolitis. *Sigiſ. Petric. 1523. Fol. 32.*

Forma Citationum ex officio.

SIgiſmundus Auguſtus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus dux Litvvaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Maſouiæ, Samogitiæ. &c. dominus & hæres, tibi A. B. C, noſtro D, ex officio tuo C. D, deque omnibus bonis tuis, mobilibus & immobilibus, vbilibet in Regno noſtro habitis & poſſeſsis, iuribus aliarum perſonarum in eiſdem nihil nocendo, Mandamus: vt Cracouiæ, vel vbi tunc cum curia noſtra fœliciter conſtituti fuerimus, coram Nobis, Conſiliarijsque noſtris, nobis protunc lateri noſtro aſſeſſuris, tertia Feria proxima, ad inſtantiam G. H. legitimè ac perſonaliter compareas. Citat te pro eo: quia tu præſidens in loco officij tui G. D. à nobis tibi credito & commiſſo, in cauſa iudiciali, inter eundem G. H. actorem ex vna, & inter I. K. citatum ex altera partibus, occaſione L. M. mota, latiùs in ſe canente, eundem G. H. actorem, circa horam N. O. contra Iuris & Iudiciorum formulam, non expectato ſcilicet tempore debito, quo iuxta Statuti diſpoſitionem, actores euadi debent, neque etiam præmiſſa ſolenni vocatione ſui per Miniſterialem, loco etiam ac forma Iuris incompetenti, in euaſione ipſi I. K. condemnare: ſed neq; areſtare eidem ipſam condemnationem, motionemque ab ea interponere, & in Acta ſcribere permiſiſti: in magnum grauamen, & præiudicium ipſius. prout de eo Acta tua G. D, vel alioqui proteſtatio ipſius G. H, coram Miniſteriali terreſtri P. Q, & Nobilibus multis facta, & in recenti coram Actis R. S. latiùs vereq. recognita, canunt & teſtificantur. Quam iniuriam penſat ſibi cõtra te, ad T. V. Marcas pecuniarum, numeri & monetæ Polonicæ, & totidem damni. prout hæc omnia tibi latiùs, in termino declarabuntur. Iudicialiter ſis reſponſurus. Datum X. Feria V. proxima Anno Domini.

Cùm verò Magiſtratus citatur.

SImiliſque Citatio ipſius Magiſtratus fieri ſolet ab reo: ſi è contrario Iudex, præ-

dex, præter tempus, locum, ac ſolennitates Iuris, illum condemnari in lucro permitteret: vel alioqui ſi cauſam ſuam, ad forum de Iure communi non pertinentem, exceptione ipſius rei non obſtante, iudicaret: aliquidúe aliud in officio ſedens, contra Iuris præſcriptum, & bonos mores, contra alterutram partem faceret: Exceptiones videlicet, allegationes, motiones, proteſtationeſúe facere, aut ſcribere, prohiberet: ſecuſúe, quàm factæ auditéque fuerant, ſcriberet: & alia huiuſmodi, abuſus ſui officij autoritate, præter Iuris præſcriptum & æquitatem, deſignaret.

Farrago Citationum Regiarum, ad inſtantiam Inſtigatoris Regij, ſeu fiſci Procuratorum.

CItat te: quia tu poſtpoſito boni Ciuis, & fidelis ſubditi officio, hoc vel illud, in & contra perſonam noſtram Regiam dixiſti: vel (quod abſit) machinatus es: per quod hanc vel illam pœnam Statuti commeruiſti. prout tibi in termino latiùs declarabitur. vel pro hoc aut illo Nobili occiſo, pœnam carceris, Nobis & Reip. debitam, non ſuſtinuiſti: Iudicia, Commiſſarios, Conuentus, vel Legatos noſtros violaſti: bonis fiſci, his vel his, hoc vel illud damnum intuliſti: ex illiſúe pecunias à nobis tolli ſolitas, exactiones cenſuum de bonis noſtris, vel penſionem retinuiſti: Sal, præter prohibitionem noſtram publicam, huc vel illuc intuliſti: mare noſtrum piratis armaſti: res ad littus erectas occupaſti: flumina nauigabilia impediſti: vias noſtras inſediſti, coarctaſti, intercluſiſti, inundaſti, deterioraſti, auertiſti: equireas, vel boues, extra Regnum, præter publicum decretum, egiſti: vectigalia, & telonia noua inſtituiſti: ex commiſſoque ad nos deuoluta, vi accepiſti: monetam falſam cudiſti, vel intuliſti: has vel illas pœnas, ex iudicato Nobis & noſtro fiſco prouenientes, non ſoluiſti: vel ob crimen peculatus, famoſorum libellorum, vel ob aliud facinus incurriſti: virginem, viduam, vel vxorem huius vel illius, rapuiſti & violaſti: literas publicæ fidei, huic vel illi per Nos datas, miſſas, Conuentus belliúe denunciatiuas, retinuiſti & accepiſti: fidem ſponſione obligatam fregiſti: collecto exercitu, caſtrum huius vel illius, hoſtiliter, turbandoque pacem Regni publicam expugnaſti: vel illum ad hoſtem Regni, præterúe decretum Comitiorum, extra Regnum eduxiſti: ſtatione profugiſti: conſilia tibi credita, tormenta, arma, pixidarium puluerem, exercitum, caſtraúe, aut oppida noſtra, hoſtibus prodidiſti: in publica expeditione, vel accepto ſtipendio non meruiſti. & id genus alia.

Citatio à Kmethone, ſiue quouis alio ſubdito, pro iniuria.

Sigiſ. 1523. Folio 52.

SIgiſmundus, Dei gratia Rex Poloniæ. &c. Tibi Nobili A, hæredi de B, alijſq.

B, alijſque omnibus bonis tuis, mobilibus & immobilibus, per te quocunque Iure poſſeſsis, iuribus aliarum perſonarum in eiſdem nihil nocendo, Mandamus: vt in terminis C, in D. proximè celebrandis, ad inſtantiam laborioſi E. de F. Kmethonis & ſubditi Nobilis N. de eadem N. heredis, qui te citat pro eo, quia tu recepiſti ſibi violenter bouem, valoris trium Marcarum pecuniæ: & ipſum in totidem damnificaſti. iudicialiter reſponſurus. & dominus ipſius præfatus C. ſtat pro pœna ſua trium Marcarum, iuxta præfatum A. ſubditum ſuum. Datum. &c.

A Kmethone, ſiue quouis alio ſubdito, pro non adminiſtrata iuſtitia.

PRO eo: quia tu non vis ſibi iuſtitiam miniſtrare, cum laborioſo A, kmethone & ſubdito tuo, de villa tua B: qui ſibi excidit robora diuerſi generis in Gaijo ipſius, in hæreditate villæ G. quam non adminiſtrationē iuſtitiæ penſat ſibi, ad decem Marcas pecuniæ: & totidem damni. *Ibidem.*

Citatio à minorennibus adultis, contra Tutorem.

CItat te, ſeu citant: quia tu exiſtens Iure naturali, ſeu inſcriptionis paternæ, aut datiuo, tutor, non feciſti ſibi hactenus rationem, de bonis mobilibus & immobilibus, veſtibus videlicet, auro, argento, pecudibus, ſupellectili domeſtica, equis, bobus, vaccis, ouibus, capris, prædijs, &c: poſt olim A. B. patrem ipſius legitimum, in tuam tutelam & adminiſtrationem aſſumptis. quarum etiam rerum omnium, publicum & autenticū Inuentarium non fēciſti: in damnum ipſius actoris, ſeu quondam pupilli tui. Quæ omnia penſat ſibi contra te, ad C. Marc. pecuniæ: & totidem damni: vel prout Ius decernet. quæ tibi latiùs omnia in termino declarabuntur. Iudicicialiter reſponſurus.

Similis etiam Citatio fit à pupillo, contra eundem Tutorem: pro non reddita ratione, de cenſibus cuiuſlibet anni, & iumentis indomitis.

Citatio pro diuiſione bonorum communium.

PRO eo: quia tu non vis diuidere cum ipſo, bona hæreditaria A. B: quorum medietas ipſum C. concernit: & ipſe tecum vult. quod ſibi penſat ad 100 Marcas pecuniæ: & totidem damni. Iudicialiter reſponſurus. *Sigiſ. Fol. 50*

Citatio pro bonis, propinquitate deuolutis.

CItat te pro eo: quia tu poſſediſti, & tenes propinquitatem ipſius, videlicet villam A. & eius hæreditatem: ad quam ipſe eſt propinquior, quàm tu: poſt Nobilem olim B. patruum ſuum germanum. quæ bona *Ibidem.*

præfata, æstimat sibi ad 200 Marcas pecuniæ: & in totidem ipsum damnificasti. Iudicialiter responsurus.

Pro redimendis verò bonis, à propinquo venditis.

CItat te pro eo: quia tu tenes & possides bona A. B, à Nobili C. D. fratre vel patruo, alioúc propinquo ipsius, tibi vendita. ad quæ tenenda ille est Iure naturali propinquior, quàm tu. Ideo vt stares, Inscriptiones tuas legitimas ostenderes, pecuniam ab eo reciperes, & de bonis eisdem ipsi conscenderes, Iudicialiter sis responsurus. Datum.

Citatio pro redimendis bonis obligatis.

Sigism. Petr. 1523. Fol. 51. CItat te, ad recipiendum pecunias: quas te, in bonis ipsius hæreditarijs, videlicet villa N. prætendis habere inscriptas. Et ideo vt stares, & Inscriptiones tuas coram Iudicio ostenderes, & pecunias reciperes, sibiqúe tanquã hæredi, de bonis ipsius præfatis Iudicialiter conscenderes. Datũ.

¶ Citatio suprascripta potest fieri etiam, ad Actorum positionem: non expectata celebratione Terminorum. & hoc fiet in arbitrio actoris. In Maiori tamen Polonia tenutarius, etiam coram Iudicio, vel officio Castrensi, conuenitur.

Citatio pro debito verbali.

Sigis. Petric. 1523. Fol. 50. PRo eo: quia tu non vis sibi soluere C. Marc. pecuniæ, monetæ & numeri Polonicalis, certi debiti. quas sibi debuisti soluere, ad tempus iam præteritum: & non soluisti: & in totidem eum damnificasti. Iudicialiter responsurus.

Citatio pro debito inscripto, sine vadio.

PRo eo: quia tu non vis sibi soluere C. Marc. pecuniarum, certi debiti: quas iuxta obligationem B. C. debuisti sibi soluere, ad tempus iam preteritum: & non soluisti. prout de hoc Inscriptio, in actis B. C. latiùs canit: & in totidem ipsum damnificasti. Iudicialiter responsurus.

Citatio pro debito: si vadium obligationi sit appositum.

QVI te citat pro eo: quia tu non attenta tua Inscriptione A. B. qua te ipsi C. D. inscripsisti, & obligasti, cum tuis posteris soluturum, vel ad Acta E. F. repositurum, G. H. Marcas pecuniarum, ad tempus I. K. proximè præteritum: idque sub vadio totidem summæ facere debuisti: & non soluisti, neque reposuisti. prout de eo, tam tua Inscriptio, quàm protestatio ipsius E. D. eo nomine, in Actis præfatis facta latiùs in se testificantur.

cantur. Propter quod vadium præfatum L. M. in Inſcriptione contentũ, eidem ſuccubuiſti ad ſoluendum. pro quo te citat: & prout tibi latiùs, in termino hæc omnia declarabuntur. Iudicialiter ſis reſponſurus.

Citatio, pro cautione fideiuſſoria.

PRO eo: quia tu ſibi fideiuſsiſti, pro Nobili N. de N. ſoluere viginti Marcas pecuniarum, ad tempus iam præteritum. quas viginti Marcas nec ipſe N. principalis, nec tu, tanquam pro eo fideiuſſor ſoluiſti. Pro quibus te citat. & in totidem illum damnificaſti. Iudicialiter reſponſurus. *Sigiſ. Petric. 1523. Fol. 51.*

Citatio, pro receptione fœni.

PRO eo quia tu recepiſti ſibi violenter decem caſſulas fœni, in prato ipſius hæreditario, villæ A, laboris ipſius. quod fœnum penſat ſibi ad viginti groſſ. & totidem damni. Iudicialiter reſponſurus. *Sigiſ. Fol. 51.*

Citatio, pro conculcatione & depaſtione frumentorum.

PRO eo: quia tu immiſiſti de induſtria, & violenter, familiam tuam, cum equis & pecoribus, in & ſuper hæreditatem ipſius A: & conculcaſti ſibi frumenta diuerſi generis, laboris ipſius. quæ ſibi penſat ad 30. Marcas pecuniarum: & totidem damni. Iudicialiter roſponſurus. *Ibidem.*

Citatio, pro exciſione Syluæ, aut Mericæ.

PRO eo: quia tu violenter excidiſti ſibi robora, in Gaijo ſiue ſylua ipſius, in hæreditate A. valoris 10. Marcarum & in totidem ipſum damnificaſti. Iudicialiter reſponſurus. *Idem. Fol. 50.*

Citatio, pro arboribus fructiferis.

PRO eo: quia tu ſibi excidiſti violenter 10. arbores fructiferas, videlicet B. & C. in hæreditate ipſius villæ D. valoris 5. Marcarum, aut prout Iudicium decernet: & in totidem ipſum damnificaſti. Iudicialiter reſponſurus. *Ibidem.*

Adcitatio, ad Citationem tranſlapſam.

QVI te concitat, aliâs *przypozyna*, ad paratam Citationem tranſlapſam: quæ ſibi eſt tranſlapſa in terminis Terreſtribus in P, iam præteritis. qua te citauerat, pro eo &c. Et eo inſeratur Citatio: & concludatur, Iudicialiter reſponſurus. *Idem Fol. 52.*

Adcitatio, ad paratam Citationem patris, fratris, vel cuiuſcunq. anteceſſoris mortui: cuius Citationi terminus nondum venerat.

Qui te

Idem Fol. 51. QVI te concitat, aliàs *przypozyna*, ad paratam Citationem Nobilis olim A, patris prædicti Nobilis B. legitimi: qua te præfatus olim A. pater ipsius citauerat: videlicet pro eo. Et inferatur Citatio patris: & taliter concludatur: Et præfata actio concernit prædictum B. tanquam filiũ legitimum prædicti A: ideo ad præmissa prædicto B, tanquam successiori, Iudicialiter responsurus.

Qui duabus Citationibus citatur.

Consuetudo. QVandocunque aliquis citauerit alium, pro aliqua re, aut bonis aliquibus, aut debito: & alia pars eundem similiter citauerit, pro eadem re: citatus non tenetur, nec debet cogi, ad respondendum vtrique Citationi, & partibus diuersis: donec partes actoreæ, de Iure suo prius inter se experiantur: quæ illarum sit propinquior, & maius interesse habeat, ad huiusmodi debitum, aut bona, & res alias: pro quibus dictæ Citationes vertũtur. Et interea citatus pacem habere debet à prædictis Citationibus. aut vtraque pars actorea, ad vnam Citationem se inscribat: & vnum actorem se, contra prædictum citatum faciat. nec alio modo citatus, ad responsionem dictis partibus, & Citationibus earum, debet compelli.

Qui errat in persona possessoris, & alium pro hærede citat.

Consuetudo. QVicunque, in tempore à Iure concesso, ponit Citationem, in aliquibus bonis, contra possessorem: pro aliquo debito, aut onere, in illis bonis inscripto: & reuocando aliqua bona prædicta propinquitate, credens illum possessorem esse, & hæredem prædictorum bonorum: si per hæredem verum, aut per citatum, talis Citatio impugnaretur. eò quòd actor errauit, in proprio nomine veri hæredis: non nocet Iuri suo error huiusmodi: etiam si talis Citatio fuerit secunda. quin luendo pœnam solitam, propter Citationis importationem illicitam, poterit causam inceptam Citatione alia meliori, contra verum hæredem illorum bonorum, prosequi & continuare: iuxta Iuris formam.

Citatio super Citationem non ponatur: & quando poteſt poni.

Consuet. terræ Crac. Fol. 122. ITem si quis importauerit Citationem super Citationem, pro vna re: tunc luens pœnam trium Marcarum Iudicio, & totidem parti, Citationem vnam destruat: seu vna Citatio eiusdem sit nulla.

Consuetudo. Si verò aliquis, existens cum alio in Citatione, pro aliqua causa, aut violentia, & non terminata ea iudicialiter, facit parti aliam nouam violentiam, aut iniectionem in eadem bona: pro quibus prima Citatio penderet indecisa: extunc potest talis citari alia noua Citatione, pro secunda violentia,

violentia, & iniectione: faciendo mentionem in ista Citatione secunda, de prima, hoc videlicet modo: stando mecum in Citatione priori, pro eisdem bonis, siue pro eadem violentia: & non finito Iure, pro eadem Citatione priori. Et hoc facere potest licitè: quotiens in eisdem bonis violentiam nouam fecerit, Citationibus prioribus non determinatis: neque Iure finito, pro eisdem: absque iactura causæ & Citationum priorum.

Formula Citationis secundæ.

CItat te secundò: prout te condemnauit in termino primo, in terminis Terrestribus in P, iam præteritis, in pœna contumaciæ: iuxta suam primam Citationem. qua te citauit pro eo &c. Et inseratur Citatio originalis: & concludatur, Iudicialiter responsurus. Datum.

De his qui pro hæreditate aut debitis citantur.

LIcet in pluribus casibus celeritas commendetur: tamen eadem celeritas in iudicijs & causis expediendis rationabiliter quandoque non est obseruanda: sed potiùs amplianda, & dilatanda: ex eo, quòd iudicantem cuncta oportet rimari. ideoque Statuimus: Quòd si aliquis super capitali hæreditaria quæstione, primò, secundò, & tertiò citatus non comparuerit: à iudicioque se contumaciter in termino sibi assignato absentauerit: tunc ob contumaciam eiusdem citati, actor in termino tertio & peremptorio, per Iudicem admittatur, sententia deffinitiua mediante: in veram eiusdem hæreditatis possessionem. & ab omni Iure eiusdem hæreditatis, & ipsius qualibet venditione, per Iudicis sententiam reus decernatur, & pronuncietur cecidisse. Si autem quæstio erit personalis, puta pro pecunia debita, aut quibuscunque rebus obligatis, & primo, secundo, & tertio termino citatus contempserit, vel in termino parere neglexerit sibi assignato, Decernimus: Quòd tunc creditor quarumlibet rerum obligatarum, sibi post certum terminum per sententiam Iudicis præfixum, distrahendi & alienandi, auctoritate Iudicis, plenam habeat facultatem. ita tamen, quòd si auctoritate præmissa res obligatæ, distractæ, & alienatæ, minoris valoris inueniantur & existant tempore alienationis, quàm fuerit pecunia obligata seu credita: & ipse creditor, pro summa pecuniæ, per ipsum simpliciter & sine aliqua cautione credita, vadium receperit, sufficiat creditori vadium. qui nulli alteri, quàm sibiipsi, quod simpliciter vadium acceperit, imputabit. Sed si conditionem creditor apposuerit circa res obligatas, maioris vel minoris quantitatis, si pro minori pecunia res obligatas alienauerit debitor, per Iudicem decernatur, creditæ pecuniæ summã adimplere. Si verò pro maiori summa res alienauerit obligatas, residuum

Kazim. Mag. Visic. Fol. 16.

quicquid fuerit, vltra summam creditam, debitori creditor restituere teneatur.

Qui errat in Citatione, in Data, Titulo, Nomine.

Consuet. terræ Crac. Fol. 121. ITem pro Data, Titulo, pro proprio Nomine, nemo debet causam amittere. Et si aliquis defectus esset in Citatione, aut in Concitatione: succumbens pœnam trium Marcarum, soluet: & denuò debet citare. Quòd si in verbo litera deesset: aut si litera Abecedarij malè scriberetur: isto nihil amittet aliqua partium.

¶ Qui mos citandi olim fuit: Vide in Titulo, MINISTERIALIS.

¶ Citationem ad faciendos Limites, & collateralium: Vide in Titulo, SVCCAMERARIVS.

¶ De citato, qui reus vocatur, seu victus Iure: Vide in Titulo, REVS.

¶ De Citationib. calumniatorijs: Vide in Titulo, CALVMNIA. fol. 54.

¶ Citatus non tenetur respondere, nisi viso Ministeriali: Vide in Titulo, MINISTERIALIS.

¶ De Dominabus, aut virginibus, quæ citant, aut citantur: Vide in Titulo, PROCVRATOR.

¶ De ijs, qui pro hæreditate aut debitis citantur: Vide in Titulo DEBITOR.

CIVIS.

Ciuium ad militarem ordinem inautoratio, quomodo rata esse debet.

Sigis. Augusti. Petric. 1550. CIues, qui terrestria bona habent, cùm pro illis citabuntur ab aliquo: conseruabimus nos iuxta Ius. Quorum alij, etiam Nobilitate se defendere non possunt: qui literas super Nobilitatem sui obtinentes, suscipiunt in se negotia, quæ ad statum militarem non pertinent. quæ quidem sunt Statuto descripta. quorum nullus se talibus literis, in Iudicio defendere poterit.

Ciues bona Iuris terrestris vendant, nec ea acquirant.

Ioan. Albert. Petr. 1496. Folio Cv. ITem statuimus: quòd ciuibus, & plebeijs, vndecunque existentibus, oppida, villas, prædia, & bona alia, Iuri Terrestri supposita, emere, tenere, possidereque, perpetuo vel obligatorio modo, liceat minimè. ex eo, quòd in profectionibus bellicis, & aciebus ordinatis, locum inter Nobiles competentem non haberent: quodque illi bonis talibus habitis, occasiones quærere consueuerunt, se à bellicis expeditioinbus liberandi. Et insuper, cùm ipsi domos, & bona in Iure Ciuili sita Nobilibus non admittant resignari: eadem vicissitudine & illis, bonorum in Iure Terrestri sitorum,

torum, exemptio videtur non abs re esse prohibenda. Quòdque Iudices Terrestres & Castrenses, Inscriptiones eiusmodi, in fauorem & personas ciuium fiendas, non admittant: admittereque non præsumant. & si secus fecerint: extunc quicquid inscriptū fuerit, contra Constitutionem eiusmodi, id irritum, nullum, & inane decernatur esse, Statuto præsenti mediante. Et quòd illi, qui iam in effectu bona Terrestria vsurparunt, illa hinc ad decursum temporis, quò commodè istud facere possint, vendere teneātur: sub pœnis, quas ex illis secus facientibus, iuxta arbitrium Nostrum, & Palatini terræ, in quo illa consistunt, exacturi sumus irremissibiliter.

Ciues, bona terrestria possidentes, militent.

CVm mercatores, negociatores, & Ciuitatum incolæ, fortunatiores sunt communiter, ad opes per industriam assequendas: quibus aucti, bonis ciuilibus bona etiam Terrestria accumulantes, consueuerunt à bello absolutiones obtinere: vt quemadmodum per industriam bona assequuntur: sic etiam libertate maiore in eis, quàm Nobilitas, potirentur: quod etsi priuata suæ rei domesticæ cura, faciant commendabiliter: tamen quia istud in Repub. abusuum & dissensionum parens esset: quandoquidem Nobilitate sanguinis profusione Rempub. & terrestrem tranquilitatē tutante, fortunati ciues fortunas terrestres occuparent: & Nobilium victum vsurparent: & nihilominus ab oneribus publicis, per industriam (vt fit) se eximerent: Non indignum ergo, cum Prælatis, Consiliarijs, Baronibus, & terrarum Nuncijs censuimus: quòd ciues, habentes bona hæreditaria, terrestria, ad expeditionem bellicam obligata, non sint exempti & liberi, ab eadem bellica expeditione: quotiens fuerit instituta. literæque Maiestatis Regiæ, absolutoriæ ab huiusmodi expeditione datæ, vel dandæ, locum non habeant. aliâs, prout in Priuilegio Alberti Regis, fratris nostri, supra scripsimus latiùs esse constitutum.

Alexandr. in Radom 1505. Folio cxviij.

Modus eximendorum ciuium, de bonis terrestribus.

ANtiquis Constitutionibus prædecessorum nostrorum innitentes, & subditorum nostrorum petitionibus permoti, Decernimus: vt ciues, & plebeij, secundum Statutorum prohibitionem, bona hereditaria terrestria deinceps non emant: & Inscriptiones, quæ in Iudicijs Terrestribus, illis super hæc factæ fuerint, sint ipso facto nullæ. Iudex verò Inscriptionem admittens, pœnam centum Marcarum incurrat, ab eo ex officio exigendam. Bona autem, quæ hactenus ciues ipsi possiderūt, & possident, tenebuntur infra tempus quatuor annorum illa, cuicunq; voluerint Nobili, & indigenæ Regni vendere: sub amissione eorūdem bonorum: que

Sigis. Petric. 1538. B 1.

modo præmisso per nos vendi, & pecuniæ pro defensione Regni conuerti debebunt. ita tamen, quòd ea bona, ad hunc modum vendita, poterint proximiores eorum Nobilium, qui ea vendiderant & alienauerant, pro eadem summa, pro qua vendita erant, infra annum à tempore venditionis factæ, redimere. Hoc tamen extendi non debet, ad ciuitates, & communitates earundem: quæ bona hæreditaria terrestria, vigore Priuilegiorum antiquorum, in commune obtinent. secus de Priuilegijs, quæ ante Statutum Ioannis Alberti Regis concessa sunt.

Sigis. Cracou. 1547. ¶ SIMILIS. De ciuibus & plebeijs, bona terrestria non possessuris, executionẽ facere volumus: in primisq; Statuti, anno abhinc quarto facti. & iam nonnullas personas, eo nomine ad nos citauimus literis nostris.

¶ Ciues non exequentes Statuta Palatini, in venditione rerum venalium: Vide in Titulo PALATINVS.

Ciuis in ciuitate residens, Porádlne non soluat.

VVladisl. Iagello in Iedlna. Folio 51. DE ciuitatibus autem antiquis & nouis, tempore regiminis nostri locatis, sic statuimus: Quòd ille ciuis, seu oppidanus, qui ciuitatem cum vxore, filijs, & familia inhabitat, & agrum solus, vel per suum hortulanum, aut agricolam colit, non tenetur ad prædictam *Porádlne* pensionem. sed si ante ciuitatem, vel oppidum residet: soluat præfatam *Porádlne* pensionem: ac si in villa resideret. non obstante, quòd ad Ius & iurisdictionem eiusdem oppidi, seu ciuitatis pertineret: vel cum eis onera sufferre perhibeatur.

¶ Ciuis Nobilem debiti quomodo conuincet: Vide in Titulo MVTVVM.

¶ Nobiles, in Ciuitatibus domos habere possunt: modò onera Ciuilia ne vitent: Vide in Titulo NOBILIS.

COADIVTOR.

Pœnæ à coadiutoribus olim soluebantur,

Consuet. terræ Cracouien. Fol. Cxxij. ITem si aliquem citabunt cum coadiutoribus: & ipse citatus non intercedit, alias non recusabit coadiutores: videlicet non dicet, Coadiutores non intercedo mihi similes, & indissimiles: & alia pars interponet, aliâs *założy gij* ex eo, quia ipsos adiutores non recusauit: luet pœnam, à quolibet coadiutore sibi simili, tres Marcas: & à dissimili, sex Scotos: idq; tam in Iure Terrestri, quàm Castrensi.

COLVMBATIO.

Bodzanta E- INsuper volumus: quòd columbatio illibere, per rectores Ecclesiarum, à suis

à ſuis parochianis non exigatur de cætero: ſed quod quiſque ſponte petenti dare voluerit, cum gratiarum actionibus tolli debet. *piſcopus Crac. Folio 56.*

COLLOQVIA.

Iudicia & Colloquia, ſic ſunt diſpoſita.

VIſum eſt nobis, & Conſiliarijs noſtris, ſatis eſſe. vt tantùm ter in anno, Terreſtres Termini celebrarẽtur: idque, ſi non aliqua cauſa legitima impediat: quarta pars verò anni, vt ad iudicãda Colloquia conuertatur. & hoc propterea: vt Colloquia in terra Sandomirienſi, quolibet anno ſemel fierent: idque in tribus locis, iuxta veterem conſuetudinem, incipiendo Feria ſecunda in Autumno, poſt feſtum S. Franciſci: primò Sandomiriæ, poſtea Radomij, vltimò Viſliciæ. Similiterque in Cracouienſi, Lublinenſi, & alijs Palatinatibus, ac terris, ipſi Termini Terreſtres, & Colloquia, eodem modo celebrari debent: hoc eſt, ter Termini Terreſtres. quartò autem Colloquia. Perindeque & in Palatinatu Ruſsiæ, ter Termini Terreſtres, quartò autem Colloquia, celebrari debent: hoc eſt, incipiendo Terminos Terreſtres Leopolienſes, Feria quarta poſt feſtum Sanctorum trium Regum. poſtea verò in alijs diſtrictibus, ordine: iuxta veterem conſuetudinem. Alij verò Termini Terreſtres, Feria quarta poſt feſtum S. Adalberti. Porrò tertij Terreſtres Termini, poſt feſtum S. Margarethæ. atque ad eundem modum, in alijs itidem diſtrictibus. Ipſa verò Colloquia Leopolienſia, Feria quarta poſt feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis incipientur. poſtea ſimili ordine, in alijs diſtrictibus: vt Præmiſliæ, & Haliciæ. Porrò in diſtrictu Chelmenſi Termini Terreſtres, iuxta conſuetudinem celebrari debent: Colloquia autem, poſt Colloquia Halicienſia. vt ſcilicet Palatinus obire illa poterit. In Lublinenſi autem terra, in tribus locis conſuetis, in quarto verò loco, in Busko, Termini ſeu Iudicia Terreſtria peragi debent. ipſa verò Colloquia tantùm Belzæ, poſt feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis, peragantur. Ipſis autem Colloquijs literæ noſtræ, quibus Comitia edicemus, impedimento eſſe non debent. *Sigiſ. Petric. 1543.*

Iudices abſentes, in ſequentibus terminis iurent.

QVòd ſi Iudices, Subiudices, & Notarij terreſtres, propter veram infirmitatem, à Terminis Terreſtribus abfuerint: propterque illorum abſentiam, Termini, quò minùs procederent, impedirentur: tum in futuris proximè Terminis, antequam in ſuis locis cõſidebunt, tenebuntur præſtare Iuſiurandum corporale. Quòd vera, & non ficta infirmitate, ab his Terminis abfuerint. Similiter etiam Palatini, Caſtellani, Dignitarij, & *Sigiſ. 1543.*

alij Officiales Regni, quicunque in Coloquijs intereſſe tenentur, ſi aliquã-do propter infirmitatem in Colloquijs non adfuerint: priuſquam in locis ſuis conſident, Iuramentum præſtabunt: Quòd in proximè præteritis Colloquijs, propter veram infirmitatem, adeſſe non potuerint. niſi fortè ſeruitijs Reipub. vel Legationibus occupati fuerint: propter quæ, ipſis Iudicijs intereſſe non potuiſſent. Hæc enim illorum abſentiam excuſarẽt. Tamen in abſentia illorum, Caſtellanus illius terræ, primus locum Palatini occupare teneatur. ſimiliter in loco Caſtellani, aliquis Nobilis idoneus. qui quidem Colloquia celebrare debent: ne iuſtitia hominum prorogetur.

Colloquia neceſſaria ſunt.

Sigiſ. Petric. 1511. Fol. 18. ITem, quia multæ negligentiæ, multaque errata & damna fiunt, inter ſubditos noſtros, per omiſſam generalium Iudiciorum, quæ Colloquia vulgò nuncupantur, obſeruationem: Statuimus, vt Palatini illa iudicent, præmiſſa in binis Terminis præcedentibus proclamatione. ita vt in tertijs Terminis deinceps iudicẽtur.

Quid in Colloquiis fiat, ac iudicetur.

Iagello. Craco. 1420 Fol. 45. CORam Baronibus etiam, in Iudicijs Colloquiorum generalium, Reſignationes bonorum magnorum peraguntur.

Kazim. Maz. Viſlic. 1368. Folio 18. ¶ Item obligator bonorum, etiam in Colloquio generali, faciat fieri publicè, ſemel ad minus in anno vnam proteſtationem: ſi ſua bona, pro hac vel illa ſumma, huic vel illi dedit in obligationem, ſeu pignorationem: idque Præſcriptionis interrumpendæ cauſa.

Qui à Iudiciis, ad Colloquia appellat: & pœna appellantis.

Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550. QVI ad Colloquia à Iudicijs appellat, Volumus, vt teneatur ibidem pro re principali Iure experiri. quod quidem etiam volumus, de Appellationibus ad Conuentum, intelligi. Et ne Nobilitas per Iudicia grauaretur: volumus ne ampliùs Iudex pœnam Koc3 accipiat, niſi vnam, ab vna cauſa. nihilominus tenebitur Iudex ſententiam ſuam perſonaliter expurgare, in Colloquijs.

Qui Dignitarij Colloquiis præſint, & libros ſeruent.

Vladiſla. Iagell. Craco. & Varthæ 1423. Fol. 44. ET quia Barones terrarum noſtrarum, in Iudiciis Colloquiorum generalium, perſonam noſtram repræſentant: coram quibus cauſæ hæreditariæ, & aliæ maiores agitantur & tractantur: & ſententiæ per eoſdem latæ, robur accipiunt firmitatis: ac ſi in præſentia noſtra agerentur: corã

quibu

quibus etiam resignationes bonorum magnorũ peraguntur: & aliæ causæ, per eosdem definitæ, in speciali libro conscribuntur: vnde cum maiori alicuius pondere, debeant diligentiùs & cautiùs obseruari: Volumus, quòd liber prænotatus, seu Acta Colloquij generalis, sub clasura trium clauium amodo conseruẽtur. quarum vnam Iudex, aliam Subiudex, tertiam verò Notarius Terrestris, habeant & conseruent. Nec liceat vni, sine alijs, clausuram prædictam aperire.

¶ Idem vide in Titulo ACTORVM LIBRI. Fol. 11.

Absentia vnius aut duorum Dignitariorum, Colloquia non impediet.

ITaque Colloquia assignata vbilibet celebrabuntur. & mors, infirmitas, aut absentia vnius, aut duorum Dignitariorum, ad sedem Colloquialem spectantium, celebrationem Coloquij non debebunt impedire. Defectu verò aliquo ex ijs imminente, habebunt plenã facultatem & potestatem, alij Dignitarij Colloquio præsidentes, in loco absentium & deficientium, alios terrigenas, viros idoneos, legales & possessionatos, cum plena potestate surrogandi. qui habebunt plenam potestatem iudicandi tamdiu: quousque de defectibus, & de absentia Dignitariorum prouisum fuerit. *Kazim. tertius in Korczyn 1451. Fol. 88.*

Colloquia non negligantur.

ASsidua Colloquiorum siue Terminorum generalium celebratio, pacis communis conseruatio, & cuiuslibet dissidij infectiui exclusio est ad cuius, Palatini, Castellani, Capitanei, Iudices, cæterique Dignitarij & Officiales Regni nostri, tenentur tanto diligentiùs intendere practicam: quanto ad id sunt, ex onere Dignitatum & Officiorum suorum, strictiùs obligati. Quocirca præsenti edicto, & authoritate Regia, omnibus Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Iudicibus, Subiudicibus, districtè præcipimus, & Mandamus: vt Colloquia & Terminos, iuxta vires suas & tempopora, in omnibus terris & districtibus Regni nostri Poloniæ, sine aliqua interruptione celebrent: & illis personaliter (nisi fortè aliquem grauis languor corporalis, aut in rebus publicis, Regni ardua Legatio excusauerit) interssint: nec aliquem, nisi in duobus casibus prædictis, de absentia volumus excusari. *Kazimirus Iagellonis Petr. 1447. Fol. 90.*

Absens propter legitimam causam, in locum suum alium surroget.

IN quibus nihilominus casibus præcipimus, omnibus ægritudine grauatis, aut *Idem Rex Fol. eodem.*

uatis, aut Legatione Regni oneratis: vt locum ſuum poſsint, teneantur & debeant, per idoneam perſonam aliam ſupplere: & illi vices ſuas, per literas commitere. Colloquium integrum eſſe cenſemus: perinde ac ſi principalis intereſſet. Si quis autem Colloquio & Terminis generalibus intereſſe, aut in locum ſuum ſurrogare perſonam idoneam neglexerit: cõueniri cum, per illum vel illos, quibus propter abſentiam ſuam adminiſtratio iuſtitiæ dilata eſt, coram nobis iubemus. vt noſtra ſententia & decreto, ad ſoluendum omnia damna, quæ actores ex defectu Colloquij aut Terminorum generalium contraxerint, condemnetur.

Officiales Colloquiis perſonaliter interſint.

Kazi. in Nieſzowa 1454. Folio 93. ITem Statuimus: quòd Iudicia peremptoria, ſeu Termini generales, fiant tribus vicibus in anno, in terris ſingulis: omneſque Officiales, qui Iudicijs præſidere conſueuerunt, perſonaliter eis intereſſe tenebuntur: & ſint aſtricti. exceptis Palatino, & Capitaneo: qui, dum conuentionibus aut negotijs Regijs fuerint impediti, poterint vice ſua ſurrogare terrigenas poſſeſsionatos, & prudentes, ſeu Iuriſperitos. Cæteri verò præſidentes in Iudicijs, vt Iudex, Subiudex, Vexillifer, ſemper perſonaliter intereſſe debebunt. præterquam, ſi eorum aliquis infirmus eſſet: aut Legatione Regia, ſeu Regni fungens, alicubi mitteretur. Nam tunc pro vno ſemel poterit alium in Iudicio ponere, vice ſua. aliâs ſemper extra caſus iſtos, intereſſe perſonaliter ſint aſtricti.

Sigiſ. Petric. 1543. In Terminis generalibus, Barones Regni, videlicet Palatinus, Caſtellanus, & cæteri Dignitarij ac Officiales terræ illius, intereſſe tenebuntur: ſub pœnis, in Statuto contentis.

Sigiſm. Craco. 1543. Dignitarij & Officiales, niſi in Colloquijs interſint: (excepta Reip. & Regis cauſa) ab Nuntijs Terreſtribus, in Comitijs deferantur.

Quoties, & quando Colloquia fiunt.

Kazi. in Nieſzowa. 1454. STatuimus: quòd Termini generales fiant tribus vicibus, in anno quolibet, idque in terris ſingulis.

Sigiſ. Petric. 1511. Folio 18. Statuimus: vt Palatini generalia Iudicia, quæ Colloquia vulgò appellantur, iudicent, præmiſſa in binis Terminis præcedentibus proclamatione: ita vt in tertijs Terminis, deinceps iudicentur.

Ipſi verò Termini generales, tempore Quadrageſimæ, annis ſingulis, totiens quotiens, in locis ad id deputatis celebrentur.

Abſentes in Iudiciis, iurent ſe propter infirmitatem abfuiſſe.

Sigiſmundus. PAlatini, Caſtellani, Dignitarij, & alij Officiales Terreſtres, qui Colloquijs in-

quijs intereſſe tenentur, ſi fortè in aliquibus Colloquijs præſentes non fuerint, in alijs proximè ſequentibus Colloquijs, priuſquam in loco ſuo reſidebunt, iurare debent: Quia in præteritis Colloquijs, propter hanc vel illam infirmitatem, non fuerint. nihilominus, abſentibus illis, in loco Palatini, primus illius Palatinatus Caſtellanus: in Caſtellani verò loco, idoneus aliquis homo Statuto deſcriptus, per alios huius Iudicij collegas, collocentur. Quocirca, abſentia nonnullorum non obſtante, per alios Dignitarios & Officiales terreſtres, Colloquia celebrentur. ne iuſtitia hominum negligatur. Attamen priores Iuſiurandi conditiones intelligi debēt: præter eum, qui Reip. quocunque ſeruitio, vel Legatione occupatus fuerit: propter quę Colloquijs intereſſe nequeat, & abſentia illius excuſetur.

Colloquia ſingulis annis celebrentur.

QVia colloquia generalia videmus eſſe neceſſaria, volumus: vt quolibet anno celebrentur, in locis ſolitis: neq; à Palatinis ad alia tempora transferātur. Quòd ſi ea non celebrarent: pœnis Statuto deſcriptis percellantur. Et qui à Iudicijs, ad Colloquia appellat, tenebitur pro re principali ibidem experiri. & idem intelligendū eſt de Appellationibus, ad Comitia generalia. Ne verò Nobilitas per Iudicia grauetur, Volumus: vt Iudex Kocz ampliùs non accipiat, niſi vnum ab vna cauſa. *Sigiſ. Auguſt. 1550.*

De terminis Colloquiorum, & tranſpoſitionibus.

PEruerſa conſuetudo, in terminorum tranſpoſitione, Colloquij generalis à noſtris ſubditis hactenus obſeruata extitit: vnde diuerſa Iuramēta, & periuria oriebantur: ac infirmitates fictiuæ allegabantur. Vnde talibus obuiare volentes, & iniquitati viam præcludere, de vnanimi conſenſu Prælatorum, & Baronum, ac Nobilium noſtrorum, talem ordinem in prædictorum tranſpoſitione terminorum, volumus à noſtris ſubditis fore obſeruandum. vt prædictis periurijs obuietur: illicitæque dilationes amputentur. Decernimus igitur: quòd termini Colloquij generalis, taliter in Iudicijs terrarum noſtrarum in poſterum tranſponi, & obſeruari debeant: videlicet quòd primum terminum, per ſimplicem infirmitatem prorogent: ſecundum verò, per veram infirmitatem, abſque confeſsione & allegatione Capellani, tranſponant. Pro qua infirmitate, in tertio termino, ſi ſuperuenerit, Iuramentum corporaliter præſtare teneatur: Quòd tunc vera infirmitate fuerat innodatus. Sī autem in eadem infirmitate caſualiter perduret: tunc tertiò poterit iterū facere prorogare eundem terminum. quia ſcilicet, prout iacebat in ipſa infirmitate, huc vſq; non conualuit. Et nihilominus in Colloquio quarto generali parêre ſtudeat: aut *VVladiſa. Iagell. Cracc. & Varthe 1423. Folio 42.*

Procuratorem certum transmittere non postponat. alioquin causam amittat. Sed actor terminum Colloquij generalis aliter transponere nequeat: nisi primum per veram infirmitatem.

Kazim. tertio in Korczyn. 1451. Fol. 87

Item Volumus: quòd reclamatio terminorum non debet esse deinceps, nec sit necessaria: sed Termini & Colloquia partibus assignatis iudicabuntur. quia Termini & Colloquia erunt peremptoria, pro partibus constitutis celebranda.

Kazi. in Nieszowa 1454. Folio 93.

Statuimus: quòd Iudicia peremptoria, seu Termini generales, fiant in anno, in terris singulis.

Sigism. Crac. 1543.

Quocirca Repositio seu Suspensio Colloquiorum fieri non debet: ita quòd Citationes, & causæ hominum, nullo modo, neque generaliter, per ipsos Iudices, ad alia Colloquia suspendantur. Quicunque autem Iudices Colloquiorum, tales Suspensiones causarum sua sponte fecerint: iuxta Statutum debent puniri. vel alioqui, pars non consentiens, ad Comitia appellet. excepto, si tales Repositiones, ex consensu partium factæ fuerint.

Iudex quando non est redarguendus.

Kazi. Magnus Vistic. 1568. Fol 32.

INsuper Statuimus: quòd in nostra præsentia, vel coram nostro Capitaneo, vel quando generales Termini tenentur, Palatinis vel Baronibus præsentibus, Iudex iudicans non possit de malo Iudicio redargui: cùm nō ipse solus, sed cæteri & plures iudicant supradicta.

Ex Colloquiis, ad Regiam Maiestatem appellatio fiat.

Sigis. August. Petric. 1550.

NIhilominus poterit quilibet appellare, de Terminis prædictis generalibus, ad Regiam Maiestatem, tanquam Iurium omnium Regni dominum superiorem: pro iustitia consequenda.

Quocirca ex Colloquiis, appellatio ad Comitia Regni fieri debet.

Sigism. Crac. 1540.

DE Terminis seu Iudicijs generalibus, quæ vulgò Colloquia nuncupantur celebrandis, Statuta omnia desuper edita in robore conseruamus: ac illa in singulis terris, iuxta eorum Statutorum ordinationem, & veterem consuetudinem, celebrari mandamus, semel ad minus annis singulis. Quia verò propter nostrum in Magnum Ducatum Litvvaniæ egressum, negotiaque Ducatus illius, quæ fortè nos in illo diutiùs quàm vellemus distinebunt, Appellationes seu Motiones à Iudicijs Terrestribus & Castrensibus, seu etiam officio Castrensi, ad Nos factæ, remanerent longo tempore indecisæ: per hocque multorum subditorum nostrorum

iustitia

iustitia negligeretur: Statuimus, vt interim, donec nos ex Magno Ducatu Litvvanię redierimus, eiusmodi Iudicia generalia bis in anno celebrentur. quibus & domini Episcopi, singuli in districtu sedis Episcopatus sui, Palatini, Castellani, cæteriąue Dignitarij & Officiales, Iudices, & Subiudices Terrestres, interesse teneantur: sub pœnis, in illos statutis. nisi vera infirmitas, Legatio, vel Reipub. seruitium, illos excusarent. In tali enim casu, licebit impedito sic in locum suum, alium idoneum surrogare. In quibus quidem Iudicijs generalibus, omnes Motiones, Appellationes, & alia id genus, tam à Terrestribus, quàm à Castrensibus Iudicijs, ac etiam ab officio Castrensi, quæ ad Nos, seu ad Conuentum generalem sunt factæ, & iam ante nostrum in Litvvaniam egressum non fuerint decisæ, ac item interim, donec in Magno Ducatu illo Nos agere contigerit, cadentia iudicari & terminari debebunt. Et quicquid, per Iudicio illi præsidentes, iudicatum & decretum fuerit: id totum per eosdem Iudicio præsidētes, ac locorum Capitaneos, in executionem deduci debet. Licebit nihilominus vnicuique, à decreto & sententia Iudiciorum generalium, ad Cōuentum generalem Regni primum, post nostrum in Regnum reditum celebrandum, appellare. sed huiusmodi Appellatione non obstante, executio decretorum fieri debet: vt supra: illeque, pro quo iudicatum fuerit, in possessione bonorum illi adiudicatorum inducendus, & in ea tuendus erit. Vbi tandem in Conuentione generali, Nos cum Consiliarijs nostris, sententiam & decretum, à quo appellatum fuit, iustum esse cognouerimus: illud approbabimus. E diuerso verò, vbi per Nos & Consiliarios nostros, fuerit retractatum & infirmatum: bona omnia, & res illæ, quæ per huiusmodi sententiam fuerint adiudicatæ alicui parti, rursus restituentur illi: pro quo, in Conuentu generali tulerimus sententiam: simul cum fructibus, intermedio tempore perceptis, & damnis inde secutis, Iuramento damna passi æstimandis. Tempora verò celebrandorum huiusmodi generalium Iudiciorum, volumus iuxta Statutorum dispositionem obseruari.

Statuta de Colloquiis, in executionem ponantur.

HAec itaque Statuta, de Colloquijs generalibus celebrandis, imò verò de omnibus personis, rebus, ac Iudicijs Regni edita, & quæ non sint posterioribus expresse abrogata, in executionem ponere, & illa exequi, per edicta nostra mandabimus. *Sigis. Petric. 1538.*

COMITIA SEV CONVENTVS.

Comitia Petricouiæ sint: nisi quid vetet.

CVm grauiùs ferrent nonnulli Consiliarij, & Nuncij terrarum Regni nostri, *Sigism. Crac. 1540.*

noſtri, ad Conuentum generalem Regni, Cracouiam ſeſe vocari: præter veterem conſuetudinem, à loco Petricouienſi illos euocando: Decreuimus, Conſiliarijs noſtris, & terrarum Nuncijs petentibus: vt non alibi, præter Petricouiam, Conuentus generalis celebretur. niſi cauſa legitima, per Nos cum Conſiliarijs noſtris expendenda, aliud ſuaſerit faciendum.

Sigiſm. Craco. 1543. ¶ SIMILIS. Aſſentimur dominorum Conſiliariorum, & terrarũ Nunciorum ſententiæ: & ita relinquimus duraturum: Quia Regni Comitia generalia, non alibi, niſi Petricouiæ, indici & agi debent. peſtilentiæ, & ægritudinis Regiæ, caſibus exceptis.

Sed in Lublin, aut Parczow, Poloni cum Litwanis Comitia celebrent.

Iagello Rex Folio 127. HOc etiam addito ſpecialiter, & expreſſo: quòd præfati Barones, & Nobiles Regni Poloniæ, & terrarum Litvvaniæ, Conuentiones & Parlamenta, quando neceſſe fuerit, in Lublin, vel in Parczovv, & aliâs in locis aptis, de conſenſu & voluntate noſtra, celebrabunt: pro commodo & vtilitate Regni Poloniæ.

Sigiſ. Auguſt. 1550. ¶ SIMILIS. Vt tempore fœlicis noſtri principatus, negotia publica procedant: Comitia generalia, & particularia, iuxta tempus & loca, Statuto deſcripta, edicemus.

Cancellaria informabitur, de præſtituendis Conuentionum temporibus. & de Conuentu Srzedenſi, Colenſi, et Petricouienſi.

Sigiſm. Crac. 1510. Fol. 8. PRouidentes, vt Conuentus particulares debito modo celebrari, dum opus eſt, valeant: Promittimus dare Cancellariæ informationem: vt eos oportunis locis, & debitis temporibus, literis præſcribant: & præſertim, vt Conuentum Srzedenſem, duabus ſeptimanis ante Colenſem, & ſubinde Petricouienſem, octo diebus conſtituere meminerint.

Conuentus in Rádzicow, Brzeſtenſi & Iunowladiſlauienſi terris deinceps eſt indicendus.

Sigiſm. Crac. 1510. Fol. 9. PEtitioni terrarum Brzeſtenſis & Iunovvladiſlavienſis, conſentientes Conſtituimus: vt vtriq́ue terræ vnum Conuentum terreſtem in Radzicovv celebrandum, deinceps inſtituamus.

Pœna turbantium Conuentus.

Sigiſmundus 1520. Fol. 26. STatuto hoc præſenti etiam ſancimus: quòd quicunq́ue in Conuentibus rixas facientes gladios euaginauerint, pœna Marcarum viginti Polonicalium

lonicalium puniantur. Si verò aliquem vuluerauerint: extunc pœna Statuti, antea promulgati, puniantur. Sed si aliquem occiderint: pœna capitis puniantur. Et contra tales Capitanei locorum, inquisitionem & exequutionem facere debent: sub pœna centum Marcarum Polonicalium. Hi verò, qui crimine patrato aufugerint, ex Regno sunt banniendi, & infames pronunciandi. prout & infames eos declaramus.

Vnus particularis Conuentus, in terra Sandomiriensi est celebrandus.

VNus duntaxat particularis Conuentus, in terra Sandomirieñ, iuxta antiquã consuetudinem celebretur: Conuentu Skrzyneñ, qui ex speciali concessione nostra annis superioribus agebatur, abolito penitus & sublato. *Sigis. Petric. 1519. Fol. 23.*

Pœna statuitur contra Episcopos, et Palatinos, atq; Castellanos, ad Conuentus Terrestres non venientes.

DEcreuimus etiam: quòd Episcopi, Palatini, Castellani, & cæteri Officiales, teneantur interesse Conuentibus Terrestribus, & in Maiori Polonia Colensi, & in terris Cracouieñ. Nouæ ciuitatis Korczyn: sub pœnis. Episcopi nanque soluturi sunt pro pœna, Marcas quadraginta. si se legitima excusatione, in eodem Conuentu non excusauerint. Palatini verò, & primarij Castellani, soluere tenebuntur (si se temerariè absentauerint: & legitima excusatione se ibidem, in Conuẽtu non excusauerint) Marcas viginti. Similiter Castellani minores, soluent pro absentia decem Marcas, fisco Regio applicandas. si se non excusauerint, non vaga, sed legitimi impedimenti excusatione. Et pœnæ præfatæ, fisco nostro Regio irremissibiliter applicabuntur. *Sigism. Craco. 1510. Fol. 8.*

¶ Terminus ad Comitia generalia, die sexta post ingressum Regis, assignari debet. Vide in Titulo CITATIO. Fol. 70.

COMMISSARII, SEV COMMISSIONES.

Commissarij circa exemptionem, quomodo se conseruare debeant.

STatutum & sancitum est: quia Commissarij, in causis Iudicij sui, non debẽt recedere à Statuto communi, & facultate illis circumscripta: videlicet circa limites faciendos, exemptionem bonorum vel diuisionem (bonorũ, inter personas etiam remotas: par tamen Ius succedendi habentes) faciendam: & ne morem gerant vllis informationibus, huic Statuto *Sigism. Craco. 1543.*

contrarijs. Quòd si quid contra Statutum facerent: id nihili esse debet: nullaque informatio illos excusare poterit. Præterea nulla bona, circa talem exemptionem accipere debent: tantùm ea, quæ in literis obligatorijs essent descripta.

Qui citat Commissarios vel Iudicium temerè, qua pœna plectitur.

Sigis. August. 1557. QVI citaret Commissarios, aut Iudicium, vel Officium: & talis temerariè citasse conuinceretur: tenebitur talis, ibidem in instanti, singulis seorsum, soluere bis quatuordecim Marcas: pro pœna. similiter & parti: si citabitur.

Commißiones dentur petentibus.

Iagello in Iedlna 1473. Folio 52. ITem promittimus: quòd omnibus terrigenis, cum bonis & hæreditatibus nostris granities postulantibus & petentibus, non denegabimus.

Commißiones in quibus casibus dantur.

Alexa. in Radom 1505. Folio Cxvij. AVtoritatem iudiciariam vbique illibatam conseruare cupientes, Statuimus: quia Nos succesforesque nostri, nullas dare debemus Commissiones, non dabuntque successores nostri: nisi super limitibus bonorum nostrorum, & diuisione bonorum hæreditariorum, inter fratres, & proximiores: aut quæ essent de consensu partium. aliâs datæ, nullius sint roboris, vel momenti.

Commißiones Regiæ etiam inter remotos, par Ius succedendi habentes, dabuntur.

Sigism. Crac. 1532. B 2. COmmissiones in alijs casibus, quàm qui in dispositione Statuti continentur, dari prohibemus: & datas nullas esse volumus, & decernimus. Commissiones tamen, ad diuidenda bona, tam inter fratres germanos, quàm inter alios quosuis consanguineos, qui ad aliqua bona par Ius succedendi habent, quantumcunque remotos, locum habere debere declaramus, & decernimus. Quòd si quis repellere volens eum, qui diuisionem bonorum petit, negat eum esse consanguineum, vel Ius succedendi ad bona huiusmodi habere: in tali causa Commissarij, à diuidendis bonis supersedere, & decisionem controuersię super propinquitate & successione, ad Iudicium Terrestre remittere debebunt.

Olim solùm duo Dignitarij, & Succamerarius, ad Limites dabantur.

Præterea

PRæterea pollicemur: quòd omnibus petentibus à Nobis limitationem, seu distinctionem limitum, inter bona mensæ nostræ Regalia, & bona petentium, consentiemus: & dabimus duos Dignitarios, seu Officiales, & Succamerarium. qui nomine Nostro, potestatem habebunt limites faciendi. *Kazi. in Nieszov. 1454. Folio 93.*

Sed deinceps quinque sint Commissarij.

ITem cùm inter bona nostra, inscripta vel non inscripta, & subditorum nostrorum nostris conicinantium, nonnunquam iniuriæ & oppressiones, nonnunquam etiam cædes committerentur: & fierent difficultates plurimæ, pro limitatione granicierum: nostris aut Capitaneis, aut Tenutarijs, sub vmbra Regij nominis nostri bonorumque nostrorum, subditosq; nostros, vicinos, aut opprimentibus, aut limitationem granicierum difficultãtibus: idcirco ex innata Nobis virtute, & benignitate Regia, propter omnem subditorum nostrorum iustitiam & pacem, ex hac parte habendam, Promittimus: Quia quibuslibet subditis nostris, cuiuslibet status & conditionis existentibus, granicies ex parte bonorum nostrorum petentibus, Nos & successores nostri, secundum Statuta antiqua, ad discernendum æquitatem, Commissarios illius terræ & districtus, in quibus bona limitanda consistunt, videlicet duos Dignitarios & duos Officiales, cum suo Camerario deputabimus, & deputare debeant. *Albert. Petr. 1494. Fol. 107.*

Commissarij, accepto ex vtraque parte à senibus Iuramento, Limitationem faciant.

QVI quidem Commissarij postquàm exiuerint, debent ex vtraq; parte senes aduocare: à quibus recepto Iuramento, iuxta eorum recognitionem & testimonium, ad Limitationem procedent. Si verò ipsi senes discordes fuerint: extunc Commissarij, iuxta suas conscientias, concordando discordias senum, secundum eorum priuatum iudicium, Limitationem ipsam prosequentur, & terminabunt. Vbi autem & ipsi Commissarij discordarent, Volumus: quòd ex ipsorum sententia, qui plures in voce concordes fuerint, autoritas atque potestas dependeat difinita terminandi: nostrorum Officialium, videlicet Capitanei, aut Tenutarij, contradictione non obstante. *Ibidem.*

Si Commissarij desint, in proprio districtu.

SI autem Dignitarij, ad Limites ipsos designandi, essent pauci, in illa terra seu Palatinatu: in quo Limites fieri debent: aut fortè essent absentes: eo casu, ex vicino Palatinatu, vel etiam ex remotiore, Commissarios de- *Sigis. Petric. 1523. Fol. 30.*

rios designabimus, ad ipsos Limites faciendos. non alios tamen, nisi tales: qui in illis terris, vbi Limites essent faciendi, possessionati fuerint.

Sigis. Petric. 1511.

¶ Decem Grossi, pro literis Commissionis, in Cancellaria accipiãtur.

¶ A literis Commissionis, cum Mandato, decem Grossi accipiantur.

Capitaneus, seu Tenutarius bonorum Regalium, ad Limitationem bonorum exeat: & Commissarios prouideat. si libera bona possidet.

Ioan. Albert. Petri. 1496. Folio 107. & Folio 108.

CApitaneo, seu Tenutario bonorum nostrorum mandabimus: vt pariter cum Commissarijs eisdem, ad limitanda bona eadem exeat, descendat: & Commissarios expensis prouideat: in his præsertim bonis, quę habemus libera, & sine obligatione.

Commissionis terminus ad limitanda bona, duæ septimanæ.

Sigis. Petrico. 1528.

INnotescentia Commissarialis, vnà cum Mandato ad Capitaneum, per Ministerialem & duos Nobiles, inferenda sunt duabus hebdomadis ante Limitationem. ita vt tam de tempore, quàm de loco, certum Capitaneum faciant.

Idem Rex. 1523. Fol. 30.

Præterea Commissarij nostri prædicti, duabus septimanis ante, quàm simul conueniẽt ad faciendos Limites, Capitaneum seu Tenutarium nostrum, de tempore & loco sui conuentus, certiorem facient: per Ministerialem, & duos Nobiles, ac etiam per literas suas proprias, & Mandatum nostrum.

De honore, ac securitate Commissariorum.

Sigism. Craco. 1543.

QVòd si quis plebeius, in negotio & iudicio Limitum, vel alio quocunque, contra Commissarios inueheretur verbis, illosque inhonoraret: talis turri, vel alioqui sessione dimidij anni, puniri debet. Cuius pœnæ executionem, Capitaneus illius loci faciet: sub pœna, in Statuto descripta, contra illos: qui executionem facere negligerent. Quòd si quis, etiam plebeius, arma corriperet, & vibraret: licet etiam neminem vulneraret: collo luat pœnas. quod etiam Capitaneus exequatur. Nobilitas autem pro talibus excessibus, iuxta Statutum puniatur.

Quod à Commissarijs, in Limitatione bonorum semel decretum est: id non innouetur.

Sigis. Augus. 1550. A4.

VT, quod per Commissarios nostros (quos ad Limitationem bonorum nostrorum Regalium, & Nobilium, concedimus) semel decretum fuerit, ampliùs non innouetur, Statuimus: vt post Limitationem bonorum

norum noſtrorum Regalium, ac Nobilium, Capitanei noſtri in fundis Nobilium, iniurias non inferant: ſubditi verò noſtri, in fundis diſſimitatis, nullum vſum fructum habeant, neque aluearia, neque alias vtilitates.

Inter Regnum Poloniæ & Ducatum Litwaniæ Commiſſarij dabuntur.

PRopter iniurias ſopiendas, quæ inter ſubditos noſtros, tam Regni quàm Magni Ducatus Litvvaniæ, mutuò inferuntur, dabimus duos Commiſſarios ex Regno, & duos ex Magno Ducatu Litvvaniæ: quando ſcilicet aliquis, de iniuria aliqua conqueſtus fuerit. Coram quibus Commiſſarijs, poſt innoteſcentiam Commiſſariorum, & Mandatum noſtrum, quilibet comparere tenebitur: ibidemque ſine vllis dilationibus, culpatus cum parte actorea experiri tenebitur. *Sigiſ. Auguſt. 1557.*

Quicquid Commiſſarij fecerint, ratum ſit: nec Reuiſores dabuntur.

NOS verò deputabimus Commiſſarios noſtros, qui faciant limites: ac illorum Iudicium, inhibitionibus noſtris non impediemus: Aſſeſſores, ſeu Concommiſſarios, nec etiã Reuiſores, poſt factos limites deſignabimus. ſed quicquid Commiſſarij noſtri decreuerint, illud ratum & firmum eſſe debebit. Præterea cùm Commiſſarij noſtri conuenient, ad locum Limitum: ſiue Capitaneus, ſeu Tenutarius noſter exiuerit, ſiue non: eduxerit ſenes, aut non: ipſi Commiſſarij nihilominus Limites ipſos proſequi, & finire debebunt: Capitanei noſtri, ac etiam illius, qui queritur de iniurijs Limitum, contradictione, ſeu Motione & Appellatione, ac etiam abſentia, minimè obſtante. *Sigiſ. Petrico. 1523. Fol. 30.*

De Commiſſariis, iniquè citatis: & de aliis Iudiciis.

QVicunque citaret Commiſſarios, aut aliquod Iudicium, vel Officiũ, pro aliquo proceſſu: & talis decernetur, iniquè illos citaſſe: is tenebitur ſingulis ſeparatim dare, bis quatuordecim Marcas, pro pœna. ſimiliter & parti: ſi eadem citaretur. *Sigiſ. Auguſt. 1557.*

COMPLICES.

Complices victo patrocinantes, proſcribuntur.

SImiliter & omnes complices, eidem victo palàm patrocinantes, citari debebunt, ad banniendum: & de Regno, vnâ cum ipſorum præfato principali *Sigiſ. 1523. Folio 36.*

principali, Iure conuicto, proscribendum se decerni. contra quos, prout eorum principalem, Officium Capitaneale procedere debet.

Si complices impossessionati fuerint,

Sigismu. Rex. QVI verò essent impossessionati: per Officium illud Castrense compræhendantur, & in turrim conijciantur. quorum punitio, in arbitrio & gratia nostra consistat.

¶ Complices perpetrati homicidij: Vide in Titulo HOMICIDIVM.

¶ Complices in inuasione domus: Vide in Titulo INVASIO DOMVS.

CONDEMNATIO.

Qui in termino peremptorio condemnantur.

Kazi. Magnus Vistic. 1454. Folio 37. SI citatus comparere non curauerit, vel contempserit: in termino peremptorio, causam perdat: & ab actione cadat, cum pœna.

Kazi. in Nieszo. Folio 94. In secundo autem termino, in terminis, quilibet citatus comparere, & respondere debebit.

Sigis. Petrico. 1523. Fol. 33. Quocirca si citatus in secundo termino, vtpote peremptorio, temerè sineque repositione termini non paruerit: actor eum condemnabit in lucro: iuxta continentiam suæ Citationis. attamen in talem condemnationem Citatio debet inferi, siue acticari.

Condemnatio legitima qualis esse debeat.

Kazi. Vistica 1368. Fol. 11. AT ipsa pars, quæ fuerit absens, non nisi extremam horam meridiei, Iudice quasi surgere volente, primò, secundò, & tertiò, hoc est, tribus vicibus euocata, (vel in lucro, si rea: vel in euasione, si actorea fuerit) quòd scilicet parere non curauit, condemnetur.

De iustè & iniustè condemnatis.

Consuet. terræ Crac. 1505. Folio cxxxiij. ITem dum aliquis aliquem condemnauerit iniustè: condemnatus arestabit condemnationem in libro. Et si citauerit, pro iniusta condemnatione: tunc ille, qui sic condemnauit, debet luere pœnam trium Marcarum, & condemnationem describere de libro. Sed si condemnatus non arestauerit condemnationem: tunc ille, qui condemnauit, potest describere sine pœna.

Condemnatio Actoris.

Consuet. terræ Cracou. Folio cxxij. ITem in Terminis condemnandis Castrensibus vel Terrestribus, vsque in fine Actores debent condemnari. & si Citatus priùs condemnaret Actorem,

ctorem, antequam Ius admittet alios Actores condemnari: Actori condemnato nihil nocebit condemnatio.

Condemnati in Iudicio, illicò satisfaciant.

QVia victus tenetur victori satisfacere, de euictione, & condemnatis: neque de Iudicio prius recedat: nisi satisfaciat pro eo, pro quo est cõdemnatus. Quidam tamen rebellione, aut inobedientia ducti, nescitur quo animo recedunt de Iudicio condemnati, pro debito nullam satisfactionem aduersarijs impendentes: Quapropter volumus: quòd tales inobedientes, de malicia ipsorum commodum nõ reportent. quia postquàm conuicti fuerint in Iudicio, ad manus aduersariorum suorum ligati tradantur. Et si in captiuitate manentes effugerint: à potestate eorum sint liberi, & absoluti, ipso facto: & omni debito, quod tenentur & obligantur. præter debitum furti: quod semper condemnati soluere tenebuntur. *Kazi. Vislicia 1363. Fol. 9.*

Pœna condemnati, in Contumacia.

ITem Volumus: vt quilibet Actor condemnando Citatum absentem, in Contumacia, soluat duntaxat duos Grossos. quorũ vnus, cedet Notario. & alter Grossus, Iudicio præsidenti. *Sigis. Petrico. 1523. Fol. 38.*

De petitione insimul, & condemnationis, & pœnæ.

ITem, dum aliquis postulat, & condemnationem, aliâs *odbycia*, & pœnam: pro citatione mala, non condemnatio, neque vtrunque, sed pœna duntaxat decernatur petenti. *Consuet Crac. 1505. Folio cxxxix.*

CONFIRMATIO IVRIVM.

Wladislaus tertius Rex, Iura confirmat.

EX certa nostra scientia, præhabita sufficientissima deliberatione, animo & voluntate nostra vltronea: ipsis Prælatis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Proceribus, Nobilibus, Burgensibus, cæterisque subditis & incolis Regni nostri, cuiuscunque status existunt, Spiritualis vel Secularis: quæque ipsorum Iura, libertates ac immunitates, literas, Priuilegia, Ecclesiastica & Secularia: quæ à diuæ memoriæ prælibato genitore, ac alijs Regibus, Principibus, Ducibus, & dominis prædecessoribus nostris Regni Poloniæ, veris & legitimis hæredibus, super quibuscunque bonis & libertatibus habere dinoscuntur, & habent: sub quibuscunque Datis, in vita sua iustè & ritè emanata: libertates & immunitates, Spirituales & Seculares, in se continentes: & quas hîc volumus habere pro insertis, in *VVladisl. Petrico. 1454. Ex Priuilegio manu scripto.*

omnibus earum punctis, positionibus, conditionibus, articulis & clausulis eorum vniuersis, ratificamus, innouamus, approbamus, & præsentis scripti patrocinio confirmamus: decernentes, illa robur obtinere perpetuæ firmitatis. Promittimus insuper in verbo nostro Regio præsentibus, & spondemus: eadem ipsorum Iura, libertates, immunitatesque, literas, & Priuilegia, per omnia, rata atque grata habere: & iugiter, inuiolabiliter, perpetuò obseruare: ac eis satisfacere, cum effectu.

Similiter Kazimirus tertius Iura confirmat.

Kazi. in Nieszo. 1454. Folio 92.

NOs Kazimirus attendentes, Constitutiones prædecessorum nostrorum quasdam in obliuionem deductas, alias reformatione & innouatione, & alias additione egere: ad instantiam omnium Nobilium, regnicolarum nostrorum, coram nobis constitutorum, de consilio Baronum, & Consiliariorum nostrorum, Constitutiones terrarum præfati Regni nostri duximus præsentibus innouandas, emendandas, & reformandas in melius: cæterisque aliquid adijciendum censuimus. vt Iudices terrarum Regni nostri, ipsis innixi, & ex ipsis eruditione sumpta, in iudicando conseruent stateram æquitatis.

Confirmatio Iurium generalis.

Idem Rex. Folio 92.

IN primis igitur pollicemur verbo nostro Regio, omnes Regni nostri incolas, in Iuribus quibusuis, ipsis à prædecessoribus nostris datis, integraliter conseruare: nullique bona recipi mandabimus, aut captiuari faciemus: nisi priùs fuerit Iure conuictus.

Similiter Ioannes Albertus omnia Iura, simulque Kazimiri in Nießowa condita, confirmat.

Ioan. Albertus Petric. 1496. Folio 92.

LIcet per alias literas nostras, tunc vniuersis terris, sublimitatibus, & subditis Regni nostri concessas, vniuersa Iura, Priuilegia, libertates, & prærogatiuas, per Sereniss. Illustrissimosque Reges, & Principes Regni Poloniæ, olimque genitorem nostrum, eis concessas atque concessa, confirmauerimus: cum sacramento Iuramenti, in fœlici Coronatione nostra, per nos corporaliter præstiti: ibi quoque licet censeantur vniuersa Priuilegia inclusa esse, successiuè Regno concessa: tamen cùm in præsenti Conuentione, produceretur in medium Priuilegium originaliter, continens Constitutiones multas, nobis & Reipub. Regni nostri perutiles, in Nieszovva olim per genitorem nostrum datum: illud ad vota Prælatorum, & vniuersorum regnicolarum, specialiter confirmaturi, decreuimus præsentibus inserendum, tenore infrascripto.

Idem

Idem Ioannes Albertus Rex, de eodem.

QVod quidem Priuilegium, in omnibus punctis, conditionibus, paſsibus, & articulis, de certa ſcientia, benignitate, & virtute noſtra innata, præclarorumque Baronum, ac Nunciorum de ſingulis terris huc conuocatorum, vniuerſorum conſilio, & voluntate, confirmandum duximus: & confirmamus, perpetuò tenendum, obſeruandumque. *Petric. 1496. Folio. 96.*

Idem Rex Ioannes Albertus decernit, ſua Statuta perpetuò duratura: ſimulque priora omnia confirmat.

POſtremò verò, vt præſentium Inſtitutorum confirmationiſque & ſucceſsionis noſtrorum ſeries, robur obtineat perpetuæ firmitatis: nec vllo vnquam tempore, per Nos, & ſucceſſores noſtros, in aliqua ſui parte, quomodolibet valeat in irritum reuocari: tam præſentia Inſtituta noſtra, confirmationem antiquorum continentia, quàm alia antiquiora vniuerſa, per diuos olim prædeceſſores noſtros Reges Poloniæ, ſucceſsiuè edita, præſentibus etiam non inſerta, in omnibus paſsibus, Capitulis, articulis, punctis, & clauſulis, approbamus noſtra præſentia: decernentes perpetuò valitura: illa verò vniuerſa antiquiora confirmantes, roborantes, & ratificantes: quatenus perennis firmitatis vim obtineant. Super quibus, tam nouis præſentibus noſtris, quàm antiquioribus confirmatis, noſtras Priuilegiales præſentes literas, pendentis retrorſum à dorſo Sigilli noſtri munimine roboratas, de certa noſtra ſcientia, dedimus & conceſsimus: per manus Reuerendi in Chriſto patris, domini Creſlai de Kurzozvviaki, Epiſcopi VVladiſlauienſ, & Cancellarij Regni noſtri, nobis ſyncerè dilecti: Petricouiæ, in Conuentione generali, Anno domini 1496, Feria quarta proxima poſt feſtum S. Vrbani, per Nos, & vniuerſos Prælatos, Barones, Regnicolas, & terrarum Nuncios, celebrata. *Ioan. Albertus Petr. Fol. 110.*

Item Rex Alexander, Statuta Heröum Regni, Petricouiæ Anno 1503. edita, Maieſtate Regia in Litwania exiſtente, continuat & approbat.

NOS Alexander Rex, poſt fœlicem coronationem noſtram, Repub. Litvvana tunc expoſcente, cùm ad Magnum Ducatum Litvvaniæ contuleramus nos: his verò Regni terris, nobis in Ducatu ipſo agentibus, dum Conuentionem indixeramus generalem, fuit per vniuerſos Regni noſtri Prælatos, Spirituales & Seculares, & terrarum Nuncios, vniuerſum corpus Regni, etiam abſentium nomine, per litteras Noſtras, & per proclamationes publicas vocatorum, venientium & non venientium repræ- *Alexander 1503. Fol. 111.*

sentantes, celebrata Conuentio generalis: in loco Regni nostri, ad id cõsueto, Petricouiæ, die Dominico Reminiscere: & prorogationem habuit, vsque ad Dominicam Iudica me Deus &c. Anno domini 1503, Cui (Illustrissimo & Reuerendissimo olim domino Friderico, Cardinali &c. germano nostro, ad gubernandum Regnum, in nostri absentia per nos olim constituto, in lecto vltimæ ægritudinis decumbente) præsidebant, Reuerendissimus & Reuerendi in Christo patres, domini, ac Magnifici: Archiepiscopi, Episcopi, Palatini, & Castellani, cum reliquis ex ordine Reipub. Prælatis, vtriusque status, Consiliarijs nostris. per quos, & vniuersos alios Consiliarios, ac terrarum Nuncios, Statuta edita, sunt per Nos, ad vota eorum approbata, infrascripta.

Alexander Rex causam reddit: cur in hunc modum antecessorum suorum euulgasset Statuta.

Idem Fol. 66. SVnt igitur vniuersa hæc, ad præsens singulare volumen congesta, Priuilegia supra scripta, Constitutiones Regni Poloniæ (quæ sub tempore, à Boleslao Calisiensi duce, & à Magno Kazimiro, vsque ad nostra præsentia tempora, autoritas Principum, pro Regno & incolarum eius fœlici statu, edidit) continentia. quorum tenores libris Legum Ciuilium, ad Reipub. Regni nostri stabilimentum vtilitatemque, per dictum olim Kazimirum Magnum receptorum, anteponimus: eorumque omnium, sicut vetustiora præposuimus: ac eis clauem apertionis, processum Iuris, & terminorum conseruationem, cum alijs suo loco positis, tanquam Iuris vehiculum atque promulcum, quo tutissimè per omnes euentus iustitiæ vectitabitur salus, ascripsimus. Sic infra scriptum nostrum hoc, omnium extremo suprascriptorum loco ponimus. Quòd licet nihil contineat constitutionis nouæ, veteris duntaxat, perhibere sub sacramenti munimine robur: tamen quia dum in hac Radomiensi diæta, communi subditorum conamine & instantia impetratum à nobis erat: per quod nos re vera potiùs prouocati & incitati, quàm motu proprio persuasi sumus, ad istud edendum commune Priuilegium per omnes voluminis passus suprascriptum fatebimur necessariò. Vniuersis quibus expedit, præsentibus & futuris, infrascriptum Priuilegium dedisse occasionem nobis: vt Priuilegia vniuersa suprascripta, censuram iustitiæ statusque publici perstringentia, de thesauro Regni nostri publico, ac ex alijs Regni nostri publicis scrinijs atque locis, (quorum supra fit mentio) sumpta, in manus dederimus subditorum nostrorum. Quamobrem Priuilegium infrascriptum, tanquam specialissimum, & subditis nostris gratissimum, duplici scilicet & materiali & sacramẽti sigillo munitum, non inter indaginum ambages suprascriptas, sed

ptas, ſed ſpeciali deſcriptione exaratum, atque omnium vltimum, tanquã vectem ac ſigillum præmiſſorum habebit locum. Cuius ſequitur tenor:

Generalis confirmatio Iurium, per Regem Alexandrum.

IN nomine Domini Amen. ad perpetuam rei memoriam, Regnantium & imperantium auſpicia, fœliciora ſemper eueniũt: dum quod ſacris ſuis proferunt & promittunt oraculis, pro Iure & iuſtitia conſolationeq́ue ſubditorum fidelium tenendum, id literis etiam perpetuis firment: & poſterorum noticiæ commendent, æuo perpetuo duraturum: Proinde nos Alexander, Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvvaniæ, necnon terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Ruſsiæ, Pruſſiæ. ac Culmeñ, & Elbineñ, Pomeraniæq́ue, Dominus & hæres &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit, vniuerſis, præſentibus, ac futuris, harum notitiam habituris: Quia licet in ſacris Maieſtatis noſtræ Regiæ primitijs (dum videlicet principes Spirituales & Seculares, cæteriq́ue Prælati, & regnicolæ noſtri, fœlici aderant Coronationi) vniuerſa Priuilegia, per diuos olim anteceſſores noſtros, Principes, Duces, Reges, & per Nos, poſt fœlicem Coronationem noſtram, Regno Poloniæ, eiuſq́; regnicolis conceſſa, promiſimus inuiolabiliter tenere: tamen propter maiorem eorum firmitatem, annuentes votis Conſiliariorum noſtrorum, & Nunciorum terrarum, ex vniuerſis Regni terris in hac Conuentione exiſtentium, eorundem petitionibus & adhortationibus permoti, non per errorem vel improuidè aut indeliberatè, ſed ex ſpeciali virtute & munificentia Regijs noſtris, per literas perennes preſentes noſtras, promiſsionem illam noſtram ſolidiorem firmioremq́; efficere volentes: vniuerſarum terrarum noſtrarũ, & vniuerſorum ac ſingulorum incolarũ terrarũ earundem, cuiuſuis ſtatus, ſexus, cõditionis, & ordinis exiſtentiũ: Priuilegia, indulta, munimenta, Statuta, donationes, libertates, prærogatiuas, immunitates: & quaſlibet donationum ac venditionum Inſcriptiones, ſub quibuſcunq́ue verborum tenoribus, modis, conſuetudinibus, ac dictis: per Illuſtriſsimos ac Sereniſsimos prædeceſſores noſtros, Principes, Reges, Reginas, hæredes, & Duces Poloniæ, & per Nosipſos, Regno Poloniæ, ac prædictis & alijs vniuerſis terris iuſtè & legitimè datas, donatas, conceſſas, & emanatas, ac data, donata, conceſſa, vendita, emanata, tentaq́ue & obſeruata: (quorum & quarum tenores, hic volumus habere pro inſertis) in omnibus ipſorum & ipſarum modis, punctis, articulis, clauſulis, conditionibus, & conſuetudinibus, roboranda, confirmanda, & gratificanda, ac roborandas, confirmãdas, & gratificandas, duximus & decreuimus: roboramuſq́ue, confirmamus, & gratificamus, ac preſentis ſeri- *Anno domini 1505.*

tis ſcripti patrocinio firmamus, & approbamus: illa & illas, verè, perpetuò, indubiè, & in æuum, inuiolabilis firmitatis robur obtinere: Promittentes ſub Iuramento noſtro: quòd in prædicta fœlici Coronatione noſtra, corporaliter præſtitimus: illas ac illa, in quodlibet illorum illarumq́;, in omnibus prædictis eorum earumque modis, conſuetudinibus, poſitionibus, deſcriptionibus, articulis, punctis, & conditionibus, firmiter & inconcuſsè & inuiolabiliter tenere, habere, & obſeruare: tenerique, haberi, & obſeruari facere, temporibus perpetuò duraturis. Quòd ſi aliquid contra libertates, Priuilegia, immunitates, & Iura præfata Regni fecerimus: illud totum caſſum, irritum, inane, nullumque eſſe volumus, ac decernimus, ipſo facto: atque irritamus, & caſſamus, tenore præſentium mediante. In cuius rei teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt ſubappenſum. Actum in Conuentione generali Radomienſi, Sabbato Inuentionis S. Crucis, Anno domini 1505, Regni noſtri anno quarto: præſentibus Reuerendiſsimis & Reuerendis in Chriſto patribus, dominis, Andrea Archiepiſcopo Gneſneſi & Primate, Bernardino electo Leopolienſi: Ioanne Cracouienſi, Vincentio VVladiſlauienſi, Ioanne Poſnanienſi, Luca Varmienſi, Eccleſiarum Epiſcopis: necnon Magnificis, Venerabilibus, & Generoſis, Spytkone de Iaroſlavv Caſtellano Cracouienſi, Ioanne de Tarnovv Sandomirienſi, Nicolao Gardzina de Lubrant Caliſſienſi, Petro Myſzkovvski de Mirovv Lancicienſi, Nicolao de Koſcielec Brzeſtenſi, Nicolao de Kretkovv Inovvladiſlauienſi, Ioanne de Tarnovv Ruſsiæ, Nicolao de Kurozvviaki Lublinenſi, Prandota de Trciana Rauenſi, Palatinis: Ioanne Iarand de Brodzovv Caliſsienſi, Ioanne de Przeramb Siradienſi, Ianuſio Latalski Gneſnenſi, Ioanne Slupecki Sandecenſi, Iacobo de Sieklika Voynicenſi, Petro Szafraniecz de Pieſzkovva skala Viſlicienſi, Ioanne Iordan de Zakliczyn Biecenſi, Staniſlao de Mlodzieiovvicze Radomienſi, Martino Skotniczki de Boguria Zavvichoſtenſi, Staniſlao de Pothylicza Miedzyrzecenſi, Petro de Opalinicza Landeñ, Petro Gorski Nakleñ, Nicolao de Rzadzikovv Dobrzynenſi, Petro de Niemyglovvy Rauenſi, Paulo de Chotza Polanceñ, Caſtellanis: Ioanne de Lasko, Eccleſiæ Gneſneñ, & Regni noſtri Cancellario, Iacobo de Szydlovviecz, Theſaurario eiuſdem Regni, Alberto Gorski Scholaſtico VVladiſlauienſi, Nicolao de Barthniki Cuſtode Plocenſi, Eccleſiarum, Secretarijs noſtris: Nicolao Firley de Dabrovvicza Vexillifero Cracouienſi, & Capitaneo Lublinenſi, Derſlao VVilczek de Lubieñ Leopolienſi, Alberto Skora de Gay Dobrzynenſi, Staniſlao de Caſſanovv Lublineñ, Succamerarijs: ceteriſque Conſiliarijs, & Curienſibus noſtris, ad præmiſſa teſtibus fide dignis, ſyncerè & fideliter nobis dilectis. Datum per manus eiuſdem Venerabilis Ioannis de Lasko, Gneſnenſis Eccleſiæ & Regni noſtri Cancellarij, ſyncerè nobis dilecti.

Idem

Idem Alexander Priuilegia Sandomiriæ confirmat.

NOS Alexander &c. Significamus: Quia licet in ſacris Maieſtatis noſtræ primitijs (dum videlicet principes Spirituales & Seculares, cæteriq́ue Prælati, Barones, & regnicolæ noſtri, fœlici aderant Coronationi noſtræ) vniuerſa Priuilegia, per diuos olim anteceſſores noſtros, videlicet Ludouicum aliâs Loyſz. Kazimirum antiquum, VVladiſlaum auum, & VVladiſlaum patruũ, Kazimirum patrem, & Ioannem Albertũ germanum, alioſq́; Reges, Reginas, Principes, prædeceſſores noſtros, eius regnicolis conceſſa, promiſerimus tenenda: tamen inſuper, vt ipſi pro eorum in Nos fide & beneuolentia, perpendant, ſe proinde gratiarũ noſtrarum affectus & in præſenti conſequutos, & omni tempore conſecuturos procul dubio: (qua quidẽ ſua beneuolentia Nos, poſt mortem eiuſdẽ Domini Regis Ioannis Alberti, ad hoc inclytum Regnum Poloniæ, Iure electionis eorum liberç, Deiq́; optimi fauente clementia, vnanimiter elegerunt regnaturum) Decernimus ex ſpeciali virtute & munificentia noſtra, per literas noſtas perennes, promiſsionem illam noſtram efficere firmiorem. Vnde ſicut quibuſlibet petentibus confirmationem Priuilegiorum, ab eiſdem olim anteceſſoribus noſtris habitorum, hactenus dare cõſueuimus: ſic totius Nobilitatis terræ noſtræ Sandomirieñ, Priuilegia, Inſcriptiones, libertates, conceſsiones, exemptiones, prærogatiuas, indulta, & alia munimenta: per quoſcunq́ue Reges, Reginas, & Principes, prędeceſſores noſtros: eiſdem ſimul, aut diuiſim, prædictęq́; Nobilitati terrę Sandomirienſis, data & conceſſa, datasq́ue & conceſſas, iuſta & legitima, iuſtasq́; & legitimas: (quorum quarumq́ue tenores, perinde eſſe & valere voluimus: ac ſi idem noſtris de verbo ad verbum, inſerta inſertæq́ue eſſent) in omnibus eorum earumq́ue tenoribus, paſsibus, capitulis, conditionibus, clauſulis, & articulis, duximus ex gratia ſpeciali, virtute & munificentia noſtra Regia, confirmanda, approbanda, & roboranda, confirmandaſq́ue & roborandas, & approbandas: prout confirmamus, approbamus, & roboramus: decernentes ea & eas, perpetui roboris vim habituras, tenore præſentium mediante, in æuum.

Alexan. Cracouiæ 1502.

Hoc priuilegium confirmatum à Sigiſm. Craco. 1537.

Sigimundus Rex omnium Iura confirmat.

CVm rebus tempora vetuſtatem afferant: quæ numero annorum admirabiliores, & ſanctiores habentur: eas ne vlla vnquam obſcurare poſsit obliuio: & præſertim, quæ à Regibus & Principibus, ad communem ſubditorum vtilitatem fiunt: par & æquum eſt, vt literarum monumentis ſempiternæ memoriæ mandentur: quarum adiumento ab interi-

Sigiſm. Crac. 1507.

tis ſcripti patrocinio firmamus, & approbamus: illa & illas, verè, perpetuò, indubiè, & in æuum, inuiolabilis firmitatis robur obtinere: Promittentes ſub Iuramento noſtro: quòd in prædicta fœlici Coronatione noſtra, corporaliter præſtitimus: illas ac illa, in quodlibet illorum illarumq;, in omnibus prædictis eorum earumque modis, conſuetudinibus, poſitionibus, deſcriptionibus, articulis, punctis, & conditionibus, firmiter & inconcuſsè & inuiolabiliter tenere, habere, & obſeruare: tenerique, haberi, & obſeruari facere, temporibus perpetuò duraturis. Quòd ſi aliquid contra libertates, Priuilegia, immunitates, & Iura præfata Regni fecerimus: illud totum caſſum, irritum, inane, nullumque eſſe volumus, ac decernimus, ipſo facto: atque irritamus, & caſſamus, tenore præſentium mediante. In cuius rei teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt ſubappenſum. Actum in Conuentione generali Radomienſi, Sabbato Inuentionis S. Crucis, Anno domini 1505, Regni noſtri anno quarto: præſentibus Reuerendiſsimis & Reuerendis in Chriſto patribus, dominis, Andrea Archiepiſcopo Gneſneſi & Primate, Bernardino electo Leopolienſi: Ioanne Cracouienſi, Vincentio VVladiſlauienſi, Ioanne Poſnanienſi, Luca Varmienſi, Eccleſiarum Epiſcopis: necnon Magnificis, Venerabilibus, & Generoſis, Spytkone de Iaroſlavv Caſtellano Cracouienſi, Ioanne de Tarnovv Sandomirienſi, Nicolao Gardzina de Lubrant Caliſſienſi, Petro Myſzkovvski de Mirovv Lancicienſi, Nicolao de Koſcielec Brzeſtenſi, Nicolao de Kretkovv Inovvladiſlauienſi, Ioanne de Tarnovv Ruſsiæ, Nicolao de Kurozvviaki Lublinenſi, Prandota de Trciana Rauenſi, Palatinis: Ioanne Iarand de Brodzovv Caliſsienſi, Ioanne de Przeramb Siradienſi, Ianuſio Latalski Gneſnenſi, Ioanne Slupecki Sandecenſi, Iacobo de Sieklika Voynicenſi, Petro Szafraniecz de Pieſzkovva skala Viſlicienſi, Ioanne Iordan de Zakliczyn Biecenſi, Staniſlao de Mlodzieiovvicze Radomienſi, Martino Skotniczki de Boguria Zavvichoſtenſi, Staniſlao de Pothylicza Miedzyrzecenſi, Petro de Opalinicza Landeñ, Petro Gorski Nakleñ, Nicolao de Rzadzikovv Dobrzynenſi, Petro de Niemyglovvy Rauenſi, Paulo de Chotza Polanceñ, Caſtellanis: Ioanne de Lasko, Eccleſiæ Gneſneñ, & Regni noſtri Cancellario, Iacobo de Szydlovviecz, Theſaurario eiuſdem Regni, Alberto Gorski Scholaſtico VVladiſlauienſi, Nicolao de Barthniki Cuſtode Plocenſi, Eccleſiarum, Secretarijs noſtris: Nicolao Firley de Dabrovvicza Vexillifero Cracouienſi, & Capitaneo Lublinenſi, Derſlao VVilczek de Lubieñ Leopolienſi, Alberto Skora de Gay Dobrzynenſi, Staniſlao de Caſſanovv Lublineñ, Succamerarijs: ceteriſque Conſiliarijs, & Curienſibus noſtris, ad præmiſſa teſtibus fide dignis, ſyncerè & fideliter nobis dilectis. Datum per manus eiuſdem Venerabilis Ioannis de Lasko, Gneſnenſis Eccleſiæ & Regni noſtri Cancellarij, ſyncerè nobis dilecti.

Idem

Idem Alexander Priuilegia Sandomiriæ confirmat.

NOS Alexander &c. Significamus: Quia licet in ſacris Maieſtatis noſtræ primitijs (dum videlicet principes Spirituales & Seculares, cæteriq́ue Prælati, Barones, & regnicolæ noſtri, fœlici aderant Coronationi noſtræ) vniuerſa Priuilegia, per diuos olim anteceſſores noſtros, videlicet Ludouicum aliâs Loyſz. Kazimirum antiquum, VVladiſlaum auum, & VVladiſlaum patruũ, Kazimirum patrem, & Ioannem Albertũ germanum, alioſq́; Reges, Reginas, Principes, prædeceſſores noſtros, eius regnicolis conceſſa, promiſerimus tenenda: tamen inſuper, vt ipſi pro eorum in Nos fide & beneuolentia, perpendant, ſe proinde gratiarũ noſtrarum affectus & in præſenti conſequutos, & omni tempore conſecuturos procul dubio: (qua quidẽ ſua beneuolentia Nos, poſt mortem eiuſdẽ Domini Regis Ioannis Alberti, ad hoc inclytum Regnum Poloniæ, Iure electionis eorum liberę, Deiq́; optimi fauente clementia, vnanimiter elegerunt regnaturum) Decernimus ex ſpeciali virtute & munificentia noſtra, per literas noſtas perennes, promiſsionem illam noſtram efficere firmiorem. Vnde ſicut quibuſlibet petentibus confirmationem Priuilegiorum, ab eiſdem olim anteceſſoribus noſtris habitorum, hactenus dare cõſueuimus: ſic totius Nobilitatis terræ noſtræ Sandomirieñ, Priuilegia, Inſcriptiones, libertates, conceſsiones, exemptiones, prærogatiuas, indulta, & alia munimenta: per quoſcunq́ue Reges, Reginas, & Principes, prędeceſſores noſtros: eiſdem ſimul, aut diuiſim, prædictęq́; Nobilitati terrę Sandomirienſis, data & conceſſa, datasq́ue & conceſſas, iuſta & legitima, iuſtasq́; & legitimas: (quorum quarumq́ue tenores, perinde eſſe & valere voluimus: ac ſi idem noſtris de verbo ad verbum, inſerta inſertæq́ue eſſent) in omnibus eorum earumq́ue tenoribus, paſsibus, capitulis, conditionibus, clauſulis, & articulis, duximus ex gratia ſpeciali, virtute & munificentia noſtra Regia, confirmanda, approbanda, & roboranda, confirmandaſq́ue & roborandas, & approbandas: prout confirmamus, approbamus, & roboramus: decernentes ea & eas, perpetui roboris vim habituras, tenore præſentium mediante, in æuum.

Alexan. Cracouiæ 1502.

Hoc priuilegium confirmatum à Sigiſm. Craco. 1537.

Sigimundus Rex omnium Iura confirmat.

CVm rebus tempora vetuſtatem afferant: quæ numero annorum admirabiliores, & ſanctiores habentur: eas ne vlla vnquam obſcurare poſsit obliuio: & præſertim, quæ à Regibus & Principibus, ad communem ſubditorum vtilitatem fiunt: par & æquum eſt, vt literarum monumentis ſempiternæ memoriæ mandentur: quarum adiumento ab interitu vindi-

Sigiſm. Crac. 1507.

tu vindicentur, & immortales fiant: Proinde nos Sigiſmundus Rex Poloniæ &c. Notum facimus, vniuerſis & ſingulis, præſentibus & futuris: à quorum cognitione, præſentium literarum ſeries non erit aliena: Quòd licet ante paucis diebus (cùm omnium Prælatorum & Procerum Regni, imò veriùs totius Senatus, Nobilitatis, & populi conſenſu, Diadema capiti noſtro imponeretur) Iureiurando de more ſanxerimus, omnia Iura, omnia Priuilegia, omnes denique libertates, & immunitates Regni, ſiue omnibus in genere, ſiue ſingulis in ſpecie, per Reges, Principes & Duces, qui Nos præceſſerunt, ac Regno tanquam Monarchæ ſiue Tetrarchæ præfuerunt, in quacunque legitima cauſa data & donata, ſiue donatas & datas, rata & firma eſſe debere: pro maiore tamen huiuſce rei firmitudine, ac robore: vt in futurum teſtimonium extet, Nos non ſolùm boni principis officio functos: ſed debito noſtro, non minus liberaliter, quàm libenter ſatisfeciſſe: poſtquam voti compotes, eorum communi conſenſu, ſingulariq́ue erga nos pietate, facti ſumus (quod bonum & fauſtum, fœlixq́; ſit Nobis, & Regno noſtro: vt demum hunc ipſorum conſenſum, ad vltimum finem vitæ, nobis præferre liceat) votis & precibus eorundem Prælatorum, Baronum, & Procerum, imò veriùs totius Senatus, & Nobilitatis, (cuius Nuncij, cum plena facultate, ex ſingulis Regni terris, ad conſultandum nobiſcum, de futuro ſtatu Regni, huc conuenerant) annuentes: cum bona & matura deliberatione, omnia Iura, omnia Priuilegia, omnia Statuta & Decreta, omnes deniq́ue donationes, libertates, & immunitates, & quaſcunque venditionum, & donationum literas, & ſyngrapha, ſub quocunque tenore verborum factas: omnium terrarum Regni noſtri in genere, omniumq́ue prædictarum terrarum in ſpecie, omnis generis, omnis gradus, vtriuſque ſexus hominum & incolarum: à Regibus, & Reginis, hæredibus, & Ducibus terrarum Regni Poloniæ, & præſertim Kazimiro magno, Ludouico aliâs Loyſz, VVladiſlao auo, VVladiſlao patruo, Kazimiro patre, Ioanne Alberto, & Alexandro, germanis, Regibus Poloniæ, prædeceſſoribus noſtris, iuſtè & legitimè data & donata, datasq́ue & donatas: (quorum & quarum tenores, tanti eſſe volumus: ac ſi in præſentibus literis expreſsè deſcriberentur) in omnibus ipſorum & ipſarum punctis, articulis, ſententijs, clauſulis, & conſuetudinibus, roboranda, confirmanda, & ratificanda, roborandaſq́ue, confirmandas, ratificandasq́ue duximus, & decreuimus: ac roboramus, confirmamus, ratificamus, & præſentibus literis approbamus: illa & illas, perpetuas, & indubitatas, inuiolabiles, firmas & validas, in ſempiternũ futuras.

Ad idem, ex eodem Priuilegio.

Ibidem. ADijcientes, Iuramenti circa Coronationem per Nos præſtiti, & facti, auctoritate

auctoritate: Omnia supradicta, in omnibus consuetudinibus, descriptionibus, punctis, articulis, conditionibus, clausulis, & sententijs, firmiter & inuiolabiliter tenere, & seruare: teneriq; & haberi & seruari facere, temporibus per singula duraturis. Quòd si aliquid contra libertates, Priuilegia, Iura, & immunitates prædictas Regni fecerimus, derogando vel abrogando, in toto vel in parte, alicui præmissorū: id totum irritum, & inane, ac nullius roboris, nulliusque momenti, esse volumus.

Sigismundus Augustus, iam Regno inauguratus, de sui electione, Iuriumq; confirmatione, ita scribit.

IN nomine Domini Amen: Ad perpetuam rei memoriam. Quandoquidem incerta est, neque durabilis memoria humana: consueuerunt prudentes homines scripturæ commendare id, quod in æterna memoria posteritatis haberi volunt: Proinde Nos Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniæ. &c. Significamus præsentibus literis, vniuersis quorum interest, præsentibus & futuris: Quia cùm ante viginti annos, viuente adhuc piæ memoriæ Serenissimo Rege Sigismundo, parente nostro, vnanimi consensu Consiliariorum nostrorum, tam Spiritualis quàm Secularis status, & totius nobilitatis, aliorumque statuum Regni, ad Regnum Poloniæ electi, & coronati fuimus: vbi omnes Consiliarij Regni, ordinesque alij, Iuramentum debitæ fidei, necnon subiectionis ac obedientiæ, nobis fecerunt: nihilominus, quòd ea præstare nobis non tenebantur, quàmdiu Serenissimus parens noster viueret: (penes quem integra autoritas, & superioritas Regia durare debuit: prout & ad finem illius vitæ durauit integra) & quia ætas nostra tum non permittebat, vt debitum Iusiurandum, secundum antiquam consuetudinem maiorum nostrorum Regum Poloniæ, facere possemus: obligauerat se eo nomine Serenissimus Rex, parens noster: vt cùm ad ætatem nostram peruenieremus, Iusiurandum debitum faceremus: eoque nos obligaremus, Omnia Iura, Priuilegia, libertates, literas, & immunitates, iustas & legitimas, ipsius Regni nostri Spiritualibus, Secularibus, & quibuscunque ordinibus hominum, nullis exceptis, à prædecessoribus nostris Regibus & Principibus Poloniæ, nominatim verò à piæ memoriæ Regibus, Kazimiro Magno, Ludouico, VVladislao proauo, VVladislao antiquo patruo, Kazimiro auo, Ioanne Alberto & Alexandro patruis, & Serenissimo Rege Sigismundo parente nostro, datas, in omnibus firmiter tenere, seruare, & tueri: & hoc, quodcunque illegitimè ab hoc Regno alienatum vel ademptum esset, iuxta facultatem nostram recuperaremus, & ad vnitatem Regni adiungeremus: in nullo diminuendo fines Regni Poloniæ, sed potius augendo, tan-

Sigis. August. Petric. 1550.

tum quantum poterimus. prout iam huic ipſi obligationi ſatisfecimus: quando ſeptimo anno poſt Coronationem noſtri, more ſolito, in Eccleſia Iuſiurandum præſtitimus. Poſtquod quidem Iuſiurandum noſtrum, obligauimus nos literis noſtris, omnibus ſubditis noſtris datis: Quia cùm Dominus Deus ex hac luce, memoratum Sereniſsimum Regem parentẽ noſtrum ſuſtulerit, non priùs ſubditi noſtri deberent nobis obedientiam: quouſque in omnibus, in genere, omnes literas, & Priuilegia, tam generales Regni, & Dominiorum ei annexorum, quàm priuatarum perſonarum & locorum, omnes libertates continentia, aliaſq; literas & immunitates, à ſupradictis prædeceſſoribus noſtris datas, & ab ipſo Sereniſsimo olim Rege parente noſtro, quamdiu vixit, dandas, literis noſtris confirmauerimus: & illas, vti in ſe extant ſcriptæ, in debitam executionem, iuxta facultatem noſtram reponeremus. Cum autem eò res peruenit: quoniam Dominus Deus Sereniſsimum ipſum Regem, parentem noſtrum, ex hac luce ſuſtulit: & iam poſt hanc liberam electionem, & coronationem noſtri, gubernatio, ſuperioritas, & auctoritas Regni, nunc ſuper nos deuoluta eſt: memores Iuſiurandi per Nos præſtiti, & obligationis literalis, in noſmet datæ, Ediximus Conuentum Regni: tam propter alias neceſsitates Regni: quàm inprimis propter hoc: vt illud ipſum re ipſa exequeremur ſubditis noſtris, quod illis verbo & literis noſtris promiſeramus. Proinde ex iſtis cauſis, omnibuſque rebus bene apud Nos & cum matura deliberatione expenſis, poſtulationibus etiam omnium ordinũ Regni, in hoc Conuentu exiſtentium, permoti: Omnia Iura, Statuta, donationes, libertates, immunitates, conſuetudines, & omnes alias literas, & Priuilegia, quocunque tenore verborum conſcripta, tam generalia totius Regni, & dominiorum ei adhærentium, Spiritualia & Secularia, quàm ſpecialiter omnibus ſtatibus, & perſonis, & locis, generaliter & ſpecialiter, nullis exceptis: à Regibus, & Reginis, à Ducibus, Dominis, & hæredibus, Regni Poloniæ, & terrarum eius, nominatim verò à Regibus piæ memoriæ, Kazimiro Magno, Ludouico Loyſz, VVladiſlao proauo, VVladiſlao antiquo patruo', Kazimiro auo, Ioanne Alberto & Alexandro patruis, necnon Sereniſsimo Sigiſmundo Rege parente noſtro, anteceſſoribus noſtris, iuſta & legitima, iuſtèque & legitimè datas & donatas, dataq; & donata: (quæ quidem eius valoris habere volumus: perinde ac ſi hic, de verbo ad verbum inſerta fuiſſent) ita prout ipſa in ſe ſonant, nihil eis diminuendo vel detrahendo, renouare, confirmare, approbare, ratificare decreuimus: prout præſentibus literis noſtris renouamus, confirmamus, approbamus, & ratificamus: necnon firma, durabilia, certa, inuiolata, & immutabilia habere volumus, temporibus perpetuis. Et pollicemur verbo noſtro Regio: & ſub onere Iuriſiurandi per non præſtiti, obligamus nos: quia

nos: quia hæc omnia ſupradicta, Iura, immunitates, libertates, donationes, Priuilegia, & literas, per anteceſſores noſtros piæ memoriæ, & nominatim per Sereniſsimum Regem parentem noſtrum, legitimè & iuſtè datas & exhibitas, data & exhibita, firmiter & inuiolabiliter tenere, & iuxta ea ſubditos noſtros omnium ordinum, tam generaliter omnes, quàm ſpecialiter ſingulos, vnumquenq; conſeruabimus: & omnibus tenere, & conſeruare mandabimus, temporibus perpetuis. & id, quod illis contrarium fuerit, neque ipſi faciemus: neque alijs facere permittemus. Quòd ſi aliquando eueniret: vt vel per Nos, vel quempiam alium, iſtis ipſis Iuribus, Statutis, donationibus, Priuilegijs, literis, immunitatibus, & libertatibus, aliquid eiuſmodi fieret contrarium: vel ſi illis derogare, eaſdemúe per Noſmetipſos abrogare, aliqua re vellemus: extunc omne illud nihil firmitatis, neq; ponderis habere debet: ſed omne illud, vigore iſtius Conuentus, nihili & caſſum intelligi debet. prout & Nos hoc ipſum annihilamus, & caſſamus: & nihili eſſe inuenimus, præſentibus noſtris literis, temporibus perpetuis. Sed quia à non exiguo tempore, in multis rebus, contra hæc ipſa Iura, Priuilegia, immunitates Regni, exceſſum & illis detritũ eſt: poſtulantibus Nuncijs Nobilitatis, & conſilio Conſiliariorum Regni noſtri ad hoc accedente, viſum eſt nobis neceſſarium: vt hocipſum, pro eo ac debemus, atque obligati ſumus, hic in iſto Conuentu reformaremus: & ad priorem conditionem, ſeu integritatem reſtitueremus, ac reduceremus: & in debitam executionem reponeremus.

CONSENSVS SVPER BONA REGALIA.

COnſenſus omnes, datos iuxta Statutum, in robore conſeruamus: qui quidem Iuri communi non eſſent contrarij. *Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550.*

CONSTITVTIO.

Conſtitutiones, ſeu Inſcriptiones, tam Regni, quàm Magni Ducatus Litwaniæ, publicam honeſtatem lædentes, ne fiant: aut factæ non teneantur.

SI quæ aliæ ſingulares Inſcriptiones, inter nos, Prælatos, & Barones Magni Ducatus Litvvaniæ, ac Prælatos Regni Poloniæ, eſſent: quæ communem vtriuſque honeſtatem læderent: quas anteceſſores noſtri nõ tenuerunt: tales nos quoque non recipimus, neque tenebimus. *In Priuileg. Prælatorum Litvvaniæ.*

Conſtitutiones non alibi, quàm in Conuentione decernantur.

Kazim. tertius in Nieszo. 1454. Fol. 95.

ITem pollicemur: quòd nullas nouas Constitutiones faciemus, absque Conuentione communi, in singulis terris instituenda.

Rex Constitutiones contra Ius non faciet, absque publico consensu.

Alexander in Radom 1505. Folio Cxv.

QVoniam Iura communia, & Constitutiones publicæ, non vnum, sed communem populum afficiunt: itaque in hac Radomiensi Conuentione, cum vniuersis Regni nostri Prælatis, Consiliarijs, Baronibus, & Nuncijs terrarum, æquum & rationabile censuimus: ac etiam Statuimus: vt deinceps futuris perpetuis temporibus, nihil noui constitui debeat, per Nos, & successores nostros, sine communi Consiliariorum & Nunciorum terrestrium consensu: quod fieret in præiudicium grauamenque Reipublicæ, & damnum, atque incõmodum cuiuslibet priuatum: ad innouationemque Iuris communis, & publicæ libertatis.

De eisdem nouis Constitutionibus, solius Regis autoritate non faciendis.

Sigis. Petric. 1538.

CONstitutiones nouas, non nisi Consiliariorum, & Nunciorum terrarum consensu, secundùm Statutum Alexandri Regis, faciemus.

Idem Rex, de eodem.

Sigism. Crac 1539.

MAnifestum facimus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis, præsentibus & futuris. &c. Quia in proximis Comitijs superioris anni, terrarum Nuncijs quædam concessimus: quæ magno studio à nobis impetrata cupiebant. Quoniam vsu cognouerunt, ea non esse æquè vtilia, atque prima fronte esse videbantur: abrogari quædam, alia corrigi: nonnulla verò per Nos clariùs explicari, pleraque noua etiam addi petebant. Nos itaque precibus eorum annuendo, de Nostra, Senatorumque, & Consiliariorum nostrorum sententia, Articulos hos describi fecimus: atque autoritate nostra Regia confirmauimus, eos inuiolatè obseruari volentes.

Idem Rex, de eodem.

Sigism. Craco. 1540.

NOS Sigismundus Significamus: quòd cùm in præsentibus Comitiis, reuisæ essent per Nos Constitutiones, in proximis superioribus Comitijs, in hac ipsa vrbe nostra factæ, reductum fuit nobis in memoriam: quòd in ea Constitutione, quædam obliuione, seu imprudentia fuerunt omissa: quæ ante biennium, in Comitijs Petricouien statuta erant. qua de re, cùm ordine singulos Regni nostri Senatores, & Consiliarios rogassemus:

gaſſemus: ita eſſe, vna voce omnes & ſinguli reſponderunt. Itaque de cõſilio eorum & conſenſu primùm, deinde Nunciorum terreſtrium, eam Conſtitutionem, ita vt fuit anno ſuperiori præſcripta, ſcribi fecimus: deinde ea ipſa adſcribi iuſsimus, quæ obliuione prætermiſſa Senatores noſtri affirmarunt: in eum, qui ſequitur, modum.

Conſtitutiones latæ vel ferendæ, futura reſpiciant, non præterita.

CVM omnes Conſtitutiones & Statuta legem imponant rebus & negotijs præſentibus, & futuris, & non præteritis: Volumus, vt omnes noſtrę Conſtitutiones, nunc in Colloquio generali in VViſlicá æditę, non reſpiciant præterita: ſed tantummodo præſentia, & futura. *Kazim. 1368. Folio 8.*

Præterea Conſtitutiones nouæ neminem onerabunt, donec publicentur

NE per ignoratam Conſtitutionem nouam, quiſpiam colludi videatur: dum quicquam fieret contra Conſtitutionem, quæ ad cognitionem non eſſet deducta communem: idcirco in Conſtitutionibus noſtris planè procedere cupientes, Decernimus: Quòd nullus obligatus erit, ad nouam Conſtitutionem ſeruandam: niſi ipſa primùm per proclamationem, in Regno publicetur. *Alexan: 1505. Folio Cxv.*

Alioquin vanæ ſunt Leges, niſi innoteſcant, publicentur, ac obſeruentur.

CVM vana ſit Lex, niſi obſeruetur: obſeruari verò nequit, niſi innoteſcat: omnia inſtituta noſtra in vnum colligi, & ad omnem deduci notitiam, imprimi & publicari mandauimus. *Sigiſm. Crac. 1507. Fo. 1.*

CONSVETVDO.

Conſuetudines terræ Cracouienſis pro Iure ſint.

QVamuis Nos Alexander Rex preſcripſerimus ſuperiùs omnes paſſus, ac Priuilegia iuſtitiæ communis, per olim prædeceſſores noſtros Duces, atque tandem Reges Poloniæ, ad iuſtitiam communiter miniſtrandam, regnicolis in iſto inclyto Regno noſtro conceſſa, ſub tempore: quibus cum Iudices terrarum iuſtitiam, & negotia iudiciaria, abſoluere, dirigereque conſueuerunt: tamen quia vltra hæc, quælibet terrarum ſuas ſpeciales habere conſueuit Conſuetudines: ideirco terræ Cracouienſis eas, quę *In conſuetud. terę Crac. Alexand. 1505. Folio Cxx.*

eas, quæ in ipſa approbatæ ſunt, præſentium communi Iuris Terreſtris Regni noſtri corpori aſcripſimus: eaſque approbauimus: & pro Iure perpetuò tenendas decreuimus: aſcribimusque, approbamus, & decernimus, præſentium per tenorem.

¶ Quæ quidem Conſuetudines, huic Statutorum libro, ſuis locis ſunt accommodatæ.

Conſuetudines Iuris teneantur.

Alexan. Ibid. Fol. Cxxiij.

PVncta ſupraſcripta Nos Alexander, Dei gratia Rex, ex Conſuetudinibus, tam Terreſtris quàm Caſtrēſis Iudiciorum terræ Cracouienſis, collegimus: quæ Iuri corporis aſcripta, Decernimus, in terra Cracouienſi, pro plebiſcito priuato terræ eiuſdem tenendo perpetua. Quod decretum noſtrum etiam vniuerſis alijs terris, præſentium tenore innoteſcimus, conſultiuè hortantes: vt pro iuſtitiæ cultu conſeruationeque, aut iſtas approbent: aut inſtar iſtarum ſuas ſcribant, in Papyri literis: quam in numero xij foliorum iſto loco relinquimus: & cuilibet terrarum eadem folia damus. ſic tamen: vt cùm reliquæ terræ ſuas conſcribent conſuetudines, primùm eas nobis vel ſucceſſoribus noſtris offerant: per Nos in ſtylum congruentem redigendas. Quas tandem in ſtylum redactas, Nos vel ſucceſſores noſtri, ad libros Statutorum præſentium, in terra ipſa, de qua conſuetudines nobis porrectæ eſſent, exiſtentium, in duodecim folijs prædictis fideliter ſcribendas reſtituturi ſumus: ſucceſſoreſque noſtri reſtituent, per appoſitum Maieſtatis Regiæ decretum, emendatas, moderatas & approbatas.

¶ Conſuetudines terrarum omnium inter ſe conferendæ: Vide in Titulo STATVTA.

CONTVMACIA.

Pœna duorum boum abrogatur,

Sigiſm. Craco. 1537.

QVia nuſquam deſcriptum eſt in Statuto: quo pacto pœna Contumaciæ, ſuper partibus citatis exigi debeat: (nam tantummodo in Statuto magni Kazimiri, de receptione & pignoratione duorum boum tractatur. cui Statuto, per abuſum tam longi temporis, eſt abrogatum: propter eaque nullum robur, & firmitatem habere dignoſcitur) ideo Sacra M. Regia decernere dignata eſt: Quia præfatæ pœnæ, à condemnatione in Contumacia, à nulla parte citata, in nullis Iudicijs, tam Regalibus, quàm Terreſtribus, etiam & Caſtreñ, per Iudicium, neq; per partem actoream, neque pecunijs neque pignorationibus exigi, nec quouis modo recipi debebunt, nunc & in poſterum, decreto Iudicij mediante.

De eo,

De eo, qui ſuper hæreditaria quæſtione citatus, in primo, ſecundo, tertio termino, Contumaciter ſe abſentauerit.

LIcet in pluribus caſibus celeritas commendetur: tamen eadem celeritas, in Iudicijs & cauſis expediendis, rationabiliter quandoque non eſt obſeruanda: ſed potiùs amplianda, & dilatanda: ex eo, quòd Iudicantem cuncta oportet rimari: ideoque Statuimus: Quòd ſi aliquis, ſuper capitali hæreditaria quæſtione, primò ſecundò & tertiò citatus, non comparuerit: à Iudicio ſe contumaciter, in termino ſibi aſsignato abſentauerit: tunc ob Contumaciam eiuſdem citati, actor in termino tertio & peremptorio, per Iudicem admittatur, ſententia definitiua mediante, in veram eiuſdem hæreditatis poſſeſsionem: & ab omni Iure eiuſdem hæreditatis, & ipſius qualibet venditione, per Iudicis ſententiam reus decernatur, & pronuncietur cecidiſſe. *Kazim. Mag. Folio Xv 1.*

Actor condemnans reum in Contumacia, duos Groſſos ſoluat.

ITem Volumus: vt quilibet actor, condemnando citatum abſentem in Contumacia, ſoluat duntaxat duos Groſſos. quorum vnus, cedet Notario: & alter, Iudicio præſidenti. *Sigiſ. Petrico. 1523. Fol. 38.*

Forma condemnationis, in pœna Contumaciæ.

NObilis A. B. actor, Nobilem C. D. citatum, per Miniſterialem iuridicè clamatum, in pœna Contumaciæ, ſuper citationem ſuam E. F, occaſione G. H. valoris L. K. latiùs canentem, condemnauit.

De Contumacia Actoris.

ACtor faciat & procuret, ad cauſam Reum citari. Reo itaque in Termino comparente, Actore totaliter ſe abſentante, Decernimus: ob Contumaciam Actoris, quæ eſt maior quàm Rei, ipſum Reum cauſam obtinuiſſe. Si autem Reus, parêre in Termino ſibi aſsignato non curauerit: Actore per ſe, vel ſuum nuncium comparente: Decernimus, quòd pro huiuſmodi Contumacia, Reus duorum boum pœna mulctetur. *Kazimir. Magnus Fol. 15.*

CONTRIBVTIO TAM SPIRITVALIVM, QVAM SECVLARIVM.

Kazimirus tertius duos Groſſos ex Laneis decernit.

ITem pollicemur: quòd à modo non expetemus aliquas ſolutiones, aut contributiones Fertonum, aut ſex Groſſorum, à terrigenis, vel eorum hominibus: *Kazim. tertius 1504. Fol. 93.*

hominibus: sed in solutione duorum Grossorum, de quolibet lanco, debemus esse contenti. iuxta veterem consuetudinem.

Tributum non soluant, libertate gaudentes.

Ioan. Albert. 1496. Fol. 104. ITem, in exigendis cæteris exactionibus antiquis, aut pro tempore laudatis, volumus & Statuimus, Exactores adeò rationabiles atque discretos esse: vt de hominibus, causa quacunque præcedente, à censibus annuis liberatis, interim donec libertas non videbitur expirata esse, Exactiones ipsas laudatas laudandasque exigere non præsumant, neque possint.

Agri, horti, & scultetiæ desertæ, quomodo Contributiones soluunt.

Sigis. Petric. 1511. Fol. 17. ITem Statuimus: vt agri, horti, & scultetiæ desertæ, à soluendis exactionibus impositis sint immunes: vtque de molendinis, secundum antiquas taxas & quitantias, prædictæ Contributiones exigantur. Et qui propter aliquem, casum libertate siue immunitate donati sunt: ab eisdem etiam exactionibus soluendis, (præter *Czopowe*) quamdiu eiusmodi immunitas durat, liberi permaneant.

Villæ & tabernæ Contributiones soluant, & molendina.

Sigis. Petrico. 1527. A3. VIllæ, & tabernæ, quæ ex quadam negligentia seu conniuentia Exactorum & Capitaneorum, publicas Contributiones hactenus non soluerunt, ad solutionem illarum nunc omnino compellantur. & similiter Molendina, quorum tertias mensuras Tenutarij bonorum nostrorum exemerunt, & illas à se emptas, seu in summis pecuniarum obligatas tenent, soluant contributionem, quæ *Szos* dicitur: sicut reliqua omnia molendina, in Regno nostro, seu illorum molendinatores eam soluere solent: cõtraria cõsuetudine, quę corruptela potiùs dici debet, penitus non obstãte.

Qualiter Contributiones exigendæ.

Sigism. Craco. 1537. B2. PErspicientes magnam Reipub. afferre iacturam consuetudinem, in exigendis & comportandis Regni laudatis Contributionibus, in Regno nostro seruari dudum solitam, Decernendum duximus: & Statuimus presentibus: vt in exigendis & comportandis publicis Contributionibus, talis vbique modus & ordo seruetur: vt coloni, qui ad publicam Contributionem soluendam obligantur, ad dominum vel ad possessorem villæ, quam incolunt, ordinis & conditionis cuiuscunque, iuxta Conuentus decretum, & Constitutionem factam, & in vniuersalibus literis descriptam, comportare teneantur. quam vicissim perceptam, domini seu possessores colonorum,

colonorum, vel quorumuis ad ſoluendam publicam Contributionem obligatorum, ad Exactores publicos in terris deſignatos, & conſtitutos integrè, & ſecundùm Conuentus ordinationem, per ſe, vel Procuratores ſuos deferent: cum ea ſimul pecuniæ parte: quam illi ipſi domini, ex decreto Conuentus, in publicam Contributionem ſoluere debent. De qua re, tam Exactor illi domino, vel Procuratori domini pecuniam afferenti, quàm dominus ſeu Procurator Exactori, pecuniam Contributionum publicarum capienti, mutuò literariam obſignatam & ſubſcriptam recognitionem ſibi dabunt.

Contributionum iniqui Exactores, vel negligentes, quomodo puniendi.

ITem Volentes præcludere iniuriarum occaſionem, quæ plerunque ab Exactoribus, ſubditorum noſtrorum hominibus, in exigendis Contributionibus fiunt, Statuimus: Quòd deinceps ipſi Exactores, ſi quando vltra formam literarum vniuerſalium, in ſoluta taxatione quempiam grauarent: querelis eorundem hominum de talibus iniurijs, coram illius terræ Epiſcopo, Palatino, vel Caſtellano reſpondere, & decretis eorum parêre teneantur. *Sigiſ. Petrico. 1511. Fol. 17.*

Si ſoluere Contributiones aliqui neglexerint: R. Maieſtati deferantur: ſi in propinquo fuerit. ſin verò in remotis partibus: Capitaneo.

EXactores publicarum Contributionum deferre tenebũtur Nobis, (ſi in loco propinquo fuerimus) vel (ſi in remotis ageremus) Capitaneo loci, omnes qui negligentes fuerint, in ſoluendis ipſis Contributionibus: aut qui illas non ſoluerint: aut integrè non extradiderint. & tales, cuiuſcunque ſtatus, ordinis, & præeminentiæ illi fuerint, Nos ſine omni ſpe veniæ, pœnis debitis puniemus. Et ſimili pœnæ, ſeu mulctæ, ſubiacebunt Capitanei: qui executionem non fecerint Mandatorum Noſtrorum, & decretorum Conuentualium. *Sigim. Cracc. 1527. Az.*

Contributio à ſingulis Capitibus.

SIgiſmundus Dei gratia Rex Polonię &c. Vniuerſis &c. Quum hoc bellum, quod nobis in A. B. C. eſt, non modò non miteſcere, ſed magis ac magis feruere videatur: quodque magis nos angit, dum hoc bello inuiti occupamur: mallemus hanc impenſam, & hæc arma, aduerſus infideles conuertere: cum quibus, in primis autem Tartaris, Chriſtiani nominis perpetuis hoſtibus, in terris Ruſsiæ nobis continuum, & planè *Sigiſ. Bydgoſtiæ. Anno 1520.*

hæreditarium bellum sit : perneceſſarium fore putauimus, tantis malis & periculis, quibus Regnum & dominia noſtra, imò ferme tota Chriſtianitas obiecta eſt, diligentiùs quàm vnquam aliâs conſulere, & prouidere. Statuimus igitur, in hoc Conuentu generali Bydgoſtienſi, communi omnium Conſiliariorum noſtrorum, & Nunciorum terreſtrium conſilio & aſſenſu, Contributiones infraſcriptas : pro defenſione Reipub. & neruo belli. Neque enim aliò conuertenda erit hæc pecunia, quæ gratè pieque conferetur : quàm pro defenſione Reipub. & tuendis finibus Chriſtianorum, ab incurſione infidelium : & liberatione captiuorum, de poteſtate ferociſsimæ gentis Tartaricæ.

In primis D. Archiepiſcopus Gneſnenſis, Florenos trecentos.

Archiepiſcopus Leopolienſis Florenos centum.

Epiſcopi omnes Polonię, per florenos centum quinquaginta.

Suffraganei, per flor. decem.

Epiſcopi terrarum Ruſsiæ, per florenos quinquaginta.

Gneſnenſes Prçlati de ſingulis Prçlaturis, per flor. decem.

Prælati Sandomirienſes, de ſingulis Prælaturis, per florenos ſex.

Abbates, & Præpoſiti infulati, per groſſos quinquaginta.

Abbates baculati, per florenos viginti quinque.

Quilibet beneficiatus, de ſingulis beneficijs, quod quiſpiam habebit, in quibuſcunque Eccleſiis Regni, & terrarum Ruſsiæ, ſuam taxam ſoluet, ſingulariter inferius explicatam.

CAnonici in Cathedralibus Polonicis, per flor. quinque.

Canonici in Collegiatis maiorib. per florenos tres.

Canonici in Collegiatis minorib. per florenos duos.

Prælati in Collegiatis minoribus, per florenos duos.

Prælati Ruſsiæ, per florenos duos.

Cancellarius Cracouienſis ratione officij, florenos octo.

Cancellarij dominorum Epiſcoporum, & Officiales rurales, per florenos quatuor,

Præbendarij ſimplices, per flo. vnũ.

Manſionarij, Altariſtæ, Pſalteriſtæ, per florenum vnum.

Item Lectores, Gratialiſtæ, & Sacerdotes non beneficiati nec ſalariati, per groſſos ſex.

Officiales, & Vicarij, & Iudices in Spiritualibus, in Eccleſijs Ruſsiæ, per florenos decem.

VVladarij, qui decimas dominorũ Epiſcoporũ vendunt, per fl. tres.

Notarij Conſiſtoriorũ per flo. vnũ.

Vicarij Ruſsiæ Cathedralium, per groſſos viginti.

Prælati Monaſteriorũ, Monachorum & Monialium, per fl. duos.

Vicarij Canonicales, per fl. vnum.

Omnes religioſi Monachi, villas, domos, & cenſus habentes, & Moniales, per groſſos decem.

Doctores non beneficiati, per florenum vnum.

Phyſici

Phyſici practicantes, per flo. duos.
Cauſidici Iuris Spiritualis, per florenum vnum.
Magiſtri artium, per groſſos octo.
Baccalaurei, per groſſos ſex.
Studentes communiter omnes, ex Regno noſtro duntaxat oriundi, per groſſos duos.
Seruitores Magiſtrorum, Doctorum, Studentum, Baccalaureorum, in omnibus Burſis præter extraneos, per groſſ. duos.
Plebani ciuitatum, per floren. ſex.
Plebani oppidorum ditiores, per florenos tres.
Plebani villarum ditiores, per florenos duos.
Plebani pauperiores, per Marcam.
Vicarij Parochialium, in ciuitatibus notabilioribus, per groſſos duodecem.
Rectores Scholarum, in ciuitatibus muratis, per gr. duodecem.
Vicarij oppidorum paruorum, per groſſos ſex. (quatuor.
Vicarij villarum, & Kleſsi, per gr.
Cantores ciuitatum notabiliorum, per groſſos decem.
Cantores oppidorum, per gr. octo.
Organiſtæ, per groſſ. ſex.
Campanatores, per groſſ. vnum.

Ordo Spiritualium Ruthenorum.

WLadici Ruthenici, per florenos decem.
Archimedritæ, per floren. tres.
Kryloßánye, per florenum vnum.
Seruitores vtriuſq; ſtatus, per groſſum vnum.
Archipopones, aliâs Archipopi, per florenum vnum.
Monachi alias *Czerncy*, per flo. ſex.
Popadiæ, per groſſos quatuor.
Pueri & vxores eorũ, per gr. duos.

Dignitarij, & Officiales Seculares.

PAlatini generaliter omnes, per Florenos quinquaginta.
Capitanei, in quibus Iudicia celebrantur, per floren. decem.
Vicecapitanei, vbi non ſunt Iudicia, per floren. vnum.
Capitanei caſtrorum, Epiſcoporũ & dominorum, per flor. duos.
Marſchalci, per florenos viginti.
Officiales ſigillorum Regiorum, per florenos viginti.
Theſaurarius Regni, flore. viginti.
Officiales non ſalariati, prouentus non habentes, per floren. tres.

Eadem ratio ſit, de Officialibus Sereniſſimæ Reginæ.

PRæfectus exercituũ, Fl. viginti. Ratione Capitaneat. Kazimirieñ. florenos decem.
Vicecapitanei vbi ſunt Iudicia, per floren. quatuor.
Capitanei Caſtrorum Regalium, non Iudicialium, per flor. quinq.
Factores prędiorũ, per gr. duodecĩ.
Caſtellani Maioris POloniæ, per florenos tres.
Caſtellani reliqui omnes, per florenos decem.
CAStellani nullos prouentus habentes,

bentes, per florenos quinque.
Officiales curiæ ſalariati, per florenos decem.
Magnus Procurator Cracouieñ, florenos viginti.
Curienſes noſtri, & Aulici, per florenos duos.
Cubicularij noſtri, in equis ſeruientes, per florenos duos.
Cubicularij ſine equis ſeruientes, per groſſos quindecim.
Familia Nobilis Conſiliariorum, Officialium, & Curialium, in continuo ſeruitio curiæ ſeruientes, per Groſſ. octo.
Familia eorundem ignobilis, per groſſ. duos.
Burgrabij Cracouieñ. per fl. decem.
Burgrabij Caſtrorum, Iudicio præſidentes, per florenos duos.
Tribuni terrarum ſeu Caſtrorum, per florenos decem.
Officiales omnes terreſtres & diſtrictuum, prouentibus ſuis gaudentes, per floren. quinque.
Iudices terreſtres, per floren. ſex.
Subiudices terreſtres, per flor. tres.
Notarij terreſtres, per flo. decem.
Camerarij Succamerariorum terreſtrium, per florenum vnum.
Iudices Caſtrenſes, per flor. duos.
Iudex Succamerarij Cracouienſis, florenos duos.
Procuratores pecuniarij, Secularium cauſarum, per florenos tres. & ſi quis ſe talem eſſe negauerit: Iuramento confirmet.
Exactores terreſtres, modernis exceptis, per florenos quinque.
Notarij eorum, per floren. vnum.
Officiales terreſtres & diſtrictuũ, qui nullos habẽt prouentus, per florenos tres.
Burgrabij Caſtrorũ ignobiles, tanquam factores, per fl. vnum.
Notarij Caſtrenſes, per floren. $\frac{1}{2}$.
Hołomkowie, & ſerui Caſtrorum, per groſſ. duos.

Officia Salinarum.

ZVpparij, per florenos triginta.
Vicezupparij, per flor. decem.
Teloneator in Capitaneatibus, & telonijs noſtris Regalibus, per florenos decem.
Teloneatores, & particularium teloniorũ exactores, per fl. duos.
Officiales perpetui in Zuppis, per florenos quinque.
Officiales temporales, per florenos quatuor.
VVarkmeiſter, flore. quindecim.
Barikrech, & qui dicunt & habent Ius perpetuum in montibus, per florenos quinque.
Vxores & pueri, per groſſos duos.
Várzychowie, per florenos duos.
Gvvarkones, per groſſ. duos.
Vxores & pueri, per groſſ. vnum.
Menſarij aliâs *ſtolnicy*, per groſſos quindecim.
Vxores & pueri, per groſſ. octo.
Stárzyſze, & cæteri minuti Officiales, per groſſos ſex.
Vxores & pueri, per groſſ. tres.
Laborantes communiter omnes, per groſſos duos.
A qualibet feneſtra, aliâs *wyſzćie*, hæreditarij, per floren. duos.
Vxores & pueri, per groſſ. octo.

A calde-

A caldearibus, aliâs *pannie* ſalis Rutheni, per florenos octo. exceptis Regijs.

Officiales fodinarum plumbi.

SImiliter in *Ilkuſs* laboratores cõmunes omnes, per Groſſ. duos.
Vxores & pueri, per groſſum vnũ.
Gvvarkones in montibus laborantes, per groſſos duodecim.
Vxores & pueri, per groſſ. ſex.
Non habentes verò mineram, per groſſos duos.
Vxores & pueri, per groſſ. vnum.
Menſarij aliâs *Stolnicy*, per gr. vnũ.
Similiter vxores & pueri, per groſſum vnum.
Mineratores aliâs *Rudnicy*, per florenum vnum.
Vxores & pueri, per groſſ. ſex.
Socij verò eorum, per groſſ. vnum.
Similiter vxores eorũ, per gr. vnum.
De molendinis ventilibus, & aquaticis, molendinatores ſoluent, per groſſos tres.
Vxores & pueri, per groſſ. vnum.
Lazurium fodientes, per flor. tres.
Vxores & pueri, per groſſ. quinque.

Ordo vniuerſæ Nobilitatis.

TAm Spirituales, quàm Seculares domini, & Nobiles, quicũq; villas habent, quilibet à qualibet villa, dummodò non ſit tota deſerta, per flor. vnum. non obſtantibus quibuſcunque libertatibus. Nam hæc lex, in perſonas, & non in bona, conſtituta eſt.
Nobiles bona habentes terreſtria, quotquot ſunt in domo, etiam indiuiſi, tenentur ſoluere de capite ſuo, per florenos octo.
Qui Kmethones habẽt per fl. octo.
Item viduæ Nobiles, & populi, qui non habẽt Kmethones, per groſſos duodecem.
Populi autem, hæreditates & Kmethones habentes, per flor. octo.
Aduocati & Sculteti plebis, Kmethones & hæreditates, non habentes, per groſſos octo.
Vxores, & pueri, per groſſ. vnum.
Aduocati & Sculteti plebis, Kmethones, hæreditates, aut tabernas, aut molendina habentes, per florenos octo.
Vxores, & pueri, per groſſos octo.
Viceaduocati, & rurales VVladarij, ita et Kmethones ſoluent, per groſſum vnum.
Similiter ab vxore, & pueris: qui non habent aliquos prouentus.

Conditio Kmethonum.

QVilibet à ſe, vxore, & puero per groſſum vnum.
Hortulani, quilibet à ſe, vxore, & pueris, per groſſos tres.
Ráthâie, per groſſos tres.
Vxores & pueri, per groſſ. vnum.
Inquilini villarum, per groſſ. tres.
Pueri, & vxores, per groſſ. vnum.
Demptis viduis pauperibus, & viduis, per groſſos ſex.
Mercenarij diẽm laborando, per groſſos tres.
Vxores, & pueri, per groſſ. vnum.
Seruitores Kmethonum vtriuſque ſexus, per groſſum vnum.
Valachi agros colentes, & vltra cẽtum oues habentes, per gr. tres.

Vxores,

Vxores, & pueri, per groſſos duos.
Valachi agros non habentes, ſed oues habentes, per groſſum vnũ.
Similiter vxores & pueri.
K*niáźionvie* Ruthenici, per groſſos quatuor.
Vxores, & pueri, per groſſ. duos.
F*liſowvnicy*, & piſcatores, per groſſos duos.
Vxores, & pueri, per groſſ. vnum.
Kmetones generaliter omnes, ſimiliter vxores, per groſſ. vnum.

Conditio Ciuitatum maiorum.

CONſules Cracouieñ, per Florenos quinque.
Conſules Poſnanieñ. per fl. quatuor.
Conſules Leopoli. per flo. quatuor.
Iuris ſupremi Aduocati, per florenos quinque.
Scabini eiuſdem Iuris per flor. quatuor.
Aduocati Ciuitatum, per flo. duos.
Vxores & pueri, tam Conſulum, quàm Aduocatorum, & omniũ ſupraſcriptorum, per medium ſummæ: quamq; cuiuſlibet maritus ſoluerit.
Czechmagiſtri earundem Ciuitatum, per groſſos duodecim.
Vxores, & pueri, per groſſ. ſex.
Mercatores ditiores, & Pannicidæ Cracouieñ. per florenos tres.
Vxores, & pueri, per groſſ. octo.
Pannicidæ Poſnanieñ. & Leopolieñ. per ſeſquialterum florenum.
Mercatores pauperes, per fl. vnum.
Vxores, & liberi per groſſos octo.
Inſtitores per groſſos decem.
Vxores, & pueri per groſſ. tres.
Artifices omnium artificiorum, per groſſos ſex.
Pueri, & vxores per groſſ. tres.
Socij artificum per groſſ. duos.
Vxores, & pueri per groſſ. vnum.
Diſcipuli artes mechanicas diſcentes per groſſum vnum.
Ciues communiter omnes, Iure ciuili gaudentes per flor. quatuor.
Vxores, & pueri per groſſ. viginti.
Inquilini in Circulo per groſ. duos.
Vxores, & pueri per groſſ. vnum.
Seruitores vtriuſque ſexus per groſſum vnum.
Piſcium venditores, apud Cracouiam habentes piſcinam & domos per florenum vnum.
Vxores, & liberi per groſſ. octo.
Molendinatores prædictarũ ciuitatũ hæreditarij per gr. duodecim.
Vxores, & pueri per groſſ. octo.
Molendinatores temporales per groſſos quatuor.
Vxores, & pueri per groſſ. duos.
T*rágárze* per groſſ. tres.
Vxores, & pueri per groſſ. vnum.
Mixtarij per groſſ. duos.
Armeni per groſſ. duodecim.
Vxores, & pueri per groſſ. tres.

Ciuitates & oppida ſecundi ordinis.

KAZimiria apud CRAcouiam, Wieliczká, Bochnia, Sandecz, Biecz, Pilzno, Tarnovv, Proſzovvice, Skármierz, Miechovv, Lelovv, Sandomiria, Lublin, Rádom, Opoczno, VVislicá, magna Opátovv, Ilzá, Bodzecin.

Maioris Poloniæ eiuſdem ordinis.

Káliſz,

KAlisz, Koscien, VVszchovva, Bydgoszcza, Krysko, Płocko, VVieluń, Lanczycá, Gniezno, Lovvicz, VVolborz, Vnieiovv, Sniena, Bárk, Słupczá, Rávvá, Sochácczovv, Brzeziny, Piatek, Szamotuły, Grodzisko, Koło.

Ciuitates & oppida, secundi ordinis, terrarum Russiæ.

PPrzemysl, Krosno, Sanok, Iároslavv, Przyvvorko, Lánczuth, Rzeszovv, Strzyzovv, Brzozovv.

Suprascriptarum omnium ciuitatum, & oppidorum, secundi ordinis:

CConsules ciuitatum, à capite per grossos quindecim.
Vxores, & liberi eorum per gr. quatuor.
Aduocati, Scabini, Notarij, per grossos quatuor.
Vxores per grossos duos.
Pueri verò per gross. vnum.
Item omnes mechanici per gros. octo.
Vxores, & pueri per gross. vnum.
Socij mechanicorum per gr. vnum.
Discipuli mechanicas artes discentes per grossos sex.
Mercatores, & vectores inuehentes res pretiosas, videlicet Lapides, gemmas, pannos sericeos, & laneos, telam pretiosam & Coloniēsem, & alia id genus per florenos octo.
Vxores, & pueri per gross. quatuor.
Mercatores pauperiores, qui ab his emere solent per gross. octo.
Vxores, & liberi per gross. vnum.
Vectores & ducentes per gro. tres.
Ab vxoribus & pueris per g. vnum.
Omnes generaliter ciues, domos & Ius ciuile habentes. per grossos quatuor.
Vxores, & pueri per grossos duos.
Inquilini per gross. duos.
Vxores, & liberi per gross. vnum.
Serui mercenarij laboratores, per grossum vnum.
Suburbani, & hortulani, & hæreditarij molendinatores, in ciuitatibus & oppidis prædictis per grossos octo.
Vxores, & pueri per gross. vnum.
Molendinatores manuales & temporales, earundem ciuitatum & oppidorum per gross. quatuor.
Vxores, & pueri per gross. vnum.

Præterea sunt nonnulla oppida, in Regno nostro, & in terris Russiæ, habentia fora annualia, & septimanalia:

IIn talibus oppidis, Consules à capite soluant per grossos octo.
Vxores eorum per gross. duos.
Pueri verò per grossum vnum.
Item Aduocati, Scabini, & Notarij per grossos duos.
Vxores, & pueri per gross. vnum.
Item mechanici generaliter omnes per grossum vnum.
Similiter vxores & pueri per gro. vnum.
Item artificum socij, ac eorum vxores & pueri per grossum vnum.
Mercatores omnes per gr. quatuor.
Vxores, & pueri per gross. duos.
Inquilini, vxores, & pueri, per grossum vnum.

Item subur-

Item ſuburbani, hortulani, Iure ciuili gaudentes, cum vxoribus & pueris per groſſum vnum.

Item Molendinatores talium oppidorum, perpetui, ſeu hæreditarij. per groſſos quatuor.

Vxores, & pueri, per groſſ. duos.

In Oppidis non habentibus forum annuum, & ſeptimanalia,

Conſules, & generaliter omnes Officiales per groſſos duos.

Vxores verò, & pueri, & generaliter omnes homines, in huiuſmodi oppidis exiſtẽtes, per groſſos duos.

Suburbani, & hortulani talium oppidorũ, omnes in vniuerſum, per per groſſum vnum.

Omnes Fiſtulatores, Citharædi, Tympaniſtæ, hoc quæſtu victum quærentes, de capite ſuo per groſſos ſex.

Vxores & pueri per groſſ. vnum.

Mulieres vagæ, in Curijs Dominorum vbiq; manentes, per gr. ſex.

Item Iudæi generaliter omnes in Regno noſtro 3000. florenos, per groſſos triginta computatos, ſoluent.

Tempus verò ſolutionis, Nos literis noſtris aſsignaturi ſumus.

Iudices Iudæorum, per flor. duos.

Notarij, per florenum vnum.

Præterea exactio & Contributio Ducillorum, debet durare à feſto Pentecoſtes proximè venturo, vſque ad Conuentum generalem proximum.

Vt autem hæc decreta & ordinationes, in exigendis huiuſmodi tributis factæ, debitæ executioni demandentur, Statuimus: vt in omnibus diſtrictibus Palatinatuum, duo exactores fiant: vnus Spiritualis, & alter Secularis: & Capitaneus, ſeu eius vices gerens, cum eis, tanquam ſuperintendens. Qui quidem exactores, ſecundum formulam & diſpoſitionem ſupraſcriptam, eas exactiones, medio Iuramento ad ſancta Dei corporaliter præſtito, exigent. Quod Iuramentum Secularis exactor, coram loci Capitaneo, aut eius vices gerente: Spiritualis verò, coram Notario publico, & teſtibus fide dignis: inter quos tamen ſit loci Capitaneus, vel eius vices gerens. Iurabunt autem in hæc verba: Ego N. iuro: quia in ſupraſcriptis Contributionibus repetendis & exigendis, fidelis ero Clementiſſimo & Sereniſsimo Domino, D. Sigiſmundo Regi Poloniæ, ac Reipub. quodque volo & debeo, omni cura, ſtudio, integritate, & diligẽtia, exactiones villarum & capitalium, iuxta laudum & formã Literarum vniuerſalium, in generali Conuentione Bydgoſtieñ. decretas & conſtitutas, fideliter repetere & colligere: nulli hominum, cuiuſcunq; ſtatus, ordinis, ſexus, & conditionis, ſiue ob amorem, fauorẽ, aut premiũ, parcendo: primò & ante omnia de bonis Regijs, necnon Dominorum Spiritualium & Secularium: demùm de bonis vniuerſis Nobilitatis, de perſoniſque & capitibus Ordinum & Statuum: non obſtantibus quibuſcunque libertatibus, & exem-

Exactorum Iuramenti forma.

& exemptionibus, quacunq; autoritate cuicunq; conceſsis. Et ſi aliquem hominum quippiam Reip. abſtrahere cognouero, alicuius libertatis & exemptionis prætextu, aut temerè: extunc talem Maieſtati Regiæ, & Conſiliarijs eius, ac vniuerſæ Nobilitati pandere publicè volo & tenebor, necnon loci Capitaneo. Exactas verò pecunias in manus horum inferam fideliter: ſicut inferiùs conſtitutum eſt. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Crux. Sed vt in infraſcriptis exactionibus, facilior & verior modus & ordo fiat: debent omnes Plebani, vel eorum Commendarij, in Ciuitatibus, oppidis, villis, ſingularum ſuarum Parochialium, per capita & perſonas, nullum hominem excludendo, ſine mora fideliter conſcribere: & eadem Regeſtra, ante feſtum Purificationis Mariæ proximum, exactoribus ſui diſtrictus præſentare: & in manus dare, ſub Iuramento: Quòd ipſa Regeſtra, ab eo fideliter conſcripta ſunt. Vbi verò inter Plebanum, & Dominum villæ, ſeu Conſules oppidorum, diſſenſio ſuper Regeſtris orta fuerit: extunc exactores diſtrictus illius mittant, vel (ſi quo modo poſſunt) ipſi deſcendant ad locum, de quo eſſet differentia, ad cognoſcendam rei veritatem. qua cognita, id quod iuſtum erit exigatur. Cæterum Statuimus: vt exactio & collectio omnium pecuniarum incipiat fieri, à proximo feſto Purificationis MAriæ: & finiatur die Dominico Oculi, proximè venturo, hoc modo: Quòd Domini Spirituales & Seculares Cõſiliarij, infra duas primas hebdomadas, ipſam exactionem in toto diſſoluant: ſub pœna duplici, & centum Marcar. & cæteri ſtatus ac ordines, etiam infra alteras duas hebdomadas, id quod iuſtum eſt extradant: ſub pœna duplici, & quatuordecim Marc. Si quis Contributiones ſupraſcriptas extradere neglexerit: & die Dominico Oculi extunc lapſo, duplicem exactionem ſoluere cogetur. In quaquidem duplici exactione, Capitaneus loci eiuſdem, in bona talis non ſoluentis, ſe autoritate Noſtra intromittere, & eadem tandem tenere debebit: vſque ad totalem ſolutionem prę-fatę duplicis Contributionis. Et ſi talis negligens, ſiue ſit Dominus, ſiue inferioris ordinis, Capitaneo ſuo intromiſsionem in bona ſua dare noluerit: extunc ipſo facto, inferior pœnam 14 Marcarum, Dominus verò centum Marcarum pœnam ſuccumbet. Ratione quarum pœnarum, tamdiu Capitaneus bona talium tenebit: donec pœnæ duplicatæ, & ſimiliter pœnis ſupraſcriptis ſatisfaciet. Quæ pœnę duplicatę, & pœnę quatuordecim Marc. ſiue Centum, repetitæ & exactæ, pro defenſione Regni, & neceſſitate Reipub. conuertantur. Spirituales verò, tales exactiones ſoluere contemnentes, aut negligentes, cenſuris Eccleſiaſticis, ad ſoluendum pœnam duplicem compellantur. quas ſi quiſpiam vltra tres menſes induratus ſuſtinuerit: hoſtis patriæ eſſe cenſeatur: & vt talis puniatur. Hoc etiam ſpecialiter prouiſum eſſe volumus: quòd exactores deſignati, ſi qui in

Capita quomodo conſcribenda.

Pœnæ non ſolnentium Contributionem.

Exactores à iudicijs liberi.

Iure Terreſtri aut Caſtrenſi, aut quocunque alio Iudicio, actiones haberent: & ſi cauſas ſuas, intra tempus collectionis non attentauerint: vel diligentias neceſſarias & oportunas non fecerint: ea prærogatiua gaudeant: qua gaudere ſolent ij, qui Reipub. extra fines Regni noſtri ſeruiunt. Hic Exactores ſunt deſcripti: prætereaque ciuitates diſtrictuum primariæ, in quibus pecuniæ exigebantur. Collectis tandem omnibus Contributionibus, pecuniam collatam debent Exactores portare, ad ciuitatem capitalem ſuæ terræ: videlicet ad diem Dominicam Iudica, proximè venturum: & tandem iam integrè & fideliter, in manus & poteſtatem Palatini: ſi præſens fuerit. ſin autem minus: extunc in manus Caſtellanorum. ibidemque mox, coram ſupraſcriptis, de omnibus perceptis & collectis, iuxta Regeſtra eis tradita, ſufficienter rationem facere. qua facta: de traditis & expoſitis, ab eodem Palatino, Caſtellanis, & Nobilibus accipere. qua accepta: eiſdem, Palatino, Caſtellanis, recognitionem ſuam dare: vt eam Palatinus, cum Caſtellanis, in Conuentu generali proximè futuro, coram Nobis, & Conſiliarijs noſtris, Nuncijsque terrarum, originaliter oſtendant & producant. His peractis, pecuniam omnem collectam, Palatinus, cum Caſtellanis, Nobilibus ſupraſcriptis, in Theſaurum Regni noſtri, fideliter per Notarium noſtrum, ad id ſpecialiter deputandum, inferri, ſine omni mora procurabunt. Vt autem præfatæ Contributiones, ex neceſsitate, & bono Reipub. inſtitutæ, integrè & fideliter, & ſine cuiuſpiam hominis impedimento exigerent: Decreuimus, & præſentibus decernimus, omnium Conſiliariorum noſtrorum et Nunciorum terreſtrium communi conſilio & aſſenſu: Quòd nemo, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, aut cõditionis exiſtens, audeat Exactores earundum Contributionum, aut illos qui illas iudicabunt vel conſcribent, ſiue ſint Eccleſiaſtici ſiue Seculares, quouis modo, occultè vel manifeſtè perturbare: vel facto, aut conſilio nocere illis velle: aut minas aliquas, & metum mortis, aut mutilationis mẽbrorum interponere. ſub pœna confiſcationis bonorum, & bannitionis de Regno. Mandamus igitur ſingulis & vniuerſis ſupraſcriptis: vt præmiſsis omnibus, vllo modo contrariare non audeatis: ſed pecuniam citò & fideliter, in manus Exactorum portare curetis. Vos verò Capitanei, eos qui tardi & contumaces in ſoluendo erunt, & quos vobis ipſi Exactores deferent, per pignorationes, & alias pœnas ſuperiùs expreſſas, ad ſolutionem ipſarum Contributionum compellatis: pœnaſque huiuſmodi diligenter exigatis. ſub pœna Centum Marcarum, contra negligentes Capitaneos decreta, irremiſsibiliter perſoluenda. Vos verò, qui ſummas non habetis inſcriptas, ſub punitione priuationis Officij, beneficij, & pro gratia Noſtra, aliter non facturi. Actum & datum, in Conuentione Bydgoſtienſi generali, feria ſecunda ante feſtum S. Barbaræ, proxima: Anno Domi-

Modus inferenda Contributionis in thesaurum Regni.

Exactores ſint vbique tuti.

DOmini, Milleſimo quingenteſimo vigeſimo: Regni verò Noſtri, quartodecimo.

CORYLVS.

ITem ſi aliquis aliquem prouocauerit in lite, pro corylo, aliâs *zálaſkę*, pro perditione, ac pro lucro: ſiue tres Marcas, ſiue ſex Scotos proponet ad corylum: tunc prouocatus ad corylum, arbitrium habebit eligendi, vt ſumat corylum: ſiue pro tribus Marcis, ſiue pro ſex Scotis. *Conſuet. terræ Cracou. Folio cxxxij.*

CORTESANI.

Corteſanus poteſt in termino cedere liti.

QVòd ſi aliquis contra diſpoſitionem, Statutorum, aliquid Iure Corteſanico obtineret: proſcriptus ſeu bannitus ſit, ipſo facto: & bona ipſius, iuxta Statuta confiſcentur. Si verò metu pœnæ præfatæ cedit liti, Iuri, & cauſæ: nihilominus ad ſolutionem damnorum, & impenſarum, ei contra quem Iure Corteſanico egit, teneatur & ſit aſtrictus. Damnum verò & expenſæ, Iuramento petentis probabuntur. *Sigiſ. Petric. 1538. B 2.*

Corteſani ſub pœna proſcriptionis, ad Sacerdotia redeant.

CAeterum quia aliqui ex ſubditis noſtris, iam à multis annis Romæ agunt: & in Regno noſtro non pauca Sacerdotia, curam etiam animarum habentia, poſſident: eaque plurimùm negligunt: & alios hic in Regno manentes, quieti & diuinis obſequijs deditos, Citationibus ad Romanam Curiam euocant: litibus inuoluunt: & variè diuexant: (quorum licentia & libido, non leuem in animis ſubditorum noſtrorum perturbationem excitauit) ideo petitionibus Nunciorum terrarum, & clamoribus aliorum ſubditorum noſtrorum permoti, & penè coacti, Statuimus: omnes huiuſmodi Corteſanos, ex vrbe Romana, ad Regnum noſtrum, & ad Sacerdotia quæ obtinent, reuocandos eſſe. Et vbi reuocati per Nos, infra præfinitum tempus non redierint: proſcripti, & infames cenſeantur: neque illis deinceps reditus pateat ad patriam. *Ibidem.*

Corteſani, ſecundum Statutum Anni 1538. ad Sacerdotia ſua reuocantur, infra tempus ſemeſtre.

AD petitionem frequentem ſubditorum noſtrorum, querimonijs ipſorũ pulſati: Quomodo nonnulli ſubditi Regni noſtri, Eccleſiaſtici ordinis, in Curia Romana agentes, nedum ipſos fratres, filios, ſeruitores eorum, ſed etiam ſeruitoribus noſtris non parentes, pleriſque moleſtijs & *Sigiſm. Craco. 1540.*

turbationibus, expensis & fatigis inanibus afficiunt: præter Ius & æquitatem illos molestando: idque potissimum fieri hac ratione: Quia Constitutiones Regni nostri, iampridem contra illos æditæ, ad executionem debitam non deducerentur. Et propterea petijssent à nobis iterum vniversi ordines Regni nostri: vt Constitutiones Conuentus Petricouiensis, Anni 1538, de reuocandis ijsdem Cortesanis, executioni debitæ demandaremus: (quod Nos iustum, & æquum esse censemus: nollemusq; querellas subditorum nostrorũ diutiùs sustinere: eosque per insolentias Cortesanorum, de cætero molestari: ipsosque Cortesanos ad indignitatem nostram, & nationis Polonæ ignominiam, in Curia Romana, huiusmodi malis artibus incumbere) De vnanimi consilio & consensu Consiliariorũ, & Nunciorũ terrarum Regni nostri, Decreuimus & Statuimus: Vt ijsdem Cortesanis, subditis nostris, in Regno & dominijs nostris Sacerdotia obtinentibus, (qui subditis & seruitoribus nostris temerè molestias inferunt: illosq; molestant: ad impensas, & sumptus inanes deducunt) Iura Regni nostri, Priuilegia Sedis Apostolicæ, Nobis & Regno nostro concessa, per Nos iam reuocentur: patentibus literis nostris, ad Ecclesias illorum mittendis, Vt infra tempus sex mensium, à tempore oblatarum in Ecclesiis literarum nostrarum computando, ad Regna & dominia nostra, Sacerdotiaque sua redeant. iuxta Constitutionem Petricouiensem præfatam. Et nisi redierint, intra tempus prædictum, eadem Constitutio Petricouiensis contra illos extendatur, & exequatur, per locorum Capitaneos: quodque & Sacerdotia illorum distribuantur: & damna passis ex illis satisfactio impendatur: iuxta eam ipsam Constitutionem. Præterea de Regno banniantur: liceatque nobis, & subditis nostris, ad illa Sacerdotia alios præsentare: Ordinarij verò, huiusmodi præsentatos instituere teneantur. Nihilominus tamen Nos, vel Capitanei nostri, iuxta Constitutionem Petricouiensem, fructus huiusmodi Sacerdotiorum, statim post lapsum Fatale, reditus apprehendant: & illos percipiant: de illisque damna passis satisfaciant: & illos non dimittant, nisi alij ad ea præsententur, & instituantur. Per hanc autem Constitutionem nostram, nolumus præcludere viam probis subditis nostris: qui causa studij, vel negotiorum honestorum curandorum gratia, ad Curiam Romanam se contulerint. cùm in arbitrio nostro consistat, qui reuocandi illinc fuerint: iuxta vniuscuiusque conseruationem.

¶ Cortesani Iura patronatus impetrantes, qua pœna puniendi: Vide in Titulo, IVSPATRONATVS.

¶ Conseruantur in suo robore Constitutiones, cõtra Cortesanos plebeios. Vide in Titulo, PLEBEII.

Clericus

CLERICVS.

Clericus bona terrestria tenens.

CVm Iure suo nullus debeat defraudari: & quia pleriq ue Clerici nostri Regni, bona patrimonialia tenentes & habentes, de eisdem bonis, sub vmbra Clericali viuentes, Nobis & Regno nostro seruitia debitè facientes, in expeditione subtrahere consueuerunt: ideoque Statuimus: Quòd ijdem Clerici nostri Regni, cuiuscunque status existant, prædicta patrimonialia bona tenentes, vel nobiscum ad quamlibet Expeditionem transire teneantur, iuxta prædictorum bonorum facultates: vel eadem bona proximis suis fratribus laicis resignare, & dimittere, & eisdem renunciare. Quòd si præfati Clerici neutrum facere curauerint: prædicta bona Decreuimus, & præsentium authoritate decernimus, perpetuis temporibus Regno nostro applicanda. *Kazi. Magn. Vislic. 1368. Folio 10.*

SIMILIS. Clerici verò, cuiuscunque gradus, status, vel conditionis existant, bona patrimonialia possidentes, ad Expeditionem cum Domino Rege transeant, de eisdem: iuxta eorum omnimodam facultatem. *Kazimi. Rex, cum Bodzanta Episcopo Folio 57.*

¶ De Clericidio, vide in Titulo, SPIRITVALIS.

CRIMEN LAESAE MAIESTATIS, IN PERSONA REGIA COMMITTITVR.

CRimen læsæ Maiestatis, ita postulantibus terrarum nostrarum Nuncijs, volumus nisi in persona nostra locum habere: & non in alios, quantumuis publicas personas gerẽtes, extendi. Si quod autem per quempiam facinus, vel homicidium, in his fuerit commissum: qui extra personam nostram, vel Senatoria, vel aliqua publica dignitate, loco, & Officio fungerentur: in eum secundum Statutum animaduertetur. Crimen verò recentis criminis, annus & sex septimanæ. *Sigism. Craco. 1539.*

CRIMINALES CAVSAS neque Rex, neque Capitaneus, in absentia Actoris iudicet. Vide in Titulo, ACTOR. Fol. 7.

CRINILE.

¶ De Crinili nuptarum: Vide in Titulo, DOS.

CVRIALIS CITATIO: Vide in Tittulo, CITATIO. fol. 72.

CVRRVS BELLICI.

VBI specialis mentio, in Priuilegio, vel in Inscriptione, de Curru bellico, facta non est: Iuri Regio reseruatus esse intelligitur. *Sigism. Craco. 1510. Fol. 15.*

CVTES.

Prohibemus:

Sigis. Petrico. 1538. Cz.

PRohibemus: ne Cerdones, quicunque in Regno noſtro ſunt, cutes elaboratas, hoc eſt, corium ab illis paratum, extra Regnum noſtrum, ad externas nationes mittant: aut externis euehendum vendere præſumant. ſub amiſsione eiuſdem corij, & pœna noſtra Regali.

Ne equi, vel cutes, extra Regnum educantur.

Sigiſ. Auguſt. Petrico. 1550.

EQui per Mercatores, vel Iudæos educi, neque Cutes per Cerdones & vectores è Regno euehi, debent. Quicunque verò euehere vellent: per Capitaneos detineri debent. qui hoc diligenter cuſtodire debent: iuxta decretum Statutorum antiquorum.

DAMNVM.

DAMNA, quæ MILITES STIpendiati inferunt: Vide in Titulo, STIPENDIATI.

¶ De omnibus damnis, ratione belli illatis: Vide in Titulo, BELLVM. Folijs, 29. 30. 31. 32. 33. 34. & 41.

DEBITOR, SEV DEBITVM.

Debitori magnæ Summæ, vel ſi quis extra Regnum ſit, decemocto Hebdomadæ ad ſoluendum indulgentur.

Kazi. Viſtic. 1368. Fol. 37.

CVM graui debito rixæ plerunque, vtpote ſexaginta, trecentarum, aut plurium Marcarum ſuſcitentur: quòd tantum debitum breui prouideri, ac inopinatè & ſubitò ſolui non poteſt: ex gratia conferendum Statuimus: Vt decem & octo ſeptimanis terminus incluſiuus, ad ſoluendum ſtatuatur, & obſeruetur. pro primo termino, ſex ſeptimanæ: pro ſecundo, aliæ ſex: pro tertio, vltimæ ſex ſeptimanæ. Hunc etiam terminum, dum quis extra terram ſit, & citatur pro termino peremptorio, eidem ad Iudicium præfigendum declaramus. aliâs Iudex ad definitiuam procedat ſententiam: huiuſmodi contumacia citati non obſtante.

Si pro debito, pro hæreditate, aut aliquibus rebus non inſcriptis in termino peremptorio ſe non ſiſtat, condemnatur.

Kazim. Mag. Viſtic. 1368. Folio 16.

STatuimus: quòd ſi aliquis ſuper capitali, aut hæreditaria quæſtione, primò, ſecundò, & tertiò citatus, non comparuerit: à Iudicioq; ſe contumaciter, in termino ſibi aſsignato, abſentauerit: tunc ob contumaciam eiuſdem citati, Actor in termino tertio peremptorio, per Iudicem admittatur, ſententia definitiua mediante, in veram eiuſdem hæreditatis poſſeſſionem:

sionem: & ab omni Iure eiusdem hæreditatis, & ipsius qualibet venditatione, per Iudicis sententiam, reus decernatur & pronuncietur cecidisse. Si autem quæstio erit personalis: puta pro pecunia debita, aut quibuscunque rebus obligatis: & primo, secundo, & tertio termino citatus contempserit: vel in termino parêre neglexerit, sibi assignato: Decernimus, quod tunc creditor quarumlibet rerum obligatarum, sibi post certum terminũ, per sententiam Iudicis præfixum, distrahendi, & alienandi, autoritate Iudicis, plenam habeat facultatem. ita tamen: quòd si autoritate præmissa, res obligatæ, distractæ, & alienatæ, minoris valoris inueniantur & existant, tempore alienationis: quàm fuerit pecunia obligata, seu credita: & ipse creditor, pro summa pecuniæ, per ipsum simpliciter, & sine aliqua cautione credita, vadium receperit: sufficiat creditori vadium. qui nulli alteri, quàm sibi ipsi, quòd simpliciter vadium receperit, imputabit. Sed si creditor conditionem apposuerit, circa res obligatas, maioris vel minoris quantitatis: si pro minori pecunia res obligatas alienauerit: debitor per Iudicem decernatur, creditæ pecuniæ summam adimplere. Si verò pro maiore pecuniæ summa, res obligatas alienauerit: residuum quicquid fuerit, vltra summam creditam, debitori creditor restituere teneatur.

Pro re qualibet, & debito inscripto, bona dentur.

ITem cùm aliquis citatus fuerit, pro quacunque re, pro qua non inscripserat se: ipse autem Citatus nolens admittere se damnificari, dat circa Iudicium intromissionem: tunc suscipienda est intromissio, per Citantem. Sed si citatur aliquis pro re, vel pro debito inscripto: sic quòd Inscriptionem fecerat, Quia debuit soluere, non dando intromissionem: sed principale, seu originale debitum soluturus esset: prout se inscripsit: talis si citatur, in termino non satisfaciens, si intromissionem actori dari vellet: Cui dandæ intromissioni, citatus in sua Inscriptione abrenunciauit: Decernendum est, quòd citatus non aliter, quàm cum triplici pœna trium Marcarum intromissionem dabit in re debita: vsque ad satisfactionem, & pro ipsa re principali, & pro pœnis faciendam. quam intromissionem Actor, cum triplicata trium Marcarum pœna, recipere teneatur. *Consuetudo terræ Crac. 1505. Folio 124.*

¶ Debita parentum maior natu filius, ex communi patrimonio soluet. Vide in Titulo, FRATER.

¶ De debitore, ad præscriptum diem debitum non soluente: Vide in Titulo, FIDEIVSSOR.

¶ De debitis mercatorum: Vide in Titulo, MERCATOR.

DECRETVM.

Similia ſimili decreto decernantur.

Kazi. in Nieſzowa 1454. Folio 93.

ET dum in aliqua cauſa, in Iudicium deducta, ſuper aliquo articulo audita Propoſitione, & Reſponſione, fuerit in Iudicio ſententiatum: Volumus, quòd illa ſententia in librum Actorum inſcribatur. vt poſtea ſuper eodem articulo, vel ei ſimili, ſimilis ſententia proferatur.

DECIMAE.

De raptu Decimæ prædialis.

Iaroſlaus Archiepiſcopus Gneſnenſis, inter Regem Kazimirum, & Bodzantam Epiſcopum Cracouienſem, de differentijs decimarum ita compoſuit.

Kazimi. Rex. Folio 53.

IN nomine Domini Amen. Cùm, Scriptura teſtante, omnis ætas ab adoleſcentia ſit promptior ad malum: & omnis creatura conſiſtat ſub vitio: naturaque humana facilius labitur ad delicta, ſic etiam, quòd vitia imitetur. Quamuis enim, Domino diſponente, ſibi ſubditi debeant fore, pudici, modeſti, iuſti, ac pacifici: effrenata tamen cupiditas, niſi iuſtitiæ conatus ſubuerteret, tunc profectò concordia & pax inter homines deperiret. Summum autem bonum in hac vita eſt, Iuſtitiam colere: & vnicuique quod ſuum eſt tribuere. & propter hoc conditur Statutum, ſeu Conſtitutio: vt humana coërceatur audacia: & inter improbos, innocentia ſecuritate lætetur.

Ad idem Rex ſcribit.

Ibidem.

KAzimirus, Dei gratia Rex Poloniæ, Significamus tenore prçſentium: Quomodo cupientes, vt ſubditi noſtri, in Regno noſtro degentes, præſertim in Regno Poloniæ, & terris, cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtant, honeſtè viuant: alter alterum non lædat: & Ius vnicuique tribuatur: Præterea de conſilio, venerabilis in Chriſto Patris, & Domini Iaroſlai, Sanctæ Gneſnenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, necnon Prælatorum, Palatinorum, Baronum, & vniuerſorum Nobilium noſtrorum, de terra Poloniæ, ad perpetuam rei memoriam Statuta edidimus infraſcripta: Volentes vt ipſa Statuta, in prædicta terra Poloniæ, ab omnibus obſeruentur. ſicut noſtram indignationem, & pœnas contentas in illis, volunt & cupiunt euitare. Requirit enim plerunque audacia peruerſorum: vt non ſimus ſola delictorum prohibitione contenti: ſed etiam pœnam delinquentibus imponamus.

Rex

Rex aßidens arbitranti Archiepiſcopo Gneſnenſi, ſecum vnà ſtatuit ſic: vt Archiepiſcopi ſequuntur decreta infraſcripta.

NOS itaque Iaroſlaus, diuina prouidentia Sanctæ Gneſnenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, in Cracouienſi diœceſi in officio viſitationis cõſtitutus, vniuerſis ad quos præſentes peruenerint, volumus fore notum: Quòd per Sereniſsimum Principem, Dominum Kazimirum, Dei gratia Regem Poloniæ, & patronum noſtrum ex vna, & Dominum Bodzántam partibus ab altera, fratrem noſtrum chariſsimum Epiſcopum Cracouienſem, quædam dubitatio ſuper Decimis, & alijs articulis inferius contentis, fuiſſet hinc inde ſuborta: demum eædem partes, volentes ad calculum concordiæ, ſine ſcrupulo conſcientiæ peruenire: in nos voluntariè, ex certa ſcientia, non per errorem, nec aliquo dolo, vel fraude circumuenti, ſuper infraſcriptis articulis, pro ſe omnibuſque ſucceſſoribus ſuis concorditer conſentientes, compromiſerunt: tanquam in arbitrium compromiſſariorum, arbitratorem, & laudatorem, definitorẽ, ſeu amicabilem compoſitorem: dantes & concedentes nobis liberam, & omnimodam poteſtatem, & facultatem: vt poſsimus de plano, & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſuper dictis articulis pronunciare, laudare, definire, arbitrari, & ordinare: etiam Iuris ordine conſeruato, qualitercunque, prout nobis melius videbitur, expedire. Nos itaque Dei nomine inuocato, & conſilio ſapientum communicato, nobiſcum etiam habita deliberatione ſufficienti, pro bono pacis, & vtilitate Eccleſiæ Cracouienſis, ex vigore Compromiſsi prædicti, laudamus, atque ordinamus, & definiendo arbitramur, inter dominum Regem, & Epiſcopum, prædictos. *Ibidem.*

De raptu Decimæ prædialis.

PRo raptu Decimæ prædialis alicuius Nobilis, vel pro cauſa qualicunq; rationabili, talis raptor, vel malefactor, monitione præmiſſa, Excommunicetur. Si verò in Excommunicatione per ſex menſes perſtiterit: extunc incolæ, in eadem villa degentes, qui tunc tenebantur decimare, Excommunicentur cum raptore decimæ eiuſdem. Vbi autem vxor alicuius, viro abſente Decimam rapuerit: per cenſuram Eccleſiaſticã huiuſmodi, ad ſatisfactionem condignam, contra ipſam procedatur. Si autem per ſex menſes, in eadem excommunicatione perſtiterit animo indurato: tunc Kmethones in eadem villa, vbi Decima fuerit rapta, cum eadem Excommunicentur. *Iaroſlaus Archiepiſcopus. Folio 57.*

De tempore decimæ foriſandæ.

Iaroslaus Archiepiscopus Gnesiensis. Folio 54.

ITem quicunque Dominus villæ, in ipsa villa sua Decimam emere voluerit, ante festum Beati Iacobi, cum domino Decimæ forisare procuret. alioquin dominus Decimæ Decimam vendet liberè, impedimento cessante domini villæ illius.

De Decimis, seminatorum in hortis.

Folio 54.

VBicunque aratro, in hortis vel in campis aratum fuerit: Decima plenariè exoluatur. exceptis rapis, papauere, caulibus, cepis, allio: & quę his sunt similia, in hortis. Si quis ligonisando plantauerit: Decima ab eo nullatenus recipiatur.

De decima Canapi.

Folio 54.

PRo Decima Canapi taliter Statuimus: Quòd quicunque Kmetho arat cum integro aratro, quotcunque boues habuerit, seu equos, det quatuor ligaturas Canapi parati: iuxta consuetudinem terræ antiquam. quicunque cum medio: duas ligaturas dare teneatur. qui autem non arat: à decima Canapi debet esse liber, & solutus.

Super Decimis Bodzanta Episcopus Cracouiensis constituit.

Folio 55.

CVm excitata erant odia multa & differentiæ, inter Spirituales & Seculares personas, dominos diœcesis Cracouiensis, tandem compactata erant & congesta inter eos: in Conuentione, per Regem Kazimirũ Magnum: & in Synodo, per Bodzantam, Episcopum Cracouiẽ: pro vno tempore, Cracouiæ, quarta mensis Iunij, Anno 1369 habitis. quibus intererat Iaroslaus, Gnesnensis Archiepiscopus, Boguria dictus, tunc ex causa illius differentiæ, autoritate Metropolitica ac Primatiali visitans diœcesim Cracouiensem. Sunt autem compactata infrascripta, super Decimarum libertate, raptu, tempore decimandi, forisandi, per dominos locorum eas emendi, ex aratro percipiendi, noualium locatione, earum progressione. &c. columbationibus, visitatione Archidiaconorum: super Expeditione ad bellum Clericorum, Secularium ad Ius Spirituale citandorum, fabrica Ecclesiæ, Decima Canapi: super Interdicto triduano: & simplici super cessatione à diuinis: salarijs tabellionum: item de Ecclesiis, in bonis Nobilium erigendis. vt infra sequitur.

Folio 55.

IN nomine Domini Amen. Nouerint vniuersi, præsentium notitiam habituri: Quòd nos Bodzanta, Diuina & Apostolicæ Sedis prouidentia Episcopus Cracouiensis, attendentes: quòd terræ, Lublinensis, Ciechouiensis, & Lukouiesis, nostræ diœcesis, per insultum infidelium Tartarorum, & Lituanorum, peccatis exigentibus, sunt plurimùm desolatæ:

Volentes

Volentes itaque, vt ad posidendas eadem populus Christianus feruentiùs inuitetur: ad petitionem instantem Serenissimi Principis Domini nostri, Domini Kazimiri, Dei gratia Regis Poloniæ Illustris, de voluntate & consensu fratrum nostrorum Capituli Cracouiensis, omnibus & singulis, qui in terris prædictis se locauerint, aut hactenus sunt locati, in villis prędictis & possessionibus, in quibus ad mensam nostram Episcopalem Decimæ pertinebant, à solutione Decimæ triginta annorum spacio, à data præsentium, plenam & omnimodam concedimus libertatem. ita tamen: quòd si libertate durante Dominus præfatus Rex, aut procuratores sui, vel Nobiles quicunque, in Borris suis, sitis in terris prædictis, Decimam à suis colonis receperit: vel pro suis vsibus vsurpare voluerit: extunc libertate non obstante, Decima bonorum eorundem, ad mensam nostram, sine contradictione aliqua reuertatur. In alijs autem bonis, in quibus Decima recepta non fuerit, libertas permaneat: sicut concessa. Per hanc autem libertatem nostram, Monachis, & Clericis etiam secularibus quibuscunque, (qui in terris prædictis, ratione suorum Monasteriorum, ac aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum Decimas possiderent, aut possident) nullum volumus præiudicium generari: sed ipsorum quilibet, circa Ius suum permaneat: sicut prius.

Decimæ, sicut dabantur ex antiquo, ità dandæ sunt. & de Decimis Scultetorum.

CAeterum Mandamus annuente Domino nostro, Domino Rege prędicto: vt vbicunque per totam nostram diœcesim, in ciuitatibus, castris, oppidis, villis, prædijs, & possessionibus, Decimæ manipulatim in campis hactenus tollebantur: ibi adhuc eodem modo eædem Decimæ, in posterum tolli debent: contradictione cuiuslibet non obstante. Verùm Sculteti, & Aduocati ciuitatum, oppidorum, seu villarum, in quibus Decimæ manipulatim persoluuntur, de quatuor mansis Aduocatiæ seu Scultetiæ suæ, quos coluerint proprijs laboribus & expensis, de quolibet mansorum prædictorum, in Festo Beati Martini, in mense Nouembri, quatuor Scotos Grossorum Pragensium, pro Decima nobis soluent. sed si plures mansos colere voluerint, quàm quatuor: aut dictos quatuor vendiderint, locauerint, aut tradiderint ad colendum: de ipsis debent Decimam manipularem dare, in campo. prout alij incolæ, quorum vicini sunt, consueuerunt soluere. *Folio 55.*

De tempore decimandi.

ET ne labores hominum, propter decimatorum desidiam retarden- *Folio 55.*

tur, Decernimus: vt quilibet, in octaua Beati Iacobi, ad recolligendum suam Decimam, vel per se, vel per Nuncium idoneum sit paratus. aliâs, depositis & relictis in campo quinque manipulis, de qualibet quinquagena, frumenta hominum liberè conducantur.

De decimis Noualium.

Folio 56. IN Noualibus autem exortis, vltra VViſlam, & citra metas Ruſsiæ, Vngariæ, progreſsiuè vſque ad limites terræ, in quibus hucuſque nobis manipulatim Decima non dabatur, libertate expleta: de quolibet manſo paruo, ſeu magno, locato ſiue locando, Ferto Groſſorum Pragenſium, in Feſto Sancti Martini prædicto, annis ſingulis, nobis pro Decima ſolui debent prædiali. Aduocati verò & Sculteti Noualium prædictorum, de quatuor manſis Aduocatiæ vel Scultetiæ, ſeu quos coluerint proprijs laboribus, (vt præfertur) de quolibet manſorum prædictorum, tres Scotos Groſſorum ſoluant illi Eccleſiæ, pro Decima: vbi audiunt diuina, ac percipiunt Eccleſiaſtica Sacramenta. Sed ſi plures, quàm quatuor coluerint: aut aliqui ipſorum aliquid alijs vendiderint, locauerint, ſeu tradiderint ad colendum: de quolibet ipſorum vnum Fertonem Groſſorum (ſicut & ruſtici) in feſto prænotato, nobis pro Decima ſoluant. Et inſuper pro gratia, quam eis facimus in ſolutione Decimæ, (vt præfertur) ijdem Sculteti vel Aduocati, Fertones noſtros decimales', in feſto Beati Martini ſuperius notato, ſub Iuramento fidelitatis ipſorum ruſticorum exigere: nobiſque, vel noſtro procuratori, infra quindecim dies, ante feſta immediatè ſequẽtia, præſentare fideliter & integraliter tenebuntur. Sed tamen, vbi in prędictis Noualibus, nobis ante Decima manipulatim ſoluebatur, adhuc futuris temporibus perpetuò ſolui debet: nec ipſam, propter hoc, remittimus ad Fertones.

De Decimis agrorum ſterilium, circa Dlugiepole: & Czorſtyn, verſus Myſlimice.

Folio 56. VErùm quia in diſtinctionibus circa *Dlugiepole*, *Czorſtyn*, ſub ea limitatione, videlicet inter viã, quę currit ad *Myſlimice* verſus *Twárdoſzyno*, & inter *Słonágorá* verſus montem, qui dicitur *Obzdow*, in *Dunáiec*, & vt intelleximus quod ſunt agri ſteriles: & frigora grandia diutiùs terrã premunt: ita quòd pauco tempore anni ibi laboratur: volentes gratioſius cum incolis diſtrictuũ prædictorum ordinare, Statuimus: quòd incolæ prædicti, qui iam ibi locati ſunt, vel in poſterum locabuntur, in feſto Beati Martini prædicti, pro decima prædiali, de manſo quolibet tres Scotos Groſſorum Pragenſium, annis ſingulis, nobis perſoluant. quam pecuniam

niam Sculteti locorum prædictorum colligent: nobisque, vel procuratori nostro, præsentabunt. prout in causa finali superiùs est expressum. Hanc autem solam limitationem, de solutione Fertonum pro Decima, in locis superius ita expressis, totaliter cum Domino Kazimiro Rege prædicto ordinario permanere: quòd deinceps ad ciuitates, villas, oppida, prædia, possessiones quascunque totius nostræ diœcesis, vbi manipulatim Decima soluitur ab antiquo, nunquam vllo tempore extendatur.

De Decimis, per Nobiles cultis, arendatis: aut à Kmethonibus habitis.

ITem Decreuimus: quòd vbicunque aliquis Nobilis alteri Nobili sibi æquali, necessitate cogente, hæreditatem suam obligauerit: & creditor agros coluerit: in ea, Decimam frugum de agris suis soluat illi Ecclesiæ: cui is, qui obligauit, soluere consueuerat ab antiquo. Sed si fortè labores suos, dictus creditor voluerit ampliare, repellendo Kmethones, & excolendo agros eorum: de agris Kmethonum, quos colit, decimam in *Gonitvá* soluere tenetur. etiam si Nobilis Kmethoni, vel alteri, similiter hæreditatem obligauerit: idem ignobilis Decimam illiberam, cui de Iure debuerit, de agris quos colit, dare sit astrictus. *Folio 56.*

De Decimis, per progressum habendis.

DEmum Statuimus, & ordinauimus, voluntate & consensu Domini nostri Regis prædicti, ad hoc specialiter accedente: Quòd vbicunque ab antiquis agris progressiuè quispiam syluas, rubeta, vel mericas extirpauit: ille Decimam percipiat de Noualibus à modo: ad quem antiquorum agrorum Decima primitus pertinebat. verùm si à dextris, vel sinistris, ab antiquis agris aliqui incolæ fuerint collocati: extirpauerintque syluas, rubeta, vel nemora, vel mericas: prædicti incolæ, de agris ipsorum totaliter extirpatis, Nobis & nostris successoribus Decimam soluere tenentur. *Folio 56.*

De raptoribus Decimarum, & bonorum Ecclesiæ: ac sustinentibus sententias Excommunicationum vltra annum.

IN nomine Domini Amen. Nos Kazimirus, Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituanie. &c. ad perpetuam rei memoriam, Significamus per præsentes. &c. Et si Regni nostri subditis, clementiæ nostræ, & Regalis prouisionis, in augendis commodis, ac Iuribus, immunitatibus, ac libertatibus conseruandis, sinum extendimus: quanto magis Ecclesiis (vnde laus & honor altissimo Iesu Christo, omnium creatori, salusq; prouenit animarum) necnon personis & membris Ecclesiasticis, id facere & impende- *Fol.*

impendere conuenit. proinde felicis memoriæ Sereniſsimus Princeps, Dominus VVladiſlaus Rex Poloniæ, & progenitor noſter chariſsimus, & prædeceſſor, iniquitati hominum occurrendo: & Eccleſiaſticæ libertati, eiuſque membris & perſonis, Eccleſiaſticis & Secularibus, paci & indemnitati ſui regiminis cõſultius prouidendo: ſuas certas, & patentes literas Statuti fecit, & condidit, huiuſmodi ſub tenore.

Folio 66. IN nomine Domini Amen. VVladiſlaus Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Craco. Sandomir. Sirad. Cuiauiæ, Lanciciæ, Lituaniæque Princeps ſupremus, Pomeraniæ Ruſsiæque Dominus & hæres: Ad perpetuam rei memoriam. Etſi ſubditorum noſtrorum Seculariũ commodis, de benignitate Regia libenter intendimus: Iuraque & libertates ipſorum, contra deteſtandam malignorum prauitatem, ditionis noſtræ præſidio confouemus: multò magis tamen Regis pacifici, dominatoris vniuerſorum exemplo, (per quem Reges regnant, & principes dominantur) Eccleſiam ſuam Sanctam, & perſonas Spirituales, & Seculares, ſibi ſubiectas, in Iuribus, & libertatibus, ac Statutis, à ſanctis patribus editis, conſeruare & tueri conuenit: & ipſas, ab omni impreſsionum incurſu preſeruare. Noſcat igitur tam præſens ætas, quàm poſteritas futurorum: Quòd quanquam ſacris Canonibus ſalubriter ſancitum, & lege humana vtiliter ſit prouiſum: quòd quicunque Princeps, ſeu Capitaneus, Baro, aut Nobilis, miles, aut vaſallus, & generaliter quæuis alia perſona Spiritualis aut Secularis, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, gradus, & conditionis exiſtat, Decimas, (quas ſibi Deus, in ſignum vniuerſalis dominij, pro alimẽto ſeruientium, reddi cenſuit) necnon domos, tributa, caſtra, villas, munitiones, poſſeſsiones, & quæuis bona, ac alias res mobiles & immobiles, ad Eccleſias & pia opera, ac religioſa loca, perſonaſque Eccleſiaſticas ſpectantes, ac etiam pauperum hominum, in ipſorum bonis degentium, rapuerit, inuaſerit, occupauerit: aut illicitè detinuerit, exactionauerit, tallias ſeu collectas impoſuerit: ſeu iniuſtè impignorauerit: aut occaſione pignoris aliquid extorſerit: vel quouis quæſito colore grauauerit: vel rapi, inuadi, occupari, detineri, impignorari, ſeu exactionari mandauerit, ordinauerit, ſeu ratum habuerit: aut raptorem, inuaſorem, occupatorem, & detentorem illicitum, cum re rapta, inuaſa, occupata, & detenta conſeruauerit, ſeu in defenſionem ſuſceperit: aut in bonis eiſdem, notorium damnum, vel manifeſtam offenſam intulerit: niſi omnia & ſingula, rapta, inuaſa, occupata, ſeu pignorata reſtituerit: necnon de iniurijs, & damnis illatis, ac manifeſta offenſa, condignam emendam & ſatisfactionem impenderit: cum ipſorum complicibus, pœnis & Cenſuris Eccleſiaſticis debent ſubiacere. Tamen, quia nonnullarum perſonarum Secularium Regni noſtri

gni noſtri adeò irrepſit, & inoleuit iniquitas: quòd pœnas & Cenſuras, in & contra tales, tam à Canone, quàm ab homine promulgatas, in ſenſum dati reprobum, vltra annum, animo indurato, in contemptum Clauium ſanctæ matris Eccleſiæ, animarum ſuarum periculum, Statutorumq; prędictorum vilipendium, & ſcandalum Chriſti fidelium plurimorum, ſuſtinere non formidant: propter quorum culpam, diuinæ vltionis gladius ſæpius perimit innocentes: vnde etiam pullulant hæreſes, variaque inſurgunt animarum pericula: Nos igitur VVladiſlaus (qui intenſis deſiderijs, prædeceſſorum noſtrorum exemplo, tanquam tutor & conſeruator Iurium, libertatum & Priuilegiorum in Eccleſia, perſonarumque ſibi ſubiectarum, propagationem libertatis Eccleſiaſticæ ex debito affectamus) ad executionem debitam Statutorum huiuſmodi procedere cupiẽtes, (cùm fruſtra conderentur leges: niſi executioni debitæ demandarẽtur. ex quo etiam, quos timor Dei & mucro Spiritualis à malo non reuocat, pœna temporalis debet coërcere) præſenti noſtro Regio Decreto, de conſilio & vnanimi Prælatorum, & Baronum noſtrorum voto, ſcientia, & aſſenſu, Volumus, Decernimus, & firmiſsimè & irrefragrabiliter perpetuò obſeruari pollicemur: Statuimusque, & ordinamus, per præſentes: Vt dum aliquis indigena Regni noſtri, cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtat, propter raptum Decimarum, vel aliarum rerum Eccleſiaſticarum occupationem, aut ratione exceſſuum quorumcunque, ſiue etiam in contumaciam, de non parendo Iuri, & mandatis ſanctæ Eccleſiæ, ſententia Excommunicationis iuſtè fuerit innodatus: ipſamque, vltra annum legalem, pertinaciter ſuſtinuerit: nec curauerit, ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ redire: & pro exceſſu, debitam emendam exhibere: Extunc Anno huiuſmodi elapſo, omnia bona eiuſdem excommunicati, mobilia & immobilia, quæ tunc poſsideret, debent recipi, per locorum Capitaneos quibus ſubiacent, & apprehendendi: tenenda & poſsidenda tamdiu, per Capitaneos huiuſmodi: quouſque per eoſdem excommunicatos, vel Capitaneos memoratos, de huiuſmodi bonis, damna, vel valor rei, ipſis læſis, vel iniuriam paſsis, plenariè exoluantur. Quibus ſolutis, bona prælibata præfatis excommunicatis, non niſi abſolutis Decernimus viceuerſa reſtituenda, per Capitaneos prænotatos. Mandamus igitur omnibus, & ſingulis Regni noſtri Capitaneis, & vices gerentibus eorundem: quatenus ad compeſcendam talium excommunicatorum pertinaciam, duritiam, & temeritatem, præmiſſa noſtra ſaluberrima decreta executioni debitæ debeant demandari perpetuò & in æuum: totiens, quotiens per Prælatos, aliaſque perſonas, tam Eccleſiaſticas quàm Seculares, ſuper hoc fuerint requiſiti, & moniti. Quòd ſi præfati Capitanei, Tenutarijque noſtri, aut locatenentes eorundem, pro tempore exiſtentes, in executione præmiſſorum tardi

fuerint, vel negligentes: extunc ipsos omnes, pro huiusmodi negligentia, per loci ordinarios, iaculo anathematis indulgemus feriendos: Harum, quibus Sigillum nostrum est appensum, testimonio literarum. Actum Cracouiæ, Sabbato proximo ante festum Purificationis Mariæ virginis, Anno Domini 1433: præsentibus Reuerendissimis in Christo patribus, dominis, Sbigneo Cracouiensi, & Ioanne Chelmensi, Episcopis: necnon Magnificis, & Nobilibus, Nicolao de Michalovv Castellano Cracouiēsi: Petro de Pieszkovva Skalá, Palatino Cracouiensi: Ioanne Głovvacz de Olesznicá, Marschalco Regni Poloniæ: & Ioanne de Koniecpole: ac alijs quàm pluribus militibus nostris dilectis. Datum per manus Venerabilis Stanislai de Opporovv, Decretorum DOctoris, Decani Cracouiensis, Sedis Apostolicæ Protonotarij, Regni Poloniæ prædicti Vicecancellarij, nobis syncerè dilecti. Ad relationem Magnifici Ioannis de Koniecpole. Nos itaque vestigia progenitoris, & prædecessoris Nostri prælibati charissimi, toto mentis nostræ conatu, insequi & amplecti satagentes: literas huiusmodi, Statutum laudabile in se continentes, cum eorum toto tenore, de consensu & voluntate Prælatorum, & Baronum, ac Consiliariorum Regni nostri, approbamus, innouamus, ratificamus, & confirmamus, tenore præsentium mediante. Quocirca omnibus & singulis, præsentibus & futuris, Regni nostri Capitaneis, Tenutarijs, & eorum vices gerentibus, Mandamus: Quatenus prædictas nostri progenitoris Statuti literas, in omnibus clausulis, punctis, & conditionibus, teneant: & ad vnguem, perpetuò, & inuiolabiliter obseruent: alioſque in suis Capitaneatibus, tenutis, & districtibus, ipsis quomodolibet subiectos, suppositos, cuiuscunque præeminentiæ, gradus, aut conditionis existant, arceant, & compellant: iuxta vim & formam prædictarum progenitoris nostri literarum: quotiens tam per Prælatos, quàm alias personas, Ecclesiasticas & Seculares, fuerint super hoc requisiti, & postulati. Quòd si ipsi Capitanei, & Tenutarij, seu ipsorum loca tenentes, pro tempore existentes, in præmissorum executione se remissos & negligentes, aut aliâs quomodocunque difficiles reddiderint: extunc ipsos, & eorum quemlibet, propter huiusmodi incuriam, & contemptum Mandatorum nostrorum, excommunicationum sententijs, & censuris Ecclesiasticis, in eos per locorum ordinarios, eorumque vicarios, & Officiales generales, fulminandos & promulgandos subdimus, & subijcimus: ac perpetuò subiacere decernimus, & obligamus tamdiu procedendum: quousque ad ipsarum executionem literarum, curauerint procedere cum effectu: Harum, quibus Sigillum nostrum est appensum, testimonio literarum. Actum in Conuentione generali Petricouiensi, pro festo Sancti Adalberti celebrata, Feria quarta post festum Sancti Georgij proxima, 26. mensis Aprilis, Anno Domini,

Domini, 1458: præsentibus ibidem Reuerendissimo Reuerendisque in Christo patribus, dominis, Ioanne Sanctæ Gnesnensis Ecclesiæ Archiepiscopo,& Primate: Thoma Cracouiensi,Ioanne VVladislauiensi,& Regni Poloniæ Cancellario,ac Andrea Posnaniensi, Ecclesiarum Episcopis: Venerabilique Ioanne Luthkonis de Brzezie, vtriusque Iuris Doctore, Archidiacono Gnesnensi,& Vicecancellario Regni Polonię: necnon Magnificis, Venerabilibus, Nobilibus, & strenuis, Ioanne de Czyzovv Castellano, Ioanne de Tęczyn Palatino Cracouień: Luca de Gorká Posnanensi, Stanislao de Ostrorog Calisiensi, Derslao de Rythvviány Sandomirensi, Petro de Opporovv Lancicień, Nicolao de Koscielec Brzestensi, Palatinis: Andrea Odrovvaz de Sprovva Palatino & Capitaneo Leopolensi: Ioanne de Pilcá, Hincza de Rogovv Siradiensi, & Regni Poloniæ Vicethesaurario, Petro de Tarnovv Sandomirensi, Petro de Striykovv VVladislauiensi, Stanislao de Szydlouiec Zarnouiensi, Castellanis: Creslao VVoyszyk de VVoysza Cracouiensi, Sandiuogio de Lázyzánice Sandomirensi, Ioanne Kuropátvvá de Lázuchovv Lublinensi, Succamerarijs: Nicolao de Brzezie, Regni Poloniæ Marschalco: Ioanne Kraská de Lubnicá Calisiensi, Ioanne de Szczekocin Dapifero Sandomirensi, Nicolao Lublinensi, Nicolao Pieniazek de VVitovvice Cracouiensi, Capitaneis: Ioanne de Melsztyn,Ioanne de Tarnovv,Iacobo de Dambno Pincerna, Nicolao de Chrzastoch Tribuno Cracouień: ac Venerabilibus,Iacobo Syenno Gnesnensi & Cracouiensi,Iacobo Loth. de Dampno Decano Cracouiensi, Ioanne de Pniovv Decretorum Doctore Archidiacono, Ioanne VVoysyk de VVoysza Custode Cracouiensi, Petro Spinek de Będkovv Gnesnień & Cracouień Canonico: Et alijs quàm pluribus fidedignis, circa præmissa. Datum per manus præfatorum, Reuerendissimi patris, Domini Ioannis Episcopi VVladislauiensis, & Cancellarij,ac Venerabilis Ioannis Luthkonis de Brzezie,vtriusque Iuris Doctoris, Archidiaconi Gnesnensis, & Vicecancellarij Regni Poloniæ, syncerè nobis dilectorum. Ad relationem prędati Venerabilis Luthkonis de Brzezie, Doctoris vtriusque Iuris, Archidiaconi Gnesnensis, Vicecancellarij.

DELIBERATIO.

Semel Iudex deliberet, & semel partes controuertant.

STatuimus: vt non nisi semel Iudex Terrestris, vel Castrensis,vel Succamerarius deliberet: similiter & Capitaneus & Vicecapitaneus, semel etiam, ad duas septimanas, in causa officij Castrensis, ad alios terminos Castrenses deliberet: sub pœna trium Marcarum pecuniæ, parti succumbenda: pro qua Capitaneus tenebitur iustitiam parti, vel coram Nobis, vel coram Iudicio Terrestri: aliâs, vbi parti libuerit pœnam ipsam perse- *Sigism. Crac. 1543.*

qui. Post quam quidem deliberationem Iudicis, Capitanei, vel eius officij, iam nulla pars poterit suam controuersiam meliorare, vel locupletare: tantùm decretum audiet, ex illa controuersia, super quam deliberatum est. Sed quia Statuto nouo cautum extat: Quia ante probationem sententiæ, hoc est, ante decretum, potest pars suam controuersiam, vel causam meliorare: hoc ita debet intelligi: quia hæc ipsa melioratio controuersiæ debet fieri semel, in termino peremptorio: hoc est, tum, quando iam Iudex recipit sibi ad deliberandum, seu ad interrogandum. Nam si pars deberet causam suam aliquoties meliorare: Iudex verò itidem super eadem aliquoties deliberare: tunc magna iustitiæ comperendinatio fieret, & admitteretur.

Iudex Terrestris & Castrensis, semel deliberet.

Consuetudo terræ Cracou. 1505. Fol. 121. abrogata per superiorem.

SI quæstio perplexa & difficilis, in Iudicio oboriatur: Iudex accipiat sibi spacium aliquod temporis, ad interrogandum superiores se, vel ipsos Iurisconsultos: de ipsa quæstione dubia, in Iudicium adducta. atqui vlterius cunctationem suam protrahere non potest: nisi in tertios terminos. In tertijs autem terminis, deliberationem expediet: & sententiam suam dicere teneatur. Iudex autem Castrensis, in sedecim septimanis ad maximum, debet expedire sententiam, ex interrogatione conceptam. alioquí, si alteruter non expediuerit ipsam sententiam: potest Iudex ex eo nomine, tempore medio ad interrogandum habito, & præterito commonefieri. Cùm autem fit interrogatio: partes nec interesse interrogationi, nec eam audire debent.

¶ Succamerarius semel deliberet. Vide in Titulo, SVCCAMERARIVS.

DIGNITATES, SEV OFFICIA REGNI.

Dignitates, in Iuribus suis conseruantur: indigenis dentur: nec in prouentibus diminuantur. damnantur & Expectatiuæ.

Ex Iagel. Priuilegio circa Iedln. 1433. Folio 50.

DIgnitates autem Ecclesiasticas & Seculares Regni Poloniæ, æquo modo circa Iura & consuetudines, ac libertates ipsorum, quæ & quas tempore Sereniſsimorum Principum Dominorum, Kazimiri, Ludouici, & aliorum Regum, & Ducum, hæredum Regni Poloniæ, obtinebant, dimittimus persistere & permanere. Quas quidem Dignitates cùm vacare contigerit, nulli extraneo terrigenæ, nisi Nobili benè merito, & in fama laudabiliter conseruato, illius terræ in qua Dignitas huiusmodi, vel honor vacauerit, (terræ videlicet Cracouiensi, terrigenam Cracouiensem: Sandomirienſi,

domirienſi, Sandomirienſem: & in Maiori Polonia, terrigenam Poloniæ Maioris: & ſic de ſingulis terris Regni noſtri Poloniæ) dabimus: & quomodolibet conferemus. Super quibus etiam Dignitatibus, Eccleſiaſticis & Secularibus, literas expectatiuas nulli perſonæ dabimus in futurum. & quòd prædictas Dignitates, tam Eccleſiaſticas quàm Seculares, non debemus minuere, nec etiam ſuffocare: & poſſeſsiones, cenſus, ſeu ſalaria, ad eos pertinentia, abſque Iuris debito examine non auferre.

Dignitates Nobilibus dentur.

QVia ordo militaris primas habet partes, in Regno hoc: nullus debet eſſe in conſilio noſtro, niſi ex militari genere, tam Spiritualis quàm Secularis. *Sigiſ. Auguſt. Petr. 1550.*

Dignitates & Officia Regni, nulli extraneo: ſed indigenis Nobilibus ſunt danda.

ITem Promittimus: quòd tales honores & dignitates, vt pote Palatinatus, Caſtellanatus, Iudicia, & Succamerariatus officia, & his ſimilia, qui vel quæ ad vitã conſeruari conſueuerunt, alijs quibuſpiam hominibus extrãneis hoſpitibus non conferemus: niſi talibus, qui ſint regnicolæ terrarum eiuſdem Regni: in quibus, huiuſmodi dignitates & honores conſiſtunt. Quas etiam Dignitates & omnia Officia, ac ſingula, volumus in eorũ Iuribus, prout fuerunt tempore Sereniſsimorũ Principum Cominorũ, VVladiſlai aui, & Kazimiri auunculi, noſtrorum, Regum Poloniæ, conſeruare plenariè promittimus: quòd nullum Baronem, Militem, ſeu Nobilem, vel alium quemcunque, cuiuſcunque conditionis exiſtat, extraneum, hoſpitem, ſeu alienigenam, præterquam natione Polonum, in Capitaneum præficere debemus: niſi talem, qui ſub eadem corona, de gente Polonica ſit oriundus. dummodo non deſcendat de ſtirpe Ducali. Cæterum promittimus: quòd nullum Caſtrum, ſeu fortalitium Regni Pololoniæ, alicui Duci vel Principi, aut deſcendenti de gente Ducali, regendum & tenendũ committemus, pro tempore, vel in æuum. Deinde ſpondemus, caſtra, & ciuitates ſæpe dicti Regni, de quibus honores, & Iudiciales ſedes procedunt, (Hæc videlicet: Cracouia, Biecz, Sadecz, VVisliçá, VVoynicz, in terra Cracouienſi: Sandomiria, Závvichoſt, Lublin, Sieciechovv, Lukovv, Rádom, in terra Sandomirienſi: ac caſtrum Lancicienſe, in terra Lancicienſi: in terra Siradienſi, & Piotrkovv: item in terra Cuiauiæ, Brzeſcie, Kruſzvvicá, VVladiſlauia: item in Polonia Maiori, Poſnania, Miedzyrzecz, Zbaſzyn, Kaliſz, Nakiel, Konin, & Pyzdry nuncupata) nulli alteri, niſi terrigenis, ſeu Capitaneis in eodem Regno conſiſtentibus, *Ex Priuil. Regis Ludo. Caſſ. 1374. Folio 41.*

sistentibus, conferemus. Alia autem quæcunque Castra, hospitibus, vel alijs quibuscunque voluerimus, Nos & successores nostri, habebimus & habebunt liberam conferendi facultatem.

Dignitates & Officia indigenis, bona hæreditaria in illo districtu habentibus, sunt danda.

Kazim. tertius in Nieszov. 1454. Folio 92.

ITem cùm indigenæ, pro suis meritis & virtutibus, forensibus sint meritò præferendi, Pollicemur per præsentes: Quòd Dignitates, Castellanatus, & Officia in terris vniuersis Regni nostri, personis benè meritis, ætate, intellectu, & prudentia benè vigentibus, & indigenis distribuemus. dabimusq; Dignitatem illi personæ: quæ illius terræ indigena fuerit, in qua Dignitas ipsa vacabit: habueritque hæreditaria ibidem bona. vt viam murmuri, & displicentijs præcludamus.

Dignitates indigenis conferantur. alioqui, non pareatur inuestito: & Rex contra Iuramentum faciet.

Senat. Reg. Petricouiæ: 1503. Folio 111.

VNanimi Dominorum Spiritualium & Secularium, ac Nunciorũ Terrestrium, in hac Conuentione Petricouiensi congregatorum, decreto communi constitutum est, antiquo Statuto innitendo. Quòd Dignitates & Officia terrestria, per Maiestatem Regiam incolis tantummodo terrarum possessionatis, & idoneis conferantur. secus factum, non seruetur: nec ille, cui Dignitas vel Officium, contra præmissa collata fuerint, eadem Dignitate seu Officio vti permittatur: neque ei vlla præstetur obedientia. Regia autem Maiestas, tanquam contra Iuramentum præstitum secus faciens, Rei & Priuilegio communi iniuriam intulisse censeatur.

Dignitates & Officia non dabuntur, nisi in terra possessionatis.

Alexand. in Radom 1505. Folio 118.

INnitentes Statuto Nieszouiẽsi, & alijs prædecessorum nostrorum decretis rationabilibus, præsenti nostro sancimus Priuilegio: & promittimus, pro Nobis & successoribus nostris: Quia Nos successoresque nostri, Dignitates & Officia Terrestria non dabimus: nisi possessionatis in Regno, terrisque illis: in quibus sunt huiusmodi Dignitates, & Officia. sub pœna, in Statuto, per Prælatos Piotrkouiæ suprascripta.

Dignitarij & Officiales sint possessionati.

Sigism. Cracou. 1510.

NOuæ & antiquæ Constitutiones decernunt, Dignitarios & Officiales terrarum, illic possessionatos esse debere: vbi Dignitates ipsas, & Officia obtinent.

Si impos-

Si impossessionato, ob meritum, Dignitas data sit: intra medium annum, possessionem quærat.

AEquitatem circa vetustas Constitutiones seruando, Demandabimus deinceps illud Statutum debitæ executioni: Vt quibus Dignitates & Officia Terrestria conferemus, possessionati sint. & si cui impossessionato, ob aliquod insigne meritum, Dignitatem vel Officium dederimus: idem teneatur esse possessionatus, ab accepto officio in medio anno: sub amissione Dignitatis, vel Officij. Eos autem, qui nunc impossessionati essent, & Dignitates vel Officia tenerent, si se hinc ad medium annum possessionatos non fecerint, Dignitate vel Officio priuabimus. *Sigism. Crac. 1510. Folio 10.*

Dignitates, cum Capitaneatibus eiusdem loci, se compati nequeunt.

IN collocatione Dignitatum & Officiorum, Statuta Regni deinceps obseruabimus: ita quòd Dignitarios, in Capitaneos loci illius non præficiemus. præsertim cùm Iuribus Regni prouisum sit: vt nullus Castellanus, vel Palatinus, illius terræ Capitaneatum, in quo Iudicia celebrantur, obtineat. Proinde quicunque ausus fuerit aliquid accipere, contra præsentem ordinationem, & antiquam Regni Constitutionem: vbi monitus in Conuentione generali, aut particulari, huiusmodi Dignitatem aut Officium resignare neglexerit: infamis sit ipso facto. Præterea pollicemur: quòd iuxta Priuilegium VVladislai Iagellonis, quando Dignitates vacare contigerit, nulli extraneo terrigenæ, nisi Nobili illius terræ, in qua Dignitas huiusmodi vel honor vacauerit, (terræ videlicet Cracouiensis, terrigenæ Cracouiensi: Sandomirienſis, Sandomirienſi: & in Maiori Polonia, terrigenæ Maioris Poloniæ: & sic in singulis terris Regni Poloniæ) deinceps dabimus, & conferemus. *Sigis. Petric. 1538. B 2.*

De alienigenis.

NVlli deinceps æuiterno tempore alienigenæ, aliqua castra & Dignitates Regni concedemus: neque successores nostri concedent. Et quicunque, contra præsentem Constitutionem, aliquod Officium seu Dignitatem obtineret: & monitus, quæ obtinet non resignauerit: bona ipsius confiscari, & ipse infamis esse debet. *Sigism. 1538. B 3.*

De fictis possessionibus.

AD euitandas verò fictiones, quæ de possessione habenda euenire solent, Statuimus deinceps obseruandum: Quòd Dignitates, Capitaneatus, *Sigism. Petr. 1538. B 2.*

atus, & alia omnia officia terrarum, non alijs conferri posſint,& debeant: niſi illis, qui antehac haberent, non fictam aut coloratam, ſed realem veramque bonorum hæreditariorum poſſeſsionem: in illa terra, in qua Dignitates, vel Capitaneatus vacauerint. ſi ad alia aſſequenda habilis eſſe voluerit.

Dignitates & Officia, Nobilibus poſſeſsionatis in illo diſtrictu, danda.

Sigiſ. Petrico. 1543. SAtisfaciendo poſtulationibus Nunciorum Terreſtrium, ſubditorum noſtrorum,relinquimus in robore Statutum noſtrum Petricouienſe,in Conuentu generali conditum, Anno 1538: illudque tenere & exequi volumus. Vt ne negotia terreſtria negligerentur, tenebimur deinceps, huiuſmodi Officia & Dignitates, in principio Conuentus, priuſquàm ipſe Conuentus generalis inchoabitur, hominibus idoneis poſſeſsionatis, indigenis illarum terrarum, iuxta Priuilegia & Statuta, diſtribuere. Si verò Palatini, Caſtellani, Dignitarij, & alij Officiales Terreſtres, per Nos dati, ſufficientem poſſeſsionem hæreditariã, & non fictam habere debent: & in ipſis Palatinatibus, & in diſtrictibus proprijs Commiſsiones, Colloquia,& alia Iudicia, & debita officiorum ſuorum explere, & exequi debẽt. niſi fortaſſe Legatione ſeruitij Reipub. vel noſtræ M. Regiæ fuerint impediti. Quòd ſi negligentes, & impoſſeſsionati fuerint: iuxta Priuilegia & Statuta, tum in Conuentu futuro priuari debent ipſis Officijs: ex dilatione Nunciorum Terreſtrium illius ſui Palatinatus, vel diſtrictus. Qui quidem Nuncij tenebuntur inſtigare in Conuentu, contra talem Officialem, & Dignitarium: qui quidem talis fuerit. & hoc Statutum iam debet eſſe, & valere contra talem, pro monitione.

Rex neque Caſtra neque tenutas, niſi Polonis Nobilibus poſſeſsionatis credet.

Sigiſ. Auguſt. Petr. 1550. QVandoquidem ſumus Rex Poloniæ: neque caſtra, neque tenutas vllas concredere volumus: niſi Polonis, Nobili genealogia ortis, eiſdemque poſſeſsionatis. & hoc iuxta Priuilegium Regis Ludouici.

Dignitates & officia neque plura, neque pauciora ſint.

Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550. DIgnitates & Officia nulla omnino multiplicabimus: neque reddemus pauciora: niſi quæ ſunt Iure conſcripta, & inſtituta.

Dignitarij & Officiales, ſua noſcant officia.

Prælati Petric. 1503. DIgnitarij & Officiales ſua noſcant officia. ſi verò quibus incognita ſunt: à

sunt: à Regia Maiestate, & Dominis doceātur: eademq; tam domi, quàm in bello, debitè exerceant. ne per quempiam, commodo suo fraudentur regnicolæ, defectu ordinis.

Capitanei visitent loca suarum Iurisdictionum, in eisque officia sua exerceant.

CVm essent nonnulli per fauorem Officia, præsertim Capitaneatuum, Dignitatumque aliarum, in terris ab eorum domicilio remotioribus assecuti, obtinentes: qui propter suam absentiam, occasiones pariunt scādalorum, in eorum iurisdictionibus committendorum, nemine coërcente prauam adolescentum & aliorum hominū licentiam: quapropter Statuimus: quòd in singulis Regni terris & districtibus, Capitanei, Officiales, Dignitarijque locorum, sint possessionati: auisandi nostris literis, vt satisfaciant Officijs suis. Quòd si trina vice auisati, Officijs suis intendere non curauerint: priuentur Officijs, & Dignitatibus: sintq; ipso facto priuati. Ideo admonendi: vt possessionati sint: vt frequentiùs visitent loca, in quibus Dignitates habent, & Officia. *Alex. in Radom 1505. Folio. 119.*

De Dignitatibus collatis.

QVia Dignitates & Officia, post Conuentum proximè præteritum, iuxta antiquam consuetudinem per nos collata, non licet nobis abrogare: & ab eis, quibus collata sunt, amouere & auferre: (quòd talis deturbatio, & degradatio personarum insignium, nomini eorum notam inureret: esset intestini odij, & desidij, non leue incendium) ideo in futurum, dum vacabunt, secundum Statuta Regni nostri conferenda. *Sigis. Petric. 1538.*

DILATIO Terminorum. Vide in Titulo, TERMINI.

DIVISIO BONORVM.

Diuisio bonorum inter fratres, per amicos facta.

CVm omnis dissensionis & discordiæ sit mater ipsa communio: in qua etiam fratres, & quidam germani existentes, ad odia & lites non modicas sæpiùs prouocantur: ad quas euitandas, ne in periculum vitæ vtrique incidant, consueuerunt plerunque homines viuere, & stare in domibus proprijs separatim: de parte bonorum, siue hæreditatum, quæ ipsos concernit, habita diuisione ab inuicem, interuentu ipsorum amicorum: Et licet ad Principem notitia ipsius diuisionis non fuerit deducta: tamen, quia sæpe contingit, quòd ex aliquorum vita actiua, & bona procuratione, negligentes, & in ratione dissoluti, domos proprias & bona he- *Kazim. Mag. Visl. 1368. Folio 30.*

reditaria reformare non curantes, domos reformatas, & hæreditates ad vtilitatem deductas, Iure pro seipsis obtinere nituntur, fratres aut amicos ipsorum, ad Iudicia protrahentes: & sic quilibet paterfamilias, timore isto & abusu perculsus, à reparatione bonorum se subtrahit, & domorum erectione: Quare vt à tali torpore, & pigritia, tales retrahamus, & excitemus: vtque benè laborantes, & procurantes, aliquod commodum inde reportent: Statuimus nostra autoritate: Vt quicunq; fratres, vel amici, consanguinei, aut remoti, sexus vtriusque, abinuicem separati fuerint, vel diuisi: & in hac separatione, & diuisione, steterint per tres annos, & per tres menses in taciturnitate, ad Iudicium non prouocantes: (nisi causa legitima allegetur, vel assignetur: propter quam Præscriptio legitima impeditur) à repetitione, seu vendicatione partis hæreditatis fratris sui, vel amici, Præscriptione obiecta legitimè excludentur.

Diuisio per patrem, inter liberos ex duabus vxoribus susceptos, rara sit.

VVladisl. Iagello Craco. & Varta Fol. 43.

CVm verò pueri primæ vxoris, portionem suam æqualem, à patre eis sponte ex diuisione eis perpetua oblata, obtinuerunt: tunc portio secundæ vxoris filijs, aut filiabus, eisdem cedere debet integraliter.

¶ Diuisio bonorum, etiam per Commissarios, inter personas par Ius habentes, fieri potest. Vide in Titulo, COMMISSARII. Fol. 92.

DIVORTIVM.

Sigism. Craco. 1543.

AD Spirituale Iudicium, pertinere debet negotium diuortij. nihilominus cognitio de dote, & Inscriptionibus dotalibus, inter personas per diuortium separatas, ad R. Maiestatem, iuxta antiquam consuetudinem, debet remitti.

DONATIO.

Donatio Regalis, militibus in bello facta, morte donatoris, etiam absque literis confirmatur.

Kazim. Mag. Vislic. 1368. Folio 38.

HOc Statuto perpetuò Statuimus obseruandum: Quòd donationes fixæ & firmæ debeant permanere: etiamsi Priuilegium, super hisce donationibus, concessum non fuerit. dummodo saltem morte donatoris, vel cui donatio facta fuerit, confirmetur: præsertim his, qui Nobiscum vel cum nostris successoribus, viriliter in bello pugnantes fuerint interfecti, donatio recipiat perpetuam firmitatem.

DOS, SEV DOTALITIVM.

Dotes

Dotes non inſcriptæ nullæ ſint.

ITem præcidere cupientes conſuetudinem, non quidem communem, ſed in certis terris ſeruatam, pro dotibus fœminarum non inſcriptis: quas dotes nonnullæ perſonæ, poſt fœminas ſteriles Iure expetebant, per teſtium tantùmmodo probationem: nulla Inſcriptione, aliâs reformatione, in Actis habita: Statuimus, Quòd amodo Dos, quæ non fuerit coram Nobis, aut in libris ſeu Actis inſcripta, aliâs iuxta Iuris ordinem, tranſponere non debeant: & antiquam conſuetudinem reformata, nullius debet eſſe valoris & momenti. *Ioan. Albert. Petric. 1496. Folio 108.*

Indotatæ mulieri triginta Marcæ ſoluuntur.

ITem dum aliquis copulat ſibi matrimonialiter virginem, ſeu puellam: & priuatur vita, Dotem non reformando eidem vxori: extunc talis vxor accipiet pro Crinili Marcas triginta: aut poſſeſſionem, vbi trium Marcarum eſſet prouentus, habebit tamdiu: donec ſibi perſoluetur Crinile tenendum. Quæ quidem vidua non tenetur equitare de bonis, in quibus eam maritus morte reliquit, aliâs *Odumárt*: vſquequo dabuntur ei, aut triginta Marcæ, pro Crinili: aut trium Marcarum prouentum, aliâs cenſum, ſibi conſtituent mariti ſucceſſores. *Ex Conſuetu. terræ Cracou. 1505. Fol. 121.*

Dotalitia, fuga vel crimine viri, non vitiantur.

STatuimus: quòd ſi aliquis coram Nobis, vel noſtro Capitaneo, de aliquo crimine, vel aliquo maleficio fuerit accuſatus: & ad oſtendendum ſuam innocentiam, per Nos, vel Capitaneum noſtrum non fuerit admiſſus: & ob hoc, ipſum fugere contingat. & ne huiuſmodi fuga ad infamiam reputetur, idem fugiens coram Reuerendiſsimo in Criſto patre, Epiſcopo Cracouienſi, aut Palatino Cracouienſi, aut Sandomirienſi proteſtabitur: Quòd Nos, aut Capitaneus noſter, ad expurgandū ipſum admittere noluimus. & tales prænotati, aut Palatinus noſter, illius terræ profugo treugas duorum menſium dare poterit: & ipſum profugum ſeruare. Infra quod tempus, idem Palatinus, apud Nos vel ſucceſſores noſtros, eidē profugo quærat gratiam, & fauorem: vt ipſum ad iuſtitiam admittamus. quæ ſi prædictus Palatinus non poterit obtinere: quòd eundem videlicet ad expurgandam ſuam innocentiam admittere nollemus: extunc Palatinus ad metas terræ ſuæ, illum conducere tenebitur. Qui à tempore conductus Palatini, infra annum, terræ, Regno, & terrigenis nocumenta inferre non debebit: vxore ſua in bonis ſuis pacificè, infra annum prædictū, dimiſſa in quiete. Quo anno euoluto, intra quem gratiam noſtram ſemper *Kazim. Mag. Viſtic. 1368. Folio 35.*

quærere debeat. & ſi ipſam inuenire non poterit: & præfatus profugus aliqua nocumenta Regno, vel terrigenis intulerit: propter hoc infamis nō debeat reputari: nec ipſum per terrigenas captum, ad mortem, Nobis aut noſtro Capitaneo dare tenebūtur: nec propter hoc indignationem, aut offenſam noſtram incurrant terrigenæ ſupradicti. Si verò malitiosè, & abſq; culpa contigerit aliquem profugere: & Iuri parêre noluerit: & profugendo nocumenta Regno. & terrigenis intulerit: bona ipſius immobilia (præter Dotalitium vxoris) camerę noſtrę perpetuò applicentur. Mobilia verò, inter Nos, & Barones noſtros, per mediū diuidantur. Et ſi captus fuerit per quempiam: in gratia noſtra conſiſtat. nec propter captiuitatem eius, per amicos debet aliqua indignatio, vel inimicitia occulta, vel manifeſta, ſuboriri. Vxor verò ſua, in Dotalitio ſuo remanebit: prout ſuperius eſt notatum: vel ipſum vendere liberam habeat facultatem.

Dotalitia, nec perlucris ſuper viro obtentis ſubſunt.

Sigiſ. Petrico. 1523. Folio 38.

SI verò quis, in aliquo alio, bona quocunque Iuris decreto fuerit aſſecutus: in quibus ſcilicet bonis, vxor eiuſdem victi habuit reformationem ſuam Dotalitialē: talem reformationem volumus illęſam permanere: & talis conuictus, pro *Golotá* debebit reputari, Iure Golotarum deinceps conueniendus: Caſu, quo executioni rei iudicatæ contraueniret.

De Dote, ſi mulier prius moriatur, vel contra.

Alexa. in Radom. 1505. Folio 119.

DOtium ſolutionem (mortua exiſtente muliere, cui viuenti inſcripta erat) dubia impediebant hactenus duplici ratione: Vna, quòd viuente marito, præmortuæ vxoris conſanguineis ſolutionem dotis petentibus, aliqui poſſeſsionem adiudicandam putabant: in bonis, viuenti mulieri reformatis, quorum ſuperuiuens maritus poſſeſſor eſſet. Altera, muliere poſt maritum antea ſibi præmortuum moriente, & in poſſeſsione Dotalitij, vſque ad vltima vitæ tempora exiſtente, poſt eiuſdem mulieris viduæ mortis obitum, conſanguineis eiuſdem mulieris viduæ mortuæ ſolutionem Dotis petentibus: nonnulli putarunt, vt conſanguinei dictę mulieris viduæ mortuæ, Dotis ſolutionem Iure repeterent: nonnulli decidebant, conſanguineos in poſſeſsionem conſeruādos: Quapropter Nos, cum Conſiliarijs, & terrarum Nuncijs, dubia ipſa abſoluimus, Decernentes perpetuò tenendum: Quòd dum mulier præmortua eſſet, habens Dotis & Dotalitij reformationem, Dos à marito ſuperuiuente, Iure mediante exigatur. Quem maritum Decernimus ſic potiri poſſeſsione, in bonis, per eum olim mulieri vxori ſuæ viuenti reformatis: vti viuente ea, potitus erat & poſsidebat. de quibus omnibus, ſuæ olim vxoris conſanguineis do-

neis dotem petentibus, Iure respondebit. Sed præmortuo existente marito, mulier per eum morte derelicta, si possidebat vsque ad vltima vitæ suæ tempora, bona sibi per olim viuentem maritum reformata: quandocunq; ipsa mulier, post mortem mariti sui mortẽ obiret, existens possessor reformationis suæ: sic debebitur possessio bonorum reformatorum, consanguineis morte illius mulieris: vt eam mulier vidua possidebat. quam possessionem Statuimus, absque Iuris strepitu, constito duntaxat de Iure reformationis, & de possessione per mulierem ad tempora vitæ habita, dandam per loci Capitaneos his: quibus Dotis deberetur redditio.

De bonis Dotalitij redimendis: cum mulier scilicet secundò nubit.

CVm primùm mulier sedem sibi vidualem, per secundas nuptias violauerit: Volumus, quòd talis poterit citari, aut in Iudicium Terrestre, vel ad Actorum Terrestrium primam & proximam positionem. Et talis quidem vidua citata, in primo termino non comparens, pœnam contumaciæ luet, parti & Iudicio exoluendam. in secundo verò termino, sicut peremptorio, tenebitur citata, cum literis suis reformatorijs legitimè comparere: ad tollendas pecunias, à parte se redimente, in literis suis reformatorijs, per expressum contentas: & condescendere bonis illis redemptis, parti se redimenti: dando illi reemptori, certos pro se fideiussores, benè possessionatos, Nobiles, in hunc modum: Quòd ea muliere defuncta, Dotalitium, aliâs *Przywiánek*, ad successores primi mariti deuoluetur, vel potius restituetur. Si verò talis mulier citata, in secundo termino non paruerit: extunc Iudicium illud dabit illi redimenti, bona illa reformatoria in possessionem: & pecunias ad redemptionem pertinentes, iuxta Inscriptionis reformatoriæ continentiam, in Cancellaria Terrestri cõseruabit: tamdiu, quousque ipsa domina Dotalitialis, in Iudicium rursus veniens, certos pro se fideiussores, super Dotalitio eius ad propinquos primi mariti reuertendo, modo suprascripto statuerit: auisando citatione sua literali illum reemptorem: & euocando eum ad hoc idem Iudicium, ad leuandum pecunias Dotis & Dotalitij suorum prædictorum: & ad suscipiendum à se præfatos fideiussores, super Dotalitio suo prænominato, post mortem suam reuertendo. Si verò quis, in aliquo alio, bona quæcunque, Iuris decreto fuerit assecutus: in quibus scilicet bonis, vxor eiusdem victi habuit reformationem suam Dotalitialem: talem reformationem volumus illæsam permanere. & talis conuictus, pro Gołotá debebit reputari, Iure Gołotharum deinceps conueniendus: casu, quo executioni rei iudicatæ contraueniret.

Sigis. Petric. 1523. Fol. 37.

De pueris, ex duabus vxoribus dotandis procreatis, vel per patrem diuidendis.

Vladisl. Iagel. Crac. & Varsh. 1423. Folio 43.

DEclarantes Statuimus: quòd si contigerit patrem cum secunda vxore filios non habere, sed filias: & cum prima habuerit filios: extunc patre mortuo puerorum prædictorum, pars aliqua secundæ vxoris filios non continget: sed filij, seu filius primæ vxoris, superstites sorores suas, iuxta consuetudinem terræ maritabunt: assignata ipsis in pecunijs Dote competenti. bonis maternis duntaxat exceptis: si ipsæ prædictæ sorores habuerint: quæ pro ipsis debent remanere. Cùm verò primæ vxoris portionem suam æqualem, à patre sponte eis ex diuisione perpetua oblatam, obtinuerint: tunc portio secundæ vxoris filijs, aut filiabus eiusdem, cedere debet integraliter.

Virgo, si fratres germanos vel patrueles habeat, dotetur.

ITem Statuimus: quòd cùm aliqua dominicella maritatur, aut nuptui alicui traditur, Dos seu Donatio in pecunia parata sufficiat. quæ in præsentia amicorum ei assignetur: bona verò hæreditaria, coram Regia Maiestate debeant assignari. Etiam Statuimus: quòd si quis militum, aut Nobilium, de hoc seculo migrauerit, habens filios vel filias: tunc filiæ, per fratres maritis tradantur: Dote tamen eis, more consueto, assignata. Si autẽ filios non habuerit, sed filias: tunc filiabus omnes possessiones cedant paternæ. Et si fratres patrueles huiusmodi hæreditates obtinere voluerint: tunc Milites, secundum ipsorum conscientiam, prædictas hæreditates taxabunt: & à die taxationis huiusmodi, dicti fratres patrueles sororibus, infra annum, parata pecunia (secundum quod fuerint taxatæ hereditates) persoluere tenebuntur. & si in tempore vnius anni neglexerint soluere: tunc filiæ hæreditates perpetuò possidebunt.

Kazim. Mag. Vislic. 1368. Folio 29.

Virgo à patre dotata, nil plus petat à fratribus. alioquin, ipsi dotent, vel consanguinei.

Kazim. Mag. Vislic. 1368. Folio 33.

STatuimus etiam: quòd postquam aliquis nostrorum Nobilium filiam suam viuens nuptui tradiderit, & dotem sibi assignauerit competentem, ipso tandem defuncto, eadem plura à fratribus repetere non poterit. Si verò patre mortuo, filia vel filius remanserint, solutæ, neque per patrem dotatæ: si filia fuerit Palatini, & possessiones fuerint multæ: eidem Centum Marcæ, pro Dote, per fratres assignentur. vbi verò possessiones paucæ, & filiæ multæ, vel vna hæreditas: fiat æstimatio in valore: & pars cõtingens cuilibet sorori, per fratrem, nomine Dotis, pecunia persoluatur. Et idem sentimus, de filiabus inferiorum Nobiliũ à Palatino: Quòd cùm eas in vita tradiderint maritis, Dote eisdem similiter assignata competenti, illis de hac luce sublatis, fratribus quæstionem pro maiori hæreditate

mouere

mouere non poterint. Fratres verò vterini, cuilibet sorori quadraginta Marcas soluere teneantur: si possessiones sint multæ: vt præfertur. si verò paucæ: fiat æstimatio: vt supra: & pars contingens cuilibet sorori, in pecunia per fratres exoluatur. Fratribus verò vterinis non existentibus, idem volumus de patruelibus esse intelligendum. & patruelibus non existentibus: tunc quilibet de eisdem armis & signis, consanguinitate saltem proximior, in bonis hæreditarijs seu patrimonialibus, succedere poterit: sororibus dotatis: vt superius est descriptum. Et interim, quoad sorores non fuerint matrimonialiter copulatæ, earum hæreditates patrimoniales, quocunque modo vocitentur, prædicti fratres possidebunt: quousq; eas nuptui tradent, & dotent, modo præmisso: Hoc specialiter declarando: (prout etiam superiùs præmisimus) quòd cùm pater in vita sua aliquã nuptui tradiderit, eo debeat cõtentari, quod sibi pater assignauerat, dum adhuc viueret in humanis: nec fratribus pro Dote aliquam poterit mouere quæstionem: sed contentari debet eo, quod illi parentes ipsius viuentes, & sui compotes existentes, sunt largiati: Adijcientes, quòd fratribus seu mortuis seu existentibus, filiæ in hæreditatibus non succedant: sed contententur Dote eis tradita. vt superius continetur.

Raptor sit infamis. rapta verò, si consentiat, Dotem perdat.

ITem de raptoribus virginum, & fœminarum, ita volumus esse obseruandum: Vt talis raptor virginis, si Iure conuictus fuerit, secundum antiquiora Statuta, honore: & fœmina rapi se consentiens, bonis omnibus hæreditarijs, & quibuscunque alijs ipsam concernentibus rebus, Doteque perpetua, priuentur perpetuis temporibus. *Ioan. Albert. Petric. 1496. Folio 107.*

Eadem lex interpretatur.

AD submouendam dubitationem, quæ circa Statutum, de raptu virginum & fœminarum conditum, oriri sæpe solet, visum est Nobis & Senatui nostro, per præsens decretum illius intelligentiam ita declarare: Vt cùm raptor virginis, aut mulieris, viduæ, seu coniugatæ, ad præsentiam Nostram, pro raptu commisso citatus fuerit: tum demum, secundum antiquiora Statuta, Iure esse conuictus in priuatione honoris intelligatur: Cùm virgo, aut mulier, vidua, seu coniugata, in præsentia nostra constituta, confessa fuerit, sibi per raptorẽ citatũ vim fuisse illatam: & se contra eius voluntatem, & consensum, per illum esse raptam. Per hanc enim raptæ virginis, vel mulieris, viduæ, seu coniugatæ confessionem, raptor citatus, ad extendendam contra se pœnam priuationis honoris, censeatur esse sufficienter Iure conuictus. Alioquin, rapta virgine, vel muliere, vidua, seu *Sigism. Crace. 1532.*

dua, seu coniugata, per expressum in præsentia Nostra confitente, & affirmante, se non per vim citati esse raptam: sed voluntate & consensu suo proprio, vndecunque abductam: citatus de raptu, à pœna Statuti honoris priuationis, liber esse censeatur. Virgo verò, seu mulier, vidua, aut coniugata, (ad quarum omnium personas, & nomina, legem hanc diu statutam & obseruatam, pertinere & extendi volumus, ac declaramus) post factum huiusmodi voluntatis & consensus sui confessionem, bonis omnibus hæreditarijs, & quibusuis alijs ipsam concernentibus bonis, & rebus, Dotesque sibi debita, perpetuis temporibus priuabuntur.

¶ Dos pecuniaria virgini, coram amicis assignari potest: bona verò hæreditaria, coram Regia Maiestate. Vide in Titulo VIRGO.

ELECTIO REGIS.

Ac primò omnium Proceres & Nobiles Regni Poloniæ, Ludouico Regi consenserant: vt filij eius in Regno succederent. si verò non essent filij: filiæ hæreditarent.

Ex Ludoui. Priuil. Cassoniæ dato 1374. Folio 40.

IN Nomine domini Amen. Cùm gesta Principum debeant inuiolabiliter futurorum memorię enodari: & cõfirmationes, libertates, immunitates, Priuilegia, instrumenta, ratificationes, perpetuis temporibus perennari: Proinde Nos Ludouicus, Dei gratia Vngariæ, Poloniæ, Dalmatiæ Rex, ad vniuersorum, tam præsentium quàm futurorum, notitiam volumus deuenire: Quòd ex puro animo, & synceris affectibus, Regnum nostrum Poloniæ in bono statu & robore permanere anhelantes: Licet aliâs nostris promissionibus instrumentorum, seu Priuilegiorum, Nobilibus ipsius Regni Poloniæ fuissemus obligati: quòd decedentibus nobis de hac luce, masculinam prolem nostram tantùm, & non fœmineam, deberent habere, & sibi recipere nostrum in hæredem, & successorem Regni Poloniæ: demum Baronum, Militum, Nobilium, & aliorum omnium consensu & voluntate accedente, filias nostras, non extante prole masculina, sibi in Dominos & hæredes Regni prædicti acceptarunt: quas fieri nostros successores, & Coronam Regni Poloniæ ipsas volunt, & voluerunt obtinere: Tamen in eo casu, quo filium vel filias, diuina nobis prouidente clementia habuerimus, vnum ex eisdem masculis, illis deficientibus vnam ex nostris filiabus nunc natis & extantibus, ac in futurum nascituris, quem vel quam, Nos vel Excellentissima Domina Regina mater, & consors nostra charissima, ipsis assignabimus & assignabit, illum vel illam habeant, pro hærede & successore nostro: & ipsi regnicolæ assu-

læ assumere teneantur: & habere: prout eisdem, per Barones, Nobiles, Proceres, Ciuitatenses, & singulos inhabitatores Regni Poloniç, fit & facta est, de nostra voluntate, obligatio omagialis, & promissio sit & facta est: exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, recipient in Principem, hæredem, & legitimum successorem: & deinde vel abinde, successores eorundem vel earundem locum regiminis habeant obtinere, in Regno Poloniæ prænotato.

Idem Ludouicus, de consensu eorundem Baronum, Militum, & Nobilium, cassat literas: de non eligenda fœmella in successorem.

OMnes autem alias literas, ordinationes, pacta, instrumenta, & munimenta, data & concessa, per Nos & successores nostros, parte ex vna, & prædictos Barones, & Nobiles Regni prædicti, parte ex altera, quæ successionem filiarum nostrarum ducem vel in ducem, in dicto Regno fieri excludebant, de consensu eorundem Baronum, Militum, & Nobilium dicti Regni Poloniæ, cassamus, vacuamus, annullamus: cassas, vanas, vacuas, & irritas nunciamus: volentes ipsas carere omni robore firmitatis, prę-sentibus solummodo perpetuis temporibus valituris. In quorum omnium euidens testimonium, firmitatemque perpetuam, præsentes concessimus literas nostras, pendenti & euidenti Sigilli nostri simplicis munimine roboratas. Datum & Actum Cassouiæ, decima septima mensis Septembris: Anno Domini 1374. *Ex codē Privilegio Fol. 41.*

Post mortem autem Ludouici, Proceres Regni, de electione filiæ ipsius, Iuribus, Ecclesiæ bonis, & finibus Regni sub Interregno defendendis, ita erant confœderati.

IN Nomine Domini Amen. Consonum rationi, & sacris Canonibus esse dinoscitur: vt ea, quæ pro communi vtilitate Regni fiunt, & dicuntur, testimonio literarum approbentur: Proinde Nos Vincentius Posnanienſis, Sandiuogius Calisienſis, Palatini, Ioannes Calisienſis, Sandiuogius Naklenſis, Andreas Stremenſis, Moiek Biechouienſis, Cristinus Zbasinenſis, Castellani, Snateslaus Posnanienſis, Nicolaus Calisienſis, Succamerarij, Vbislaus Pincerna Calisienſis, Lassotha Dapifer, Iozeph de Horodyszcze, Wissota de Kurnik, Kunath Subiudex Calisienſis, Petrko Dobicki, Tomislaus de VVyssoki, Dobrogustius Radomicki, Dobrogustius VVłoczciovvski, Szczedzik Dupnicki, Petro Sosnicki, Nicolaus Petrski, VVodzimir Borzukovvski, Laszek VVelevvski, Simon Gromovvski, Petryk Stanacki, Meczko Krystoski, Nyczko Káczkovvski, Ian *Ea confœderatio dicitur Kaptur.*

Popczycz, Ianuſius Iárogłovvski, Albertus de Goray, cæteriq́ue Nobiles, Milites, totaq́ue communitas Maioris Poloniæ, Reuerendo in Chriſto patri ac domino, domino Ioanni diuina prouidentia Epiſcopo Cracouienſi, necnon ſtrenuis ac Nobilibus viris & Dominis, Dobeſlao Caſtellano, Spitkoni de Melſztyn Palatino Cracouienſi, Ioanni Palatino, Ioanni Caſtellano Sandomirienſi, Ioanni Caſtellano VVoynicenſi, cæteriſque omnibus, & ſtrenuis & Nobilibus, ac omni communitati terræ Cracouienſis, Sandomirienſis, Siradienſis, Lancicienſis, ſub ſacramento noſtræ fidei, promittimus purè & ſyncerè omnem fidelitatem & obedientiam, filiæ Sereniſs. Principis ac Domini, olim Ludouici ſanctę memoriæ, olim Regis Poloniæ & Vngariæ: quæ nobis, pro hærede legitimo, in Regnum Poloniæ ad manendum dabitur: ſecundum tenores, prout articulatim ſunt in literis deſcripti, per eundem Dominum Regem & ſuos prædeceſſores, nobis & noſtris ſucceſſoribus datis & conceſsis, inuiolabiliter tenere. A quibus quidem Iuribus, prout in omnibus ſuis clauſulis, punctis, & articulis continentur, ſub præmiſſa noſtra iurata fide, nunquam deſiſtere volumus: ſed circa eadem, totaliter volumus remanere: Promittentes pro ſucceſſoribus noſtris, quòd ſub fide & honore, cum ſacramento Iuramenti, à præmiſsis Iuribus non recedent: ſed ipſa iugiter, cum præfatis dominis & ſucceſſoribus eorum, defenſabunt & tuebuntur. Cæterum (quod abſit) ſi quis aut qui, contra aliquid præmiſſorum, ex noſtris, aut quiſpiam aliquis, præſumpſerit inſurgendo attentare: omnes vnanimiter, & concorditer, contra ipſos vel ipſum promittimus inſurgere: & tanquã contra fidefragos, & Iurium noſtrorum deſtructores, totis viribus noſtris anhelare. Et ſi aliquis ex Baronibus, terrigenis, & Nobilibus ſæpe dicti Regni noſtri, vera Iura & Priuilegia noſtra iam dicta, ipſorum imitator ac defenſor fixè ac ſtudioſè perſiſtens, alterius cuiuſcunq; ſeu quorumcunque, veluti deſtructorum, prophanatorum, violatorumq́ue noſtrorum Iurium præmiſſorum, guerras, aut militias quomodolibet contraxerit: extunc eidem, fauore, auxilio, conſilioq́ue pleno, ſub iurata noſtra fide aſsiſtere, & ab ipſius vel ipſorum inimicorum aduerſitatibus, cum volumus, & ſyncerè promittimus, in omnibus, cum noſtris poſteris defendere & tueri. Inſuper, ſi quis extra fines Regni poſiti, Eccleſias ſeu bona Eccleſię, aut confinia Regni noſtri, Rege nondum coronato, moleſtare præſumpſerit: Volumus promittentes ſine dolo & fraude, cùm ad hoc ſpecialiter requiſiti fuerimus, iuxta poſſeſsiones facultateſque noſtras, vnanimiter illa defenſare. In quorum rei teſtimonium, Sigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa. Datum & Actum Feria tertia poſt feſtum S. Catherinæ, in Radomskie: ſub anno Domini 1382.

Poſtea

Postea Litwani fatentur, Wladislaum Iagellonem maritum Heduigi filiæ Ludouici datum, liberè à Polonis Regem electum.

NOS Prælati, Principes, Barones, Nobiles, terrigenæ terrarum Litvvaniæ, & Ruſsiæ, videlicet Iacobus diuina prouidentia Vilnenſis Eccleſię Epiſcopus, Dux Iuanus, &c. Significamus quibus expedit vniuerſis: Quomodo eo tempore, quo Prælati, Principes, Barones, & Nobiles, & communitas terrigenarum Regni Polonię, diuina cooperante clementia, Sereniſsimum Principem Dominum VVladiſlaum Regem Poloniæ, Supremum Ducem Litvvaniæ, hæredem Ruſsiæ, dominum noſtrum gratioſiſsimum, de gentilitatis erroribus educentes, in Regem & dominum ſibi aſſumpſerunt. *Ex Priuilegio Prælator. Litvvan. Vilnæ dato, 1401. Folio 128.*

Itaque & ipſe Wladiſlaus Iagello, de libera electione Wladiſlai, ſeu Kazimiri, filiorum ſuorum, ita ſcribit.

WLadiſlaus, Dei gratia Rex Polonię, necnon terrarum Cracouię, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Litvvaniæ Princeps, Pomeraniæ, Ruſsiæque dominus & hæres &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis: Quomodo libramine veræ rationis, penſantes intemeratæ fidei, & inſuperabilis virtutis conſtantiam: quibus incolæ Regni noſtri Poloniæ, in bellis & certaminibus, quæ cum proſperis (auſpice Domino) noſtrorum triumphorum ſucceſsibus, ſæpe ſæpiuſq;, pro defenſione noſtra & Regni eiuſdem, hoſtium ſuſtinendo inſultus, ſuſcepimus, placere nobis meruerunt: & votis noſtris, obſecundatione fideli, non abſque varijs periculis corporum, & extenuatione rerum, deuota ſubiectione ubique & ſemper paruerunt: Horum intuitu, & aliorum contemplatione meritorum, quæ excelſa dona noſtræ munificentiæ non indignè promerentur: volentes etiam, vt beneuolentia eorum, fidei affectus, (quos cum tanta ſynceritate, & in filios noſtros, præclaros principes, VVladiſlaum & Kazimirum direxerunt: quorum vnum, quem aptiorem ad regimen Regni cognouerint, quem noſtris requiſitionibus admoniti, ſibi expleta vitæ noſtræ periodo, pro Rege, Principe, Domino & hærede Regni huius Poloniæ, & terrarum Litvvaniæ, & Ruſsiæ, quos Præclarus Princeps Sigiſmundus Kerſtuti, magnus Dux Lituaniæ, frater noſter chariſsimus, prout in præſentiarum poſsidet, & debet ad tempora vitæ ſuæ poſsidere, & poſt obitum eiuſdem, ad Nos & filios noſtros prædictos, ac coronam, vera & hæreditaria ſucceſsione deuolui, ſicut patentibus literis, ad hoc confectis, eſt firmatum, deuotè & humiliter ſuſcepe- *Ex Iagel. Priuileg. Iedina, 1433. Folio 50.*

runt: & corona Regni, sceptrisque Regalibus, cum solennitate ceremoniarum debita, promiserunt, tanquam verum & legitimum successorem, postquam ætatem integrā habuerit insignire) dignis, pro grata vicissitudine, R. Celsitudinis muneribus compensentur.

Wladislaus autem tertius, de libera sui electione, ita gratitudinem suam testatur.

Ex Priuilegio manu scripto Petric. dato. 1432.

NOs VVladislaus Significamus: Quomodo recensentes & in animo reuoluentes, quanta puritatis affectione, & fidei integræ constantia, Prælati, Comites, Barones, Milites, Proceres, Nobiles, Burgenses, cæriqúe subditi & incolæ Regni nostri, Spirituales & Seculares, personā nostram venerati sunt, atque dilexerunt: vt tandem, defuncto fœlicis memoriæ genitore nostro charissimo, Domino VVladislao, Nos, tanquam verum hæredem, & legitimum successorem, ipsis in Regem & Dominū, voluntatibus concordibus assumpserint: sacro quoque Regni diademate insignierint: Cùm igitur, altissimo dirigente, votis eorundem incolarum Regni nostri in nostram maiestatem deliberatè concurrentibus, paternū huius sacri Regni Poloniæ nacti sumus solium: dignum eapropter duximus, in ipsos incolas oculos pietatis nostræ aperire: & eis hanc, quam actu & opere velut athletæ fideles nobis exhibuerunt, synceritatis constantiam gratitudine, (vti decet) compensare.

Kazimirus quoque tertius liberè se esse electum, iisdem verbis testatur.

Ex Priuilegio manu scripto Petric. 1470.

NOS Kazimirus &c. Significamus: Quòd recensentes & in animo reuoluentes, quanta puritatis affectione, & fidei integræ constantia, Prælati, Comites, Barones, Milites, Proceres, Nobiles, Burgenses, cæteriq; subditi & incolæ Regni nostri Poloniæ, Spirituales & Seculares, personam nostram venerati sunt, atque dilexerunt: vt tandem decedente fœlicis memoriæ genitore, & fratre, nostris charissimis, Regni Poloniæ Regibus, Nos, tanquam verum hæredem, & legitimum successorem, ipsis in Regem & dominum, voluntatibus concordibus assumpserint: sacro quoque Regni diademate insignierint: Cùm igitur, altissimo dirigente, votis eorundem incolarum Regni nostri, in nostram Maiestatem deliberatè concurrentibus, paternum huius sacri Regni Poloniæ nacti sumus solium: dignum eapropter duximus, in ipsos incolas oculos pietatis nostræ aperire: & eis hanc, quam actu & opere velut athletæ fideles in nobis exhibuerunt, synceritatis constantiam (vt decet) compensare.

Similiter

Similiter Ioannes Albertus Rex, de sui electione ita scribit.

NOs Ioannes Albertus &c. Significamus: Quòd superiori tempore, diuino numine, & communi atque concordi Prælatorum, Baronũ, Consiliariorum, & omnium regnicolarum Regni nostri Poloniæ fauore, ad regnandum, in hoc inclyto Regno nostro Poloniæ, tunc per mortem diui olim Kazimiri genitoris nostri vacante, assumpti sumus. *Petric. 1496. Folio 92.*

Alexander verò, de sui electione ita scribit.

NOs Alexander, in notitiam deducimus: quia Dei & Saluatoris nostri gratia, Regni paterni dominia conscendimus. *1505. Folio 6.*

Idem de se.

IN sacris Maiestatis nostræ primitijs, Principes Spirituales & Seculares, cæteriq́ue Prælati, Barones, & regnicolæ nostri, fœlici nostræ aderant Coronationi: Nosq́ue post mortem Serenissimi Regis Alberti, ad hoc inclytum Regnum Poloniæ, Iure electionis libere, Deiq́ue Optimi fauente clementia, vnanimiter elegerunt resignaturum. *Ex manuscripto Priuilegio Alexandri.*

Item Sigismundus Rex, consensu omnium sese electum testatur.

NOs Sigismundus Significamus: Quòd paucis ante diebus, omnium Prælatorum & Procerum Regni, imò verò totius Senatus, Nobilitatis, & populi consensu, diadema capiti nostro impositum est. *In Priuilegio tempore Coronationis Cracou. 1507.*

Idem Sigismundus Rex pollicetur, Sigismundum Augustum Regem Poloniæ creatum, cùm venerit ad annos discretionis, Iura confirmaturum.

NOs Sigismundus, manifestum facimus per præsentes, vniuersis: Quia cùm omnes ordines status vtriusque, tam Spirituales quàm Seculares, Regni nostri, considerantes horum temporum motus, ac malignitatem: præuenireq́ue volentes turbas, aut seditiones omnimodas, quæ vacantibus Regnis contingere solent: vnanimi consensu elegerunt, & coronauerunt in Regem huius Regni nostri, Nobis consentientibus, Serenissimum Principem Dominum Sigismundum secundum, filium nostrum charissimum: ex spontanea sua voluntate, nobis viuentibus. qua fide & affectu in nos sunt testatum esse volentes: quemadmodum & antè, in multis alijs magnis & arduis negocijs, ex mera in Nos propensione, & libera

ipsorum voluntate, grata & vtilia Nobis illorum obsequia cognouimus. Nos vicissim, pro ea obseruantia, qua Nos & Sereniſsimam familiam nostram prosequuntur: & quam abunde declarârunt, in creando Rege ipso, Sereniſsimo filio nostro, nobis viuentibus: (ea videlicet conditione: vt Nos, absque vllo impedimento eiusdem Sereniſsimi filij nostri, donec viueremus, Regno & dominijs nostris frueremur, & illis dominaremur) volentes pro talibus eorum obsequijs, nobis vtilibus & gratiſsimis, vicissim eis prouidere: vt & ipsi, in suis Iuribus, Priuilegijs, & libertatibus, consuetudinibusque approbatis, absque vllo detrimento conseruarentur: polliciti sumus illis, & præsentibus literis nostris pollicemur: Quòd quandocunque ipse Sereniſsimus filius noster, siue nobis viuentibus, siue etiam post mortem nostram, ad ætatem legitimam, hoc est, ad annos quindecim completos peruenerit, tenebitur illis id totum præstare: quod anteceſſores nostri Reges Poloniæ, & Nos ipsi præstitimus, ex debito. ad quod eius Maiestatem, vt filium & succeſſorem nostrum, tenore præsentium obligamus: videlicet quòd iurare debebit, omnia Iura, libertates, Priuilegia, literas, immunitates Regni nostri Poloniæ, Eccleſiasticas & Seculares, Eccleſiis, ipsi quoque Regno Poloniæ, eiusdemque Prælatis, Baronibus, Nobilibus, ciuibus, incolis, & quibuscunque perſonis, cuiuscunque status & conditionis exiſtentibus, donatas & conceſſas, per diuos anteceſſores nostros, Principes, Reges, & quoscunque Dominos & hæredes Regni Poloniæ, (præsertim verò per diuos, Kazimirum antiquum, Ludouicum, VVladiſlaum auum, VVladiſlaum patruum, Kazimirum patrem, Ioannem Albertum, & Alexandrum, fratres germanos nostros, patruos verò suos, Reges Poloniæ, & per Noſmetipsos, patrem eius) iustas & legitimas, manutenere, seruare, custodire, attentare: in omnibus conditionibus, atque punctis: & omnia illicitè ab eodem Regno alienata aut diſtricta, pro poſſe suo, ad proprietatem eiusdem Regni aggregare. terminos etiam ipsius Regni Poloniæ non minuere: sed pro poſſe suo, dilatare, & defendere. Et quamdiu hoc Iuramentum Maiestas sua non præstiterit: & huic debito Regio non satisfecerit: ipsi vniuersi regnicolæ nostri, ad tradendam illi poſſeſsionem, & dominium Regni, & ad seruandũ Iuramentum, & ad præstandam fidelitatem, & obedientiam suam, eius Maiestati non erunt astricti, neque obligati. verùm quandocunque supradictis omnibus idem Sereniſsimus filius noster, in ætate legitima exiſtẽs, satisfecerit: & huiusmodi debitum Iuramentum præstiterit: vniuersi regnicolæ & subditi nostri, illi post mortem nostram, vti vero & legitimo Domino & Regi suo coronato, omnem fidelitatem, & obedientiam, & obsequia, secundùm Iuramentum à se illi factum, & debitum suum, præstare & exhibere tenebuntur: Harum teſtimonio literarum: quibus, in fidem, Si-

dem, Sigillum noſtrum eſt appenſum. Datum Cracouiæ, in Conuentione generali, Sabbato proximo ante Dominicam Lætare, Anno domini 1530, Regni noſtri anno 24. Petrus Thomicki, Epiſcopus & Vicecancellarius.

Cauet autem idem Rex: vt Regis electio ſit libera, Conuentu ad hoc idem edicto.

NOs Sigiſmundus, manifeſtum facimus per præſentes vniuerſis: Quia licet mos fuerit antiquus Regni noſtri: vt decedentibus Regibus, & Regno vacante, domini Conſiliarij ſtatus vtriuſque, capto inuicem mutuo conſilio, Conuentum electionis generalem ſtatuerant: & illum omnibus membris, & ordinibus Regni, tempori denunciarent: vt vnuſquiſque, qui vellet, ad illum venire poſsit: quia tamen in eligendo Sereniſsimo Principe Domino Sigiſmundo ſecundo, Rege Poloniæ, & Magno Duce Litvvanie, filio noſtro chariſsimo, mos ipſe prætermiſſus fuit: non data opera: ſed quòd nobis viuentibus, & Regno nondum vacante, magiſque diuina ordinatione, quàm humano conſilio, electio ipſa Maieſtatis ſuæ contigit: Conſiderantes tantam omnium ſubditorum noſtrorum erga nos, & Sereniſsimam familiam noſtram fidem, & affectum, ac obſeruantiam: vt hanc ipſam electionem filij noſtri Sereniſsimi, vtcunque præter veterem conſuetudinem factam, approbauerint & gratam habuerint: nolenteſque, vt per huiuſmodi electionem, aliquid in poſterum mori antiquo derogaretur: Decernimus: Vt deinceps, quotiēſcunque Regem decedere, & Regnum vacare, aut electionem quomodocunque celebrari contigerit, domini Conſiliarij ordinis vtriuſque, antequam ad electionē procedant, prius iuxta veterem conſuetudinem Conuentum electionis generalem ſtatuant: & illum vniuerſis regnicolis, & dominijs, in tempore declarent: ac electionem, in eodem Conuentu, iuxta veterem conſuetudinem celebrent: Harum teſtimonio &c. Datum Cracouiæ, in Conuētu generali, Sabbato proximo ante Dominicam Lætare: Anno domini, 1530, Regni noſtri anno 24.

Similis alia cautella.

IN nomine domini Amen. Nos Sigiſmundus Significamus tenore prętium: Cùm nullius rei nobis cura ſit antiquior: quàm vt Regni noſtri quieti & tranquilitati, non ſolùm quoad nobis vita ſuppeditauerit, verùm etiam (ſi fieri poſsit) in ſempiternum tempus prouidere poſsimus: Cumque non minus ad nos pertinere exiſtimemus ea, quæ in poſterum, Nobis è vita ſublatis, quàmq; ſuperſtitibus accidere poſsint: faciundum Putauimus:

tauimus: Vt pro more noſtro, iuſtas & æquas preces Nobilitatis Regni noſtri, benignè & clementer admitteremus, quibus à Nobis, ſummo ſtudio Nuncij illius, ex omnibus Regni ditioniſque noſtræ territorijs, contenderunt: vt ne qui (ſi quando interregnum eſſe contigerit) noui motus oriri poſſent, Conſtitutione noſtra caueremus, decerneremuſque: quemadmodum præſentibus cauemus, Statuimus, & Decernimus: de conſenſu totius Regni Senatus, & Nunciorum Terreſtrium, æuiternis temporibus obſeruandum: Vt ſi quid de Rege Poloniæ factum ſit, eumque ex vita excedere contigerit, ſecundum veterem morem conſuetudinemque, & Statuta Regni generalia, Comitia Regni edicantur, ad nouum Regem eligendum: fiatque electio Regis libera. ita vt ex omnium Regni Senatorum, Conſiliariorumque, Prælatorum, Baronum, Militum, Nobilium, quicunque Comitia iſta obierint, eiſque interfuerint, conſenſu & voluntate, nouus Rex eligatur & denuncietur. Atque vt diplomati huic noſtro, tantò maior fides habeatur, firmiuſque obſeruetur: Signum noſtrum illi appendi iuſsimus. Datum Petricouię, in Conuentione generali, Feria quinta poſt feſtum Sancti Mathię Apoſtoli proxima, Anno domini 1538, Regni verò noſtri anno 32.

Rex niſi liberè electus, ne coronetur.

Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550.

IN primis autem de Coronatione Regum Poloniæ ita prouidimus, & conſtituimus: Quia nemo ad Regnum coronari debet: donec priùs ab omnibus ordinibus Regni, liberè, iuxta Priuilegia Regno Poloniæ à Regibus data, electus fuerit.

Si Rex Poloniæ ſine prole deceſſerit: Poloni ſine Litwanis Regem ne eligant.

Ex Priuilegio Prælat. Liuv. 1401. Fol. 129.

PRælati, Barones, & Nobiles Regni Poloniæ, Rege Poloniæ ſine liberis & ſucceſſoribus legitimis decedente, Regem & dominum non debent ſibi ipſis eligere, ſine ſcitu & cõſilio noſtro: videlicet Alexandri, Magni Ducis, Baronumque, & Nobilium terrarum Litvvaniæ prædictarum. iuxta tenorem & contenta priorum literarum.

Ex eodem Priuileg. Fol. 129.

¶ SIMILIS. Illo etiam non omiſſo: Quòd ſi VVladiſlaus Rex prędictus (quod Deus auertat) ſine prole deceſſerit: extunc ſine ſcitu, & conſilio eiuſdem domini Ducis VVitovvdi, & noſtro pariter, Principes, Prælati, Barones, Nobiles, & communitas terrigenarum Regni Polonię prædicti, ſibi Regem & Dominum non debent eligere, ſeu locare. cum quibus firmam, mutuam, & conſtantem ſeruantes aſsiſtentiam, in dulcedine Fidei, & viſceribus Ieſu Chriſti, perpetuam & irreuocabilem tenebimus vnionem.

Similis.

¶ 'SIMILIS. Et viceuersa Prælati, Barones, & Nobiles Regni Poloniæ, Rege præfato (quod absit) sine liberis & successoribus legitimis decedente, sine scitu & consilio Illustris Domini Alexandri, aliâs VVitovvdi, Magni Ducis Litvvaniæ, (si superstes remanserit) & nostro, eligere non debebunt. Vt autem corroborationis, & cautellæ vberioris, omnia præmissa accipiant firmitatem: fecimus Sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum in oppido Hrodlo, circa flumen Bug, in Parlamento seu congregatione generali, die secunda mensis Octobris: Anno Domini 1413. *Ex Priuil. Litvva. Vilna, Folio 131.*

¶ SIMILIS. Defuncto Rege Poloniæ, præfati Prælati & Barones Regni Polonię, sine scitu & consilio Prælatorum & Baronum Magni Ducatus Litvvaniæ, ad electionem noui Regis non procedant: sed pariter cum Prælatis & Baronibus Magni Ducatus Litvvaniæ, si vocati tempore congruo voluerint, Regem & Dominum eligent. Quibus ita (vt præmittitur) stantibus, & in posterum obseruandis, de certa scientia omnium aliorum Prælatorum, Baronum, Procerum, & Nobilium Magni Ducatus Litvvaniæ, fratrum nostrorum, Inscriptionem præinsertam prædecessorum nostrorum suscepimus, ratificamus: suscipimusque, & confirmamus per præsentes: obligantes nos nostris nominibus, ac vice omnium Prælatorum, Baronum, Procerum, & Nobilium Magni Ducatus Litvvaniæ, bona fide, in verbo nostro constanti & fideli, omni dolo fraude & colore semotis: promittimusque, pollicemur, ac vouemus, & nostri Iuramenti præstiti onere & ministerio strictius nos obligamus: ipsam præinsertam Inscriptionem, cum reformatione ac declaratione articuli, De electione Sereniſsimorum Dominorum nostrorum, (vt præmittitur) in omnibus articulis suis, clausulis, punctis, & sententijs, firmatam tenere, perpetuoq; & inuiolabiliter obseruare. *Ex eodem Priuileg. 1409. Folio 131.*

Rex electus, à nemine, præterquam ab Archiepiſcopo Gneſnenſi Coronari debet.

ET inprimis de Coronatione Regum Poloniæ, quemadmodum constituimus: Quòd nemo in Regem Poloniæ Coronari debeat: donec vnanimiter, secundū leges & Priuilegia Regni, ab omnibus ordinibus Regni electus sit. Qui quidem, vnanimi consensu electus, à nemine alio Coronari debet: præterquam à Reuerendiſsimo Archiepiscopo Gnesnensi. secundum Priuilegium: quod Archiepiscopo, per Kazimirum tertium, Regem Poloniæ, illi est concessum: in anno Domini 1451.

ECCLESIA. Vide in Titulo SPIRITVALIS.

EMPORIVM.

De Emporijs ciuitatum.

Sigism. Crac. 1543. QVanquam postulati fuimus à Nuncijs terrarum: vt ciuitatum Emporia, aliâs *Sklády*, tollerentur: attamen quia ciuitates, quæ ea ipsa emporia seu depositoria à maioribus nostris habent, Iure Priuilegiorum habere eadem videntur: quæ quidem Priuilegia eisdem tenere iurauimus: atque idcirco hoc responsum Consiliarijs nostris, & Nuncijs terrarum dedimus: Quia contra Iusiurandum nostrum, nullius literas & Priuilegia frangere & mutare possumus, & nolumus, nisi fortasse illorum, ad id accedat consensus.

De eisdem Emporijs.

Sigis. August. Petric. 1550. QVia ordo Equestris quæritur, sese grauatum Emporijs: ideo Ciues debent reponere Priuilegia sua, & literas, in Comitijs futuris, super eadem: & ibidem, quod quidem iustissimum intellexerimus, hoc ex nostro Senatus cosulto faciemus.

EQVVS.

Equi ne extra regnum pellantur.

Sigis. Petric. 1538. C 2. INterdictum esse volumus omnibus & cuilibet: ne quispiam audeat greges equorum, seu equireas, extra Regnum nostrum, ad externa dominia depellere: sub amissione equorum eiusmodi, & pœna nostra Regia.

De equo, in accommodatione laso.

Kazim. Mag. Visic. 1368. Folio 21. NIcolaus deposuit querelam contra Mathiam: Quòd licèt sibi equum suum sanum, ad certam viam, tanquam amico accommodasset: tamen Mathias eundem equum restituit sibi claudicantem. Mathias verò respondit, bona fide eundem equum tanquam proprium equitasse, & seruasse: nec sciret, vnde sibi veniret talis læsio. Nos autem in tali casu Declaramus: prædictum equum, intra duas septimanas quietè, & absque labore, per eundem Mathiam obseruandum. qui equus, si intra tempus prędictum non conualuerit: extunc pro eodem equo, prout poterit, amicabiliter secum componere teneatur.

Equi ne educantur.

Sigis. August. Petric. 1550. EQui per mercatores, vel Iudæos, educi non debent. quicunque educere vellent, per Capitaneos detineri debent: qui hoc diligenter custodire de-

dire debent: iuxta decretum Statutorum antiquorum.

¶ De equis obligatis: Vide in Titulo IVDAEI.

Equi ex Regno, in alias regiones educi non debent.

VT equi ex Regno non educantur: Capitanei locorum diligenter prouidebunt. Qui verò expellere vellet: huic Capitanei, seu Teloneatores, eosdem equos accipere debent. Si verò aliquis ex Capitaneis seu Teloneatoribus, equos sciens expellere ex Regno permiserit: talis soluet pro pœna ducentas Marcas. Quòd si verò notarius Teloneatoris idem facere præsumpserit: duodecim septimanas in turri sedebit. Iudæis etiam reuendere equos prohibemus. Quòd si verò id aliquis facere ausus fuerit: talis per Capitaneum capi debet, ac equi illius accipiantur: ipse verò suspendatur, sine omni tergiuersatione. *Sigis. August. 1557.*

Equi, qui ad Nundinas pelluntur, non vendantur in vijs.

EQui, qui ex Vngaria, seu ex alijs partibus pelluntur ad Nundinas, in viis non vendantur, tantummodo in Nundinis. Et Capitanei liberam emptionem impedire non debent Nobilibus, nulla ratione: sub pœna centum Marcarum. pro qua ad Regiam Maiestatem, seu Officium Castrēse, citari debent: & in termino peremptoriè controuerti debent, atq; pro pœna satisfacere. Cuius quidem pœnæ medietas S. R. Maiestati, & alia medietas parti, cedere debet. *Sigis. August. 1557.*

EVICTIO.

Euictiones in criminalibus.

CONtingit etiam, quòd dum aliqui pro quibusdam criminibus & delictis, ad nostram audientiam euocantur, nominant dominos, & quoslibet ipsorum superiores: allegantes, Quòd autoritate, & mandato suorum dominorum, & superiorum, huiusmodi crimina & delicta commiserunt: verumtamen quamuis aliquibus temporibus contra rationem fuerit obseruatum: quia huiusmodi malefactores, per eandem nominationem, à pœna liberabantur: quæ nominatio continet in se errorem intollerabilem: ex eo, quòd directè contrariatur præcepto Diuino: Proinde nos attendentes, quòd peccata teneant suos tantummodo Actores: & secundum Canonicam æquitatem, nominatio in delictis non vendicat sibi locum: nec liberat delinquentem, ostensio authoris delicti: Statuimus, quòd citati pro quibuslibet delictis & criminibus, in nostro Iudicio iudicentur, & respondere teneantur: & conuicti debita pœna puniantur: non *Kazim. Mag. Visl. 1368. Folio 13.*

obstante, prædicta qualibet nominatione: etiamsi super hoc Priuilegijs Nostris, vel nostrorum prædecessorum essent communiti. quæ quantum ad hoc, tanquā pernicioſa, & erronea, cassamus, irritamus, & reuocamus.

Euictio conceditur: si is, qui euincit, præsentem se sistit: & continuò respondet.

Kazim. Mag. Vistic 1368. Folio. 58.

Quotiescunque in Iudicio, in causis criminalibus, seu quibuscunq; aliis, magnis & paruis, quispiam conuetus fuerit: qui dominum, aut criminis auctorem nominauerit: aut socium, eiusq; mandato se feciſſe affirmauerit: & ille tunc principalis, veniens ad Iudicium ipsum liberabit, asserens ipsum id feciſſe suo mandato: Statuimus: Quòd ille citatus, liberè à Iudicio discedere poterit: actioq; huiusmodi dirigi debebit, contra dominum, & criminis auctorem. qui protinus & ex continenti respondere tenetur: aliàs, primus ille qui citatus est, respondere compellatur.

In hæreditarijs quæstionibus, Euictio quomodo fiat.

Kazim. Mag. Vistica 1368. Folio 13.

IN hæreditarijs verò, & alijs quibuslibet quęstionibus Citati, & in nostro Iudicio nominati, tales si nostram iurisdictionem declinare voluerint, nolentes easdem quæstiones in se recipere: Decernimus, quòd extunc prædicti Citati, cuiuscunq; status & conditionis existant, habeantur pro conuictis. at si ex munimentis, in termino ab reo productis, apparet: eum posse habere Euictorem: vel etiam in quauis alia causa, prouocaret quis ad ipsum Euictorem, sibi in genere similem: ad conueniendumque illum, dari sibi peteret Dilationem: eadem Dilatio detur ipsi: idq; ad terminos, per vnos terminos, ad conueniendum scilicet ipsum Euictorem. Qui quidem nisi personaliter se, coram illo Iudicio, in termino legitimo sistat: & onus causæ, seu Citationem, in se recipiat: in reum actio est dirigenda. Quòd si etiam Euictor Citationem recipiat: Actor tamen principalem non obmittit. si videlicet Euictor non fuerit soluendo iudicato.

Consuetudo.

¶ Iudæus si non sistit Euictorem, suspendatur. Vide in Titulo IVDAEVS.

EVOCATIO DE DISTRICTV.

Euocator punitur, & forum Rei sequatur.

Ioan. Albert. Petr. Fol. 97.

AD Iudicia, seu terminos, si aliquis de proprio districtu, in alium se euocatum quereretur: extunc euocās decernatur puniendus, sex Marcarum pœna, per medium, & Iudicio & parti euocatæ, soluenda. & insuper euocatus, cum adiudicatione pœnæ, ad proprium remittatur districtum.

Similis.

¶ SIMILIS. Tametsi hoc iam sit Iure communi descriptum: attamen & nunc Statuimus: Quia nemo quenquam debet euocare ad vllum Iudiciu m, pro causa: quæ quidem ad illud Iudicium non pertineret: sub pœna, in Statuto descripta. *Sigis. Augusti. 1550.*

Ne quis euocetur: præter Regiam & Officij causam.

ITem Statuimus ne quis audeat quempiam extra districtum suum euocare: præter Regiam & Officij causam: quæ non habet districtum. contrarium faciens, quatuordecim Marcarum pœna puniatur. *Sigis. Petric. 1511. Folio 18.*

¶ Proprio districtui renuncians, ibidem iudicandus. Vide in Titulo RENVNCIATIO.

Ne quis Secularis, pro causa ciuili, ad forum Spirituale euocetur: nec contra.

PRæterea volumus: Quòd Laici deinceps pro debitis, & in alijs causis Ciuilibus, per Clericos, ad forum Ecclesiasticum non trahantur. nisi fortè causa sit Spirittualis, vel Spirituali annexa: aut debitum fuerit Decimale. *Bodzanta Episcopus 1569. Folio 57.*

¶ SIMILIS. Quamuis in antiquioribus Statutis & Priuilegijs, constat vetitum esse: ne Spirituales Iudices arrogent ipsis causarum Secularium iudicandi facultatem: tamen cùm clamore communi pulsaremur: quia non obstantibus Constitutionibus antiquis, Seculares personæ plerumque euocantur, ad Spiritualia Iudicia, pro negocio Seculari: Quapropter Decernimus, & Statuimus: Quòd Iudices Spirituales, Secularia Iudicia non exerceant: neq; iudicent in futurum. *Alexander in Radom 1505. Folio 117.*

¶ SIMILIS. Concordiam, quæ mater incrementi est, conseruare volentes, inter Spirituales & Seculares personas, Prohibemus deinceps: ne Seculares personæ sexus vtriusq;, Iudicijs Spiritualibus se implicent: pro re Seculari: vel debito contracto, vel contrahendo. nec aliquis Secularis Secularem, pro re merè Seculari, in Ius Spirituale conuenire audeat. *Sigism. Crac. 1510. Folio 11.*

¶ SIMILIS. Vt ordo debitus, in Iuribus & Iudicijs obseruetur: & temeritas nonnullorum, in vocandis hominibus ad Iudicia impertinentia, coërceatur: Statuimus, quòd Secularis Secularem, ad forum Spirituale, pro re merè Seculari citans, aut actioni suæ personæ Spirituali cedens, pœna 28. Marcarum puniatur. cuius media pars nobis, altera parti aduersæ cedet. Quæ quidem pœna Iudicio Castrensi repetetur. Pœna verò, contra Spiritualem euocantem Secularem, pro re ad forum Ecclesiasticū non pertinente, in Synodo generali proxima constitui debebit. Et interim Domini Episcopi Officialibus suis committere, & prouidere tenebuntur: *Sigis. Petrico. 1519. Folio 21.*

buntur: vt Seculares personæ, ad Iudicium Spirituale, pro re merè Seculari, non euocentur.

EXEMPTIO BONORVM.

Statut. Cracou. 1543. ¶ Pro exemptione bonorum Notarius iudicet. Vide in Titulo NOTARIVS.

Camerarij cum Notarijs iudicent, pro exemptione bonorum: iuxta Statutum: etiam si id fieri, intra tempus Comitiorum Regni contingat.

De authoritate Notarij, & Camerariorum, absente Iudice.

Ioan. Albert. Folo 98. EAndem authoritatem, in absentia Iudicis & Subiudicis, habituri, in causis, Citationumq; terminis, pro bonorum exemptionibus præfixis: sic vt reempturus bona, pecunias coram Notario, & Camerarijs reponet. quam Notarius ipse, cum Camerarijs, decernat recipiendas: & exemptionem faciendam. Quorum decreto si fortasse reniteretur eximendus: & de obligatione cedere nollet: nihilominus ipsi, cum libro Iudicio præsidentes, pecunijs iuxta tenorem obligationis receptis, ad Cancellariamque terrestrem repositis, decernant exemptionem factam: ita quoque exempti possessionem assignandam: eamque iuxta formam Iuris assignabunt parti, pecunias reponenti.

Exemptio bonorum hæreditariorum.

Kazi. Vislic. 1368. SI quis ad Iudicium citat aliquem, pro hæreditate, aut pecunia obligata: & ipsum ad Iudicium euocauit: & si tunc Reus in termino peremptorio non parebit: Actor lucrabitur nominatam pecuniam, aut hæreditatem, pecunia nihilominus restituta.

¶ Pro exemptione bonorum, in Maiore Polonia, ad Officium seu Iudicium Castrense citari potest, Vide in Titulo OFFICIVM CASTRENSE.

¶ De exemptione bonorum Regalium, Vide in Titulo BONA REGALIA. Fol. 45.

EXCEPTIO.

Statut. Crac. 1543. CVm iam super Citationem, Adcitationem, seu Concitationem ad satisfaciendum partes controuertunt: tum si aliqua partium, ab Iudicio postularet: poterit ab Iudicio, ad partē, cum aduocatis seu amicis suis, ad consilium secedere: idq; Propositione Actoris exaudita. Interea verò aliæ causæ, in Iudicio peragi poterint: ita tamen, vt rursus ex illo cōsilio redeundo, responsionem faciat Citatus.

Excommu-

EXCOMMVNICATIO. Vide in Titulis, SPIRITALIS, & PRIVILEGIVM.

EXPEDITIO IN BELLVM. Vide in Tit: BELLVM Fol. 24.

EXPECTATIVAE.

Expectatiuæ, Iurapatronatus, & solida, cassantur.

QVia multum Expectatiuarum, Iuri communi contrariarum, viuente sanctæ memoriæ Sereniſimo parente noſtro, tum etiam nobis ad gubernacula Regni ſedentibus, datum eſt: aſſentientes poſtulationibus Nũciorum Regni, & conſilio Conſiliariorum noſtrorum, omnes Expectatiuas, tam tempore Sereniſsimi parentis noſtri, quacunq; ratione & reſpectu contra Ius commune datas, ſimiliter etiam & Solida, aliâs communes poſſeſsiones, præterea & Iurapatronatus, quæ ſibi Spirituales in certas perſonas expedire ſolent, deſtruximus & caſſauimus: Sic quòd nullã vim habere debeant. Nos verò, neq; poſteri noſtri eas concedere debent. tamen Adiutalitates, & conſenſus omnes, ſecundum Statutum, in robore conſeruamus: qui quidem Iuri communi non ſunt contrarij. *Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550.*

EXPVLSI QVOMODO RESTITVANTVR IN BONA. Vide in Titulo RESTITVTIO. IN BONA.

EXTINCTIO CANDELAE. Vide in Titulo VVLNVS.

FACTOR.

Factorum, cum rebus venditijs euntium Iuramenta.

CVM frumentis, & ſtruibus, vel alio mercaturæ genere nauigantes, non minus ſoluere debeant telonia: vt ea ſoluunt terreſtri itinere negotiantes, & tam iſti, quàm illi, Iuramenta præſtabunt, in locis teloniorum: Quòd res & merces, non ſunt emptæ lucri gratia: ſed per eos, de proprijs collectæ. A quibus proprijs ſit liber quilibet Spiritualis, & Secularis: ſiue terra, ſiue aqua, merces proprias ſui laboris, ſeu domeſticas, ducerent. Conſtitutiones enim teloniorum, tam nouæ quàm antiquæ, ad mercatores tantummodo, ſiue Nobiles ſiue ignobiles, Spirituales & Seculares, referuntur. Hæc autem Iuramenta, factores curruum ſeu Nauigiorum, vel ſtruum, & ſcapharum, præſtituri erunt, in abſentia patronorum ſeu dominorum ſuorum. *Alex. Petric. 1504. Fol. 114.*

¶ SIMILIS. Telonium autem aquaticum, ſoluendum per Nobiles, iuxta Statutum antiquum relinquimus. vt videlicet frumentum ducens per ſe, vel factorem ſuum, iuret: Quòd cum frumentis proprij laboris naui- *Sigiſm. Crac. 1510. Folio 10.*

ris nauigat. Et hoc Teloneatores obseruabunt, pœna sub nostra.

Sigis. Petrico. 1511. Folio 17.

¶ SIMILIS. Item Statuimus: (id quod etiam antiqua Constitutione est cautum) Ne Regni nostri Nobilitas, à frumentis & rebus, proprio & domestico labore quæsitis, ad vlla telonia nostra soluenda sit obligata: à quorum solutione ipsam liberam esse volumus. Hoc tamen prouiso: ne dolus & fraus, cuiquam in hac parte patrocinetur.

Factoris semel iurati literis credatur.

Sigism. Crac. 1540.

NOlentes grauari subditos nostros minus necessarijs Iuramentis, (quibus etiam nomen Saluatoris nostri, quadam contumelia affici videbatur) Cùm in singulis telonijs aquaticis fluitantes iurare cogerentur, Eas res vel merces, quas fluitatione demitterent, esse eorum laboris proprij: Decreuimus, & Statuimus, Consiliarijs, & Nuncijs terrarum Regni nostri petentibus, & censentibus: Vt cùm aliquis, cum rebus & mercibus fluitans, vel illius seruitor Nobilis, iurauerit in primo telonio Capitali, Res & merces domini sui existere: eiusq; Iuramenti literas significatorias, sub titulo, & sigillo, vel ex Actis illius Officij, vbi iurauerit, exhibuerit: in alijs telonijs iurare non teneatur: sed illis literis significatorijs vbique stetur, & fides adhibeatur.

FALSATOR.

Qui alieno nomine falsas recognitiones facit.

Sigism. Crac. 1538. C 3

QVia impunitas magnam, dedit hominibus ad malum propensis, ad falsitates & collusiones admittendas, audaciam: vt non vereantur, per summissas & subornatas personas, vt in Iudicijs, aut apud libros Terrestres, certas recognitiones facerent: nomine earum personarum, quas sæpe contingit abesse longius, à loco Iudicij: & procurare, in detrimentum & perniciem ignorantium: Quam licentiam refrenare volentes, Statuimus: vt omnes tales, vbi sufficienti testimonio conuicti fuerint, pœna Statuti, de inuasione domus expressa, puniantur.

¶ De falsa Citatione, Vide in Titulo CITATIO. Fol. 70.

¶ Falsarij monetæ, qua pœna puniantur: Vide in Titulo MONETA.

FOENVM.

Fœni demessor probet, se emisse.

Kazim. Mag. Dissecta 1368. Folio 29.

BArtholdus deposuit querelam contra Andream: quòd pratum ipsius falcastrasset, & gramina abscidit: Andreas licèt sit confessus, prædictũ pratum se falcastrasse: tamen adijciendo proposuit, quòd idem pratum

VVladarius

VVladarius Bartholdi, pro certa pecunia sibi falcastrandum vendidisset: & pro eodem prato, pecuniam idem VVladarius recepisset: quem tamen mortuum asserebat. Nos autem, considerantes confessionem prædicti Andreæ, & mortem ipsius VVladarij, in tali casu Decernimus: eundem Andream probare, prædictam prati emptionem, & solutionem, taliter vt præmittitur esse factam.

Fœni currus, vi raptus, quanti.

ITem pro curru fœni, violenter recepto, damnum inferens soluat huic, cui abstulerit, tres Scotos, cum pœna *Piątnaćkiesta*: & pari modo Iudicio, seu Iudici, prædictam pœnam, in cuius iurisdictione hoc perpetratur, idem perpetrans soluere teneatur. *Kazim. Mag. Vislic. 1368. Folio 28.*

De depastore ac demessore fœni.

PRæterea Statuimus: Quòd si quis, in alterius villa vel possessione, in lacu, piscina, in aqua fluenti, in fœno, in frumento, aut in campis furtum fecerit: Iudicio conuictus, damnum passo satisfacere, & domino villæ, in qua huiusmodi furtum commissum est, ipse fur pœnam soluere teneatur. Depascentes verò & incidētes gramina cum falce, in tunica vel pallio impignorentur. *Kazim. Mag. 1368. Folio 38.*

FERA ACTA.

Fera acta, vel canes, ne vi capiantur.

STatuimus: Quòd si quis ceruum, aprum, aut onagrum alterius agitatum, vel captum, vi aut occultè, aut canes alienos ceperit, aut rapuerit: & pro se vsurparerit: talis vsurpans, pro ferinis, seu canibus, tres Marcas pro pœna: & alias tres Marcas illi, cuius fera fuit, soluere sit astrictus. *VVladisl. Iagell. Cracou. & Varthe 1423. Folio 47.*

FIDEIVSSOR SEV FIDEIVSSIO.

Fideiussor conuicto debitore Iudicialiter, det eius pignus creditori.

QVia ex facilitate obligationis, ad magna damna plerumque homines deueniunt, iure tenendum est: Quòd si quis fideiusserit, pro aliquo suo amico, pro certa pecuniæ quantitate, alicui ciui, vel alteri cuicunque, cuiuscunq; status vel conditionis existat: illo tunc non soluente, in termino adueniente & statuto, fideiussor non debet propter hoc, ad hospitium, in obstagium subintrare: aut aliqua damna facere, non soluentis in destructionem. Sed si est paruum debitum: detur ei pignus, & distrahatur. *Kazi. Vislicie 1368. Folio 38.*

ris nauigat. Et hoc Teloneatores obseruabunt, pœna sub nostra.

Sigis. Petrico. 1511. Folio 17.

¶ SIMILIS. Item Statuimus: (id quod etiam antiqua Constitutione est cautum) Ne Regni nostri Nobilitas, à frumentis & rebus, proprio & domestico labore quæsitis, ad vlla telonia nostra soluenda sit obligata: à quorum solutione ipsam liberam esse volumus. Hoc tamen prouiso: ne dolus & fraus, cuiquam in hac parte patrocinetur.

Factoris semel iurati literis credatur.

Sigism. Crac. 1540.

NOlentes grauari subditos nostros minus necessarijs Iuramentis, (quibus etiam nomen Saluatoris nostri, quadam contumelia affici videbatur) Cùm in singulis telonijs aquaticis fluitantes iurare cogerentur, Eas res vel merces, quas fluitatione demitterent, esse eorum laboris proprij: Decreuimus, & Statuimus, Consiliarijs, & Nuncijs terrarum Regni nostri petentibus, & censentibus: Vt cùm aliquis, cum rebus & mercibus fluitans, vel illius seruitor Nobilis, iurauerit in primo telonio Capitali, Res & merces domini sui existere: eiusq; Iuramenti literas significatorias, sub titulo, & sigillo, vel ex Actis illius Officij, vbi iurauerit, exhibuerit: in alijs telonijs iurare non teneatur: sed illis literis significatorijs vbique stetur, & fides adhibeatur.

FALSATOR.

Qui alieno nomine falsas recognitiones facit.

Sigism. Crac. 1538. C 3

QVia impunitas magnam, dedit hominibus ad malum propensis, ad falsitates & colluſiones admittendas, audaciam: vt non vereantur, per summissas & subornatas personas, vt in Iudicijs, aut apud libros Terrestres, certas recognitiones facerent: nomine earum personarum, quas sæpe contingit abesse longius, à loco Iudicij: & procurare, in detrimentum & perniciem ignorantium: Quam licentiam refrenare volentes, Statuimus: vt omnes tales, vbi sufficienti testimonio conuicti fuerint, pœna Statuti, de inuasione domus expressa, puniantur.

¶ De falsa Citatione, Vide in Titulo CITATIO. Fol. 70.

¶ Falsarij monetæ, qua pœna puniantur: Vide in Titulo MONETA.

FOENVM.

Fœni demessor probet, se emisse.

Kazim. Maz. Vilicia 1368. Folio 29.

BArtholdus deposuit querelam contra Andream: quòd pratum ipsius falcastrasset, & gramina abscidit: Andreas licèt sit confessus, prædictũ pratum se falcastrasse: tamen adijciendo proposuit, quòd idem pratum

VVladarius

VVladarius Bartholdi, pro certa pecunia sibi falcastrandum vendidisset: & pro eodem prato, pecuniam idem VVladarius recepisset: quem tamen mortuum asserebat. Nos autem, considerantes confessionem prædicti Andreæ, & mortem ipsius VVladarij, in tali casu Decernimus: eundem Andream probare, prædictam prati emptionem, & solutionem, taliter vt præmittitur esse factam.

Fœni currus, vi raptus, quanti.

ITem pro curru fœni, violenter recepto, damnum inferens soluat huic, cui abstulerit, tres Scotos, cum pœna *Piątnadzieśta*: & pari modo Iudicio, seu Iudici, prædictam pœnam, in cuius iurisdictione hoc perpetratur, idem perpetrans soluere teneatur. *Kazim. Mag. Vislic. 1368. Folio 28.*

De depastore ac demessore fœni.

PRæterea Statuimus: Quòd si quis, in alterius villa vel possessione, in lacu, piscina, in aqua fluenti, in fœno, in frumento, aut in campis furtum fecerit: Iudicio conuictus, damnum passo satisfacere, & domino villæ, in qua huiusmodi furtum commissum est, ipse fur pœnam soluere teneatur. Depascentes verò & incidẽtes gramina cum falce, in tunica vel pallio impignorentur. *Kazim. Mag. 1368. Folio 38.*

FERA ACTA.

Fera acta, vel canes, ne vi capiantur.

STatuimus: Quòd si quis ceruum, aprum, aut onagrum alterius agitatum, vel captum, vi aut occultè, aut canes alienos ceperit, aut rapuerit: & pro se vsurparerit: talis vsurpans, pro ferinis, seu canibus, tres Marcas pro pœna: & alias tres Marcas illi, cuius fera fuit, soluere sit astrictus. *VVladisl. Iagell. Cracou. & Varsbe 1423. Folio 47.*

FIDEIVSSOR SEV FIDEIVSSIO.

Fideiussor conuicto debitore Iudicialiter, det eius pignus creditori.

QVia ex facilitate obligationis, ad magna damna plerumque homines deueniunt, iure tenendum est: Quòd si quis fideiusserit, pro aliquo suo amico, pro certa pecuniæ quantitate, alicui ciui, vel alteri cuicunque, cuiuscunq; status vel conditionis existat: illo tunc non soluente, in termino aduenient & statuto, fideiussor non debet propter hoc, ad hospitium, in obstagium subintrare: aut aliqua damna facere, non soluentis in destructionem. Sed si est paruum debitum: detur ei pignus, & distrahatur. *Kazi. Visliciæ 1368. Folio 38.*

Si autem magnum: possessio debitoris, pro valore debiti, per fideiussorē apprehendatur: tradatq; illi, cui debitum dare tenetur.

Villanus non pignoretur, pro fideiussione domini.

Kazi. Visticia 1368. Folio 38. EX Iure Diuino debet obseruari: quòd iniquitas vnius non debet alteri obesse. Hoc Statuto igitur ordinamus: quòd pro pœna, obligatione, aut fideiussoria cautione, Militis, aut superioris alterius cuiuscunq;, Kmetho, vel subditus non debet impignorari: vel quòuis modo astringi. sed si Miles, aut quiuis alius, aliquo & quocunque debito, aut obligatione, vel fideiussione sit astrictus, & obligatus: ille de suis proprijs bonis & rebus, prout æquum est, soluat & satisfaciat creditori.

Si fideiussor dicat soluisse creditori.

Kazi. Visticia 1368. Folio 29. NIcolaus Mathiæ mutuauit decem Marcas: pro quibus Mathias Laurentium fideiussorem dedit: & post aliquot dies, idem Mathias debitor ipsi Nicolao creditori, in absentia Laurentij fideiussoris, eandem pecuniam exoluit: &, vt debuit, restituit. Tempore verò procedente, prædictus Nicolaus creditor Laurentium fideiussorem præfatum traxit, pro dicta pecunia, ad Iudicium, seu ad causam. Et quia idem fideiussor, in Iudicio constitutus, asserebat prædictam pecuniam per Mathiam debitorē principalem fuisse persolutam: Nos in tali casu Decernimus, probandam factam solutionem.

Fideiussor conuincit principalem vario modo, pro varijs summis.

Kazi. Visticia 1368. Folio 38. PRæterea Statuimus: Quòd quilibet fideiussor, illo negante, pro quo fideiussum fuerit, si debitum fuerit 20 Marcarum, solus: si verò fuerit 40, metsecundus: in maiori verò pecuniæ quantitate, mettertius ipsum debitum, pro quo fideiussum fuerat, fideiussor & duo alij firmabunt, proprijs Iuramentis.

Fideiussor bouem vel equum sui principalis, obligare non potest.

Idem Folio 38. ETiam Decernimus: quòd nullus fideiussor, pro illo pro quo fideiusit, in Iudicio equum vel bouē obliget. aliâs, si obligauerit: ad restaurationem damnorum, principalis debitor procedet: si præsertim processerit de eius voluntate.

Fideiussionis verbalis præscriptio.

Sæpe

SAepe fieri edocti ſumus multas contentiones, & controuerſias exoriri, inter ſubditos noſtros, ex eo: quia fuit incertum, quoad robur habitura eſſet cautio verbalis, per fideiuſſores verbo tenus facta. Volentes igitur eam dubietatem declarare, Statuimus, Conſiliarijs & Nuncijs terrarum ita petentibus, & cenſentibus: vt huiuſmodi fideiuſsiones, verbo tenus factæ, pro rebus, ſeu ſummis, & contractibus quibuſuis, non vlterius robur firmitatis obtineant: duntaxat per vnum annum, & ſex ſeptimanas. quibus currentibus, huiuſmodi fideiuſsiones, per illoſmetipſos fideiuſſores, ad Acta Terreſtria Caſtrenſia, ſiue noſtra Regalia inferantur: aut coram nobis recognoſcantur. Tunc enim ſic ingroſſatæ, robur debitæ obtinebunt firmitatis: ſecundum terrarum, & Iurium Caſtrenſium conſuetudinem. *Sigiſ. Cracou. 1540.*

¶ Qui pro rebus, ludo taxillorum amiſsis fideiubet, ad ſolutionem adigi non poteſt. Vide in Titulo, LVDVS TAXILLORVM.

¶ Qui fideiubet pro filio non emancipato, aliquid ludo perdente, ad ſatisfactionem minimè cogendus. Vide in Titulo, LVDVS TAXILLORVM.

FILIVS.

¶ Filius non emancipatus ſi ludendo quippiam amittit: pater ad ſolutionem non tenetur. Vide in Titulo, LVDVS TAXILLORVM.

¶ Pater pro ſcelere filij non tenetur. Vide in Titulo, PATER.

¶ Filij, moriente matre, maternalia bona à patre non priùs repetãt: quàm aliam vxorem duxerit. Vide in Titulo, PVPILLI.

Filio illegitimo matris vagabundæ caput eſt ſoluendum.

LAurentius conqueritur de MArtino: quòd ſibi matrem interfecit. Martinus reſpondit: quia Laurentius non fuit de legitimo patre, ſiue toro procreatus: & aſſerebat eum eſſe filiũ vagabundæ mulieris. Nos in tali, & ſimili caſu, caput matris exoluendũ, & obtinendum decernimus. *Kazim. Mag. Viſtic. 1368. Folio 22.*

FILIAE QVAE HAEREDITANT.

VT viam dubijs præcludamus: interdum contingit, filias poſt obitum patris, carentes fratribus germanis, in bonis hæreditarijs remanere: quas ſolent patrui, vel amici proximiores, nomine tutorio obſeruare, in hunc finem: quòd ipſas, quibuſcunq; conditionibus, ſiue pactis, de hæreditatibus excludant: volentes ipſis pecuniam, cùm maritantur, aſsignare. Eiſdem igitur de noſtra clementia prouidere cupientes, Statuimus deinceps: Quòd ſi mariti earum, taliter pecunijs à patruis, aut amicis, vel tutoribus receptis, ex pacto de non receptione bonorum ipſas concernẽtium aſtrin- *VVladiſl. IA. gell. Cracc. & Varſ. 1423. Folio 43.*

tium astrinxerint qualitercunque: siue per fideiussoriam cautionem, vel alio quocunq; modo, tale pactum interuenerit: aut aliquis fuerit astrictus: illud Decernimus irritum fore, & inane: vtq; prefatæ filiæ redeant, ad earum hæreditarias portiones: non obstantibus pactis, aut cautionibus quibuscunque. sed sponte præfatæ filiæ, bona sua hæreditaria (si ipsis placet) vendendi, vt antea, habeant facultatem, & omnimodam potestatem.

¶ Filiæ Kmethonum impossessionatorum, cum possessionatis maritis manere debent. Vide in Titulo, KMETHO.

¶ Reliqua de Filiabus, Vide in Titulo, VIRGO.

FISCVS.

¶ Nullius Nobilis bona confiscari debent, nisi Iure victi. Vide in Titulo, NOBILIS.

¶ Nemo euocare quempiam post Curiam, nisi pro re Fisci, debet. Vide in Titulo, BONA REGALIA. Fol. 45.

¶ In redemptione bonorum Fisci, qualiter literæ reuidendæ. Vide in Titulo, BONA REGALIA. Fol. 45.

FORA SEV TARGI.

In foro, prohibitiones ne sint.

Kazimi. 2. in Nieszowa & Opoki, 1454. Folio 95.

ITem quoniam in emptionibus, & venditionibus rerum, æqualitas est seruanda, Statuimus: vt Ciuitates nostræ, & omnes aliæ, non faciant prohibitiones in foris, pro vtilitate sua, & incommodo aliorum, aliqua signa in foro prohibitionem designantia extendendo: sed vnicuiq; ad forum venienti, liberum sit vendere, & emere rem suam, ad placitum suum. Quòd si ipsi ciues cõtrarium fecerint: habeat Capitaneus noster ipsos puniendi, in pœna trium Marcarum, facultatem.

In villis, fora non exerceantur.

Sigismundus 1538. B. 1.

ITem cùm Christianis Iura Regni, mercaturas & fora in villis facere, prohibeant: multò minus hoc Iudæis licere censemus. imò sub grauissimis pœnis, ne talia audeant, eis interdicimus, & prohibemus: sub amissione rerum omnium, iuxta antiquum Statutum, confiscandarum.

Ne mercata fiant in villis: & pœna secus facientium. Negociatores etiam vijs publicis eant.

Sigism. 1507. Folio 7.

PRouidere volentes indemnitati oppidorum, & eorum subditorum, in quorum præiudicium mercata in villis fieri consueuerunt, Statuimus & decer-

& decernimus: Vt Capitanei locorum, mercata in villis, per publicas proclamationes, exerceri prohibeant: & maximè, ne in villis, & cæteris locis, quibus fora ex Priuilegio nō sunt concessa, vlnis, & talento, fiat rerum venditio. Secus facientes, per rerum venditioni expositarum receptionē, puniantur. exceptis, frumento, pecoribus, pecudibusque. Ipsi etiam Capitanei prohibituri sunt negotiatoribus: quòd non nisi vijs consuetis, & publicis stratis, telonia & publica loca non declinando, vadant: sub rerū, quas per obliquas vias vexerint, priuatione.

Pauperes & baiuli, extra Regnum, etiam ad Fora & molendina, proficiscantur liberè.

LIceat verò hominibus pauperibus, & in ipsis Regni limitibus constitutis, molere frumenta sua, in molendinis sibi vicinioribus, etiam extra fines Regni nostri sita: possintque libere ire ad fora ciuitatum, & oppidorum vicinorum, Regno nostro non subiectorum: ad eaque inferre tantum carnium, & aliarum rerum venalium: quantum humeris, seu lacertis proprijs sustinere, & portare possit. *Sigism. Crac. 1540.*

Foralia non exigantur.

FOralia etiam, iuxta antiquam consuetudinem & Statuta Regni, non exigantur à Nobilitate, & eorum subditis: cùm frumenta, & res suas domesticas, ad victū spectantes vendunt: aut etiam emunt aliquid, pro vsu suo domestico. *Sigism. Petri. 1523. Folio 29.*

Reuenditores Foralia soluant.

QVicunque ad reuendendum aliquid emunt, in ciuitatibus, vel oppidis: illi Foralia solita, & licita, soluere tenebuntur. A rebus verò mechanicis, quas subditi Nobilium ducunt ad Ciuitates & oppida, vt puta rotis, scutellis, cantharis, & alijs id genus, Foralia moderata accipiātur: iuxta antiquam consuetudinem. *Ibidem.*

¶ Reliqua de Foralibus, ex Nobilitate eorumq; subditis non exigendis, Vide in Titulo TELONIVM.

¶ Dominus si exactorem suum non statuerit coram Iudicio: pro eo satisfacere teneatur. Vide Titulo TELONIVM.

FORMVLAE INSCRIPTIONVM.

Vide in Titulo INSCRIPTIO.

FLVMEN.

Ad vsum fluuiorum, qui bona Regalia dissterminant, vicini admittantur.

Sigiſ. Cracou. 1507. Folio 4.

NE grauentur ſubditi noſtri vicinia bonorum noſtrorum, per Capitaneos, Statuimus: Vt cùm fluuius aliquis, noſtra & eorundem ſubditorum bona diſterminat, quæ ipſius fluminis ripis vtrinque adiaceant: liberè admittantur ijdem ipſi ſubditi noſtri, ad vſum eiuſdem fluminis: iuxta latitudinem bonorum ſuorum adiacentium.

Ne quid in fluminibus publicis nauigationem impediat.

Kazim. tertius 1447. Folio 90.

INter cæteras Reipub. curas, ſolicitat mentem noſtram vehementiùs: vt ſingulas è Regno noſtro damnoſas obſeruantias, & abuſus euellamus: & quæ incrementum Reipub. adijciunt, plantemus. Sanè etſi flumina noſtra Regni noſtri Poloniæ, *Wiſłá*, *Niepr*, *Styr*, *Narew*, *Wártá*, *Dunáiec*, *Wiſłoká*, *Bug*, *Buki*, *Wieprz*, *Tyßmienicá*, & *San. Nidá*, *Proßna*, & quæcunque alia in Regno noſtro coſiſtentia, cum ſuis alueis, Regia noſtra ſunt: nec poſsit illa quiſquam Iure priuato vendicare: plures tamen numero, obſtaculis & ſepibus clauſerunt mercatoribus per illa tranſitum: pluris æſtimantes capturam piſcium, quàm bonum publicum, & abundantiam rerum neceſſariarum. vnde ſolenni deliberatione præhabita, Decreuimus: flumina prędicta, & eorum alueos, aliunde tranſeuntibus, infra & ſurſum. cum quibuſcunq; nominibus rerũ venalium, eſſe debere libera. Et propterea omnes homines, cuiuſcunque conditionis exiſtant, per præfata flumina facientes aſcenſum, vel deſcenſum, cum rebus eorum & mercibus, cuiuſcunque generis, vel ſpeciei, vel materiei exiſtant, prohibemus occaſione qualicunque, & ſignanter ruptionis obſtaculorum, ad ſolutionem telonij vel damni cogi: cùm non ſepibus, ſed retibus piſcandum ſit. Vbi tamen aliquem obſtaculi delectat vtilitas: portas in illo latas faciat: quæ tranſeuntibus liberum præbeant nauigium. Si quis autem huiuſmodi conſtitutionis ſaluberrimæ, temerarius violator extiterit: & aliqua à tranſeuntibus, quocunq; colore, vel arte, aut ingenio exigere præſumpſerit: iubemus, ablata ad integrum reſtitui: & tranſgreſſorem, ſine quauis dilatione, in primo termino conuentum, pœna quæ dicitur Polonicè *Siedmnadcieſta*, per Capitaneum loci volumus multari. Iura autem hæc præmiſſa, & obſtacula noſtra Regia, in quibuſcunq; locis conſiſtant, volumus reſeruare in hanc conſtitutionem, à noſtris obſtaculis inchoari Regalibus. vt nulla ſit grauis iuſsio: quę conſtringit & Principem.

Simile Statutum.

Ioan. Albertus Petric. 1496. Folio 97.

APProbantes Conſtitutionem paternam, ſuper nauigatione fluuiorũ ſancitam, Decreuimus: eius Statutum præſenti noſtro, ſuper fluitationibus, innouandum: ſic videlicet, Quòd etſi flumina Regni noſtri, videlicet

delicet *Wiſlá*, *Niepr*, *Styr*, *Narew*, *Wártá*, *Dunáiec*, *Wiſlokà*, *Bug*, *Wieprz*, *Tyſsmienicá*, *San*, *Drwánczá*, *Budá*, *Nidá*, *Prośnia*, *Noteſz*, & alia in Regno noſtro exiſtentia, cum alueis eorum, noſtra fuerint: non poſsitq; quiſpiam illa Iure priuato vendicare: tamen cùm (vt à Nuncijs terrarum accepimus) per nonnullos, multò pluris æſtimantes captúram piſcium, quàm vſum publicum, & abundantiam rerum neceſſariarum, ſubditos noſtros (quorum bona, ſupra ripas fluuiorum ſituantur prædictorum) adeò fuerint clauſa obſtaculis multis, & ſepibus: vt mercatores nauigantes, illa fluitare non poſſent: Iccirco ad tollendum errorem & impedimenta, circa fluitationes fluuiorum prædictorum liberas, committi ſolitum atque ſolita, ſupplicibus ſubditorum omnium petitis ſatisfacientes, Statuto præſenti Decreuimus, & Decernimus: fluitationes & nauigationes, in fluuijs præſcriptis, & in cæteris alijs Regni noſtri, alueiſq; eorum, ſurſum & infra, cum rebus quibuſcunq; venalibus, cuiuſcunq; generis, ſpeciei, differentiæ, & materiei fuerint, quomodocunque nominatis vel nominandis, nauigantibus nauigaturiſque, ipſa quoq; flumina & alueos debere eſſe libera: atque liberos omnes & ſingulos homines, cuiuſcunque conditionis exiſtentes, ijſdem fluminibus aſcenſum aut deſcenſum facientes, cum rebus eorum vniuerſis prædictis: Prohibentes præſenti Decreto noſtro, occaſione quauis, & præſertim ruptionis obſtaculorum, ad ſolutiones aut teloniorum aut damni, cogendos. præſertim cùm non ſepibus, ſed retibus piſcandum ſit: vt tenet vſus. Vbi autem quempiam habendi obſtaculi delectat vtilitas: in & de illo, latiora oſtia ſolito conſtituat: per quæ pateat tutius & liberius nauigium, nauigare volentibus. Cuius noſtræ Conſtitutionis, ſi quiſpiam temerarius violator fuerit: aut de nauigantibus ſolutiones aliquas, colore, arte, aut ingenio quocunque exegerit: eas iubemus, & decernimus, integrè reſtitui: tranſgreſſoremque, qualibet excuſatione & dilatione ceſſante, coram loci Capitaneo conuentum, pœna *Sicdmnaćkieſta*, per eum ipſum Capitaneum puniri. Quam Conſtitutionem etiam in noſtra obſtacula volumus extendi: & ab illis primùm executionem eius inchoari. vt exinde validior videatur eſſe iuſsio quæ conſtringat & Principem.

Ex Fluuijs obſtacula tollantur.

ET quia fruſtra eſſet Iura condere, quæ non eſſent executioni demandata: idcirco Promittimus, Statutum præſens noſtrum exnunc promouere, ad effectum celeriùs conſequendum: & efficere authoritate noſtra, vt fluuij purgentur: & illis regnicolæ noſtri liberè fluitabunt. *Albert. Pet. 1496. Folio 5.*

Fluuij ſint liberi.

Item

Sigiſ. Petrico. 1511. Folio 16.

ITem licet antiquis Statutis conſtitutum eſt: vt fluuij, *Wiſłá, Wárta,* & alij, debeant eſſe liberi, & nauigabiles: contumacia tamen quorundam ſubditorum noſtrorum factum eſt: quòd hactenus, propter ſepes, quæ obſtacula vocant, & molendina in ipſis fluminibus facta, ſunt impertuij & liberę nauigationi minimè patentes. Ideo Statuimus: vt prędicta flumina, ſub pœna ſexaginta Marcarum purgentur: & in eis oſtia fiant: per quæ naues onuſtæ, & trabes contextæ, ſiue ſtrues, quæ vulgo *Tráffty* vocantur, liberè deuehi poſsint. quod ſub eadem 60. Marcarum pœna, hinc ad medium Quadrageſimæ fieri debet. Quòd ſi ſecus quis facere auderet: tunc ad noſtrum Iudicium Citatus, in primo termino, tanquam peremptorio, condemnari debet, in prædicta 60 Marcarum pœna. Cui etiam pœnæ, noua obſtacula in ijſdem fluminibus facientes, volumus ſubiacere.

Libera nauigatio per Capitaneos defendenda.

Sigiſm. Crac. 1532. A 3.

POſtulantibus terrarum Nuncijs, vt libera ſit nauigatio fluuiorum, in Statutis dudum deſcriptorum, reſpondendum ex vnanimi conſenſu Conſiliariorum noſtrorum duximus: reſpondemus, Decernimuſq; præſentibus: vt fluuiorum, in Statutis dudum ſuper hac re confectis expreſſorum, & aliorum nauigabilium, obſtacula, aggeres, & alia quæuis impedimenta, cuilibet ſurſum deorſumúe nauiganti, peruia reddantur: & vt cótra ſecus facientes, per locorum Capitaneos, executio Statutorum, & pœnæ in illis deſcriptæ extendantur.

Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550.

SIMILIS. Flumina omnia, (ſicut eſt in Statutis deſcriptum) ad demittenda frumẽta, & omnia labore facta, ac merces, libera eſſe debent.

Flumina ab obſtaculis libera ſint.

Sigiſ. Auguſt. Petric. 1557.

QVod hactenus prohiberi id non poteſt, vt flumina ab obſtaculis libera ſint: renouando antiquiora Statuta, Statuimus: vt ſinguli, quicunque habent obſtacula in ſuis bonis, ad feſta Pentecoſtes proximè ventura deijciant. excepto obſtaculo, in fluuio San, circa Premiſſiam: propter ſal noſtrum. Qui verò id non fecerit: ſupra pœnas in Statuto deſcriptas, quas in robore conſeruamus, centum Marcis puniri debet. quibus ſolutis, vtiq; obſtaculum deijcere tenetur: ſub eadem pæna, totiens quotiens. Et quilibet, pro eadem pœna, ad Officium Caſtrenſe citari poteſt: atq; ibidem eandem peremptoriè ſoluere debet. cùm ſit eius rei facilis probatio: vtpote quæ oculis conſpici poteſt.

Primùm autem omnium Succamerarius, in negotio limitationis, naturalem limitem ſpectet: nempè riuulum, aut fluuium interfluentem, ſeu alueum nouum & antiquum, aliàs Rzeczysko, hæreditates limitantem.

Crebra

CRebra altercatione inter noſtros ſubditos, ſuper limitibus, in hæreditatibus ipſorum diſtinguendis, graues ſuſcitantur quæſtiones. ex quibus augentur expenſæ: & labori nimio interdum ſupponuntur diſcordantes. Et quia fluuij, & fluuiorum aluei, vt plurimum inter hæreditates, poſſeſsiones, & villas, fluunt & habentur: vnde ſi quæ villæ, aut hæreditates inuicem conueniunt, aliquo fluuio, vel riuo mediante: ſi inter eaſdem hæreditates, non ſunt limites de Iure facti: tunc illa quælibet hæreditas, ſuam teneat ripam illius fluminis, ſeu riui, ad illam hæreditatem protenſam: & idem fluuius, ſeu riuus, pro limite ſemper ſit habendus. Qui fluuius, ſeu riuus, ſi etiam omiſſo primæuo alueo, per alia loca ſuum diuertit meatum, ſeu defluxum, ſine miniſterio hominis: ſed propria virtute naturali: nihilominus eiuſdem fluuij primæuus alueus, vbi ante decurſus aquę fuit, verus limes hæreditatum illarum erit. In quo antiquo fluuio, ſeu riuo aliàs antiqui fluuij alueo, homines vtranque villam ſeu hæreditatem illam inhabitantes, licitè ſuas facient piſcaturas. prout faciebant tunc: cùm aqua ſuum primæuum ſeu antiquum curſum, in eodem antiquo alueo habuit. Sed ſi fluuius, ſeu riuus huiuſmodi, per hominis induſtriam auerſus eſſet, ab antiquo curſu, & alueo: vt in alium nouum influeret alueum: tunc ille nouus alueus hæreditates limitabit. Dabit quoq; ſic, vt antiquus ille alueus dare conſueuit, vnam ripam vni hęreditati: alteram alteri, quam alluit. Quo caſu, dum per hominis induſtriam fit fluminis auerſio, vna hæreditatum ipſarum, illa videlicet, in qua remanet antiquus alueus, omnem & integram habeat proprietatem, in alueo & ripis antiqui fluuij, ſeu riui.

Kazi. Magn. Viſtic. 1368. Folio 8.

FRATRES.

Frater, fratris minorennis bona ne alienet. debita verò fratris ex communi ſoluat.

IN primis ſiquidem attendentes: quòd plures filij primogeniti, vel ſeniores, parentibus defunctis, licenter & ſine aliquo metu vel reſpectu, ſubſtantiam paternam ſumptu prodigo effundunt: & quæ in ſplendorem, & augmentum domus illorum, parentum virtutibus, obſequijs, vel meritis collecta fuere, mutuò in incontinentia diminuunt: taliterq; fratres, in puerili ætate poſiti, bonis paternis, quorum eis æqua portio debetur, fraudantur. Quocirca perpetuo Statuimus & decernimus edicto, & inuiolabili prohibemus decreto: Ne filius ſenior, aut primogenitus, poſsit & valeat bona fratrum ſuorum, ſub quocunque colore, arte, vel ingenio, vltra portionem eum tangentem, indebitare, vendere, obligare, vel alienare, dare, diſtrahere. niſi fortè debitorum onus, per parentes contractum, illud exigeret & expoſceret. Sed nec pro ſolutione huiuſmodi debitorum,

Kazi Iagellon. Pertic. 1447. Folio 89.

licebit sibi aliquid vendere, obligare, aut distrahere: nisi ad id seniorum domus suæ accesserit consilium, consensus, & voluntas: & pecunia, ex venditione proueniens, summam debitorum non excedat. Vbi verò parua, aut nulla parentum extiterint debita: tenebitur frater senior, deductis suis congruis oneribus, impensis, & expensis, censum & prouentus, ex bonis prouenientibus, fideliter ad soluendum huiusmodi parua debita conuertere: & omnia residua conseruare, inter cæteros fratres æqualiter partienda. Si quid autem in contrarium huic decreto nostro factum fuerit: totum id irritum decernimus, & inane. Sic enim æquitatis libra seruabitur: si auxilium largimur imparibus: & metum legum, pro paruulis, insolentibus imponemus.

Frater diuisus nominatim, indiuisus verò generaliter, citari debent.

Kazim. Mag. Distinc. 1368. Folio 19.

QVamuis negotia mortua & finita, tãquam & quasi contra naturam, suscitare difficile est, & retractare: reperiuntur tamen nonnulli, qui coloribus exquisitis, mortua & finita negotia moliuntur & conantur refricare: in hoc videlicet, quòd licet aliqui fratres seu sorores, cum fratre sint in bonis paternis abinuicem separati, & diuisi: tamen si contingat, quòd aliquis fratrum eorundem, in quæstione hæreditaria, recipiat contra se sententiam definitiuam: post modũ alter ipsorum accedens ad præsentiam Iudicis, allegat se contemptum: & ad eandem quæstionem, tanquam illum cuius intererat, non vocatum: postulans, ex hoc debere eandem sententiam retractari. & sic huiusmodi sententia, per talem petitionem consueuit retractari. Vnde Nos volentes, quòd in huiusmodi litibus certus finis habeatur, Statuimus: Quòd vbi fratres, vel sorores, fuerint abinuicem in bonis paternis diuisi & separati: si contingat vnum ipsorum, in hæreditaria quæstione, contra se definitiuam sententiam reportare: alteri ipsorum postmodum sit penitus interdicta potestas infirmandi, seu redarguendi sententiam eandem: Sed pro parte hęreditaria duntaxat, ipsum contingente, mouendi qnæstionem plenam habeat facultatem. Si verò huiusmodi fratres, vel sorores, cum fratre non fuerint in bonis paternis abinuicem separati, & diuisi: si ad annos legitimos ætatis peruenerunt, & habentes plenam discretionem: Volumus, vt in hæreditate, pro qua quæstio agitatur, vel ventilari speratur, per Ministerialem (vt in alia Constitutione docetur) terminus citationis, iuxta edictum publicè apponatur, citando: Vt si quis sit, qui habet, vel habere possit aliquod Ius, in dicta hæreditate, vel ad hæreditatem, aut sua quomodolibet interfit, die protũc assignata veniat, & compareat, Ius suum ostensurus. aliâs, si post talem

Citatio-

Citationem, eo cuius intererat non comparente, definitiua ſententia ſuper eandem hæreditatem proferatur: Cuilibet poſtmodum venienti, & volenti eandem ſententiam agere & refricare, ſeu innouare, vt in caſu precedenti ſit interdicta poteſtas, ſed ipſam ſententiam decernimus habere perpetuum robur.

Si ſenior frater cauſa cadit: & iunior eandem renouare vellet.

FAlco pro hæreditate agebat, contra Henricum: Henricus autem, oppoſita longi temporis Præſcriptione: ac ipſam Præſcriptionem, vt debuit, probauit: Iudex autem ipſum Henricum abſoluit, ab eadem petitione, ſilentium Falconi imponendo. Poſthæc veniens Nicolaus, iunior frater Falconis, refricat & innouat eandem quæſtionem. Nos itaque finem litibus imponere cupientes, Declaramus: eundem Nicolaum, fratrem iuniorem prædicti Falconis, non eſſe audiendum: & ſententiã Iudicis tranſire in rem iudicatam. *Kazim. Mag. 1561. Folio 20.*

Fratricidæ, parricidæ, ſororicidæ, non ſuccedunt in bona occiſorum: & infames iudicantur.

ET licet lex, tam Noui quàm Veteris Teſtamenti, fratricidium, & alia ſæua Crimina, grauiter puniat & damnet: tamen quidam, velut hoſtes proprij ſanguinis, & honoris, legis pœnam minùs formidantes, fratricidium committunt: ſorores etiam, vel proximos occidunt. vt ex eorum morte, bona hæreditaria lucrentur. Volumus itaq;, vt vnde bona hæreditaria & lucra habere cupiunt, inde damnis afficiantur: aut puniãtur, in quo peccauerint. ideo omnes regnicolæ, & Nobiles Regni noſtri, fratres aut ipſos conſanguineos interimentes, in hæreditaria ſuccedere poſſeſsione non valebunt: nec vllum ad eam acceſſum obtinebunt. quinimo ſententiamus ipſos, & ipſorum filios, & priuamus omni legitima talium hæreditatum portione: in quibus bonis, ſeu hæreditatibus, alij conſaguinei, licèt remotiores in linea obtinebunt ſucceſsionem. Quos (in aggrauationem culpę ipſorum, propter immanitatem Criminis) omnes fratricidas, & parricidas, infames pronuciamus: & inhabiles, ad aliquos honores promouẽdos. *Kazim. Mag. Folio 22.*

¶ Fratres indiuiſi, fratrem ad Expeditionem bellicam vnum mittere poſſunt. Vide in Titulo BELLVM. Fol. 24.

FRATERNITAS.

Licet Fraternitates abrogantur: officia tamen illarum in Eccleſia maneant.

Sigis. Auguſt. Petric. 1550. QVia Fraternitates iamdudum à prædeceſſoribus noſtris ſublatæ ſunt: & Nos eaſdem, etiam iuxta priora Statuta tollimus, & in nihilū conuertimus. præter ordinem & obſequia Eccleſiarum.

Fraternitates tolluntur.

VVladiſl. Iagello Fol. 47. AD præcludendam viam Fraternitatibus, quas mechanici obſeruant ciuitatum, Statuimus: quia Palatinus, & Capitaneus, cum alijs Dignitarijs terræ illius, ſingulis annis, in certa die, menſuras tam frumentorum, quàm pannorum, & aliarum rerum terreſtrium, quæ ad forum per Kmethones adducūtur, & quæ in Regno inueniuntur, precio indicere, & corrigere debeant: iuxta conſuetudinem diutiùs obſeruatam. vt circa eaſdem menſuras, & precia, fraudes non committantur. Et ſi amplius, contra hāc noſtram conſtitutionem, dictæ Fraternitates, in quibuſcunq; ciuitatibus inter mechanicos inueniantur, ſeu reperiantur: tunc illi mechanici, inter quos talis Fraternitas fuerit reperta, pœnam ſeptuaginta Marcarum, aliàs *Siedmdźieśiąt*, cameræ noſtræ applicandam, nouerint ſe incurſuros.

Fraternitates etiam fuerunt permiſſæ. ſi modò Palatini, cum Dignitarijs, precia rebus ex æquo conſtituant.

Sigiſm. Crac 1532. A 4. DE Communitatibus, quas Fraternitates ſeu *Cédhy* in ciuitatibus & oppidis vocant, non viſum eſt Nobis cum Senatu, quicquam immutare. Nam & illæipſæ communitates, ſeu Fraternitates, poſt veterum Statutorum decreta, vbique reperiuntur hucuſq; toleratæ: & nouis, & antiquis literis, & Priuilegijs roboratæ: & ſubditi cuiuſcunq; ſtatus Regni noſtri, ex eorum ordinationibus, Priuilegijs rationabilibus roboratis, nihil incommodi ſuſtinere videntur: vbi per Palatinos, & alios Officiales, ſeu Dignitarios, illis abuti non permittūtur. Quapropter, cum Senatu vniuerſo Statuimus, & decernimus: vt deinceps Palatini, cum Dignitarijs, & Officialibus, ad hanc prouinciam obeundam ſibi adiunctis, prouideant, iuxta tenorem & decreta Statutorum, de precio rerum venalium, & ſalario mechanicorum antea conditorum: ne quiſpiam contra æquitatem, & diſpoſitionem Statutorum, tam in rebus venalibus, ad communem omnium vſum neceſſarijs, quàm in operis, & precio artificum mechanicorū ſoluendo, admittatur.

Fraternitates artificum tolluntur.

Sigiſ. Petric. 1538. C 3. FRequentibus vniuerſæ Nobilitatis, & eorundem Nunciorum, vniuerſorumq; ſubditorum Regni noſtri querelis permoti, Statuimus: Vniuerſa Contubernia, quæ & Fraternitates artificum appellantur, omniaq; incon-

inconuenientia in eis, in damnum & iniuriam ſubditorum Regni noſtri excogitata, in omnibus ciuitatibus & oppidis Regni noſtri, tollenda & amouenda eſſe. quemadmodum Nos ea, decreto noſtro, in hoc Conuentu ſuſtulimus.

De eiſdem Fraternitatibus.

QVandoquidem Fraternitates ciuitatum, libertatem Nobilium offendunt, Mandamus Palatinis: vt vnuſquiſq; in ſuo Palatinatu cuſtodiat hoc, & diligens ſit: ne ipſę Fraternitates ſeruentur, in detrimentum libertatis terreſtris. Et quicunq; huic edicto aduerſarentur: tales, Palatini ad ſe Citare, & pœna centum Marcarum, quoties hoc comitterent, punire debent. pro quibus, ad Capitaneos pro executione remittant: & Capitaneus tenebitur executionem facere, ſub amiſsione Officij. pro quo debet deferri coram noſtra Maieſtate Regia, per Palatinum. Et Palatinus ſimiliter negligens, conſimiliter etiam puniri debet. *Sigiſm. 1548.*

FRVMENTVM.

SVadente commodo ex libertate cõmerciorum, inter Regna & dominia vicina proueniente, Statuimus: vt tam ſubditi Regni noſtri, extra Regnum educendi, quàm aduenæ undecunq; venientes, apud noſtros ſubditos in Regno noſtro emendi, & euehendi omnis grani frumenta, liberam habeant facultatem: prohibitione Capitaneorum, vel Officialium ciuitatum, non obſtante. niſi Regni noſtri vrgens, vel euidens vtilitas, aliud ſuaſerit. quod arbitrio & moderationi noſtræ, volumus eſſe reſeruatum. *Sigiſm. Crac. 1532. A 4.*

Nobiles, Bydgoſtiæ frumenta ſua liberè vendant.

TErrigenis Cuiauitis conquerentibus nobis: quia per oppidanos Bydgoſtienſes noſtros illibertarentur: qui terrigenæ, dum ex rure frumẽtum, ex mercatu antea facto, cuipiam transferunt in oppidum, mox alij oppidani, non facto mercatu illud recipiebant: in domoſq;, ſeu promptuaria ſua deponebant: pro quo tametſi ſolutiones impendebant: tamen quia iſtud facerent in præiudicium priùs ementis, & in illibertationem Nobilium: Idcirco Statuimus: Quòd Bydgoſtię ſit Nobilibus libera frumentorum venditio, & deductio, ſine aliquo aliorum oppidanorum impedimento. quorum coërcio, Capitaneo pro tempore exiſtenti ſit commiſſa: ſintq; deſuper literæ Regiæ, quotiens opus erit, pœnam Regalem quatuordecim Marcarum, ex perſona contemnente exigendam, continentes comminatam. *Alex. in Radom. 1505. Folio 119.*

Gedanenſes Priuilegio doceant: quòd Nobiles cogantur illis frumenta ſua vendere.

Sigis. Cracou. 1539. GRauiter questi sunt Nobiles Regni nostri, de magnis difficultatibus: quibus in frumenti venditione premi se, à Gedanensibus Ciuibus & subditis nostris, dicebant. qui plerunq; in has eos angustias adducunt: vt quanti ipsi velint, frumenta distrahere cogantur: dum præcisa est potestas alijs ea, quàm Ciuibus Gedanensibus, vendendi. Horum itaq; clamoribus assiduis victi, facturum Nos polliciti sumus: vt in his, quæ proximè habituri sumus Comitijs, Gedanensibus exhibere Iura sua & Priuilegia mandaremus: quibus nixi, liberam cui velint frumenta vendendi facultatem, nobilibus Regni nostri non permittunt.

Frumentum mutuatum, intra quatuor annos repetatur.

Kazim. Mag. 1508. Folio 19. FRanciscus Gregorio mutuauit viginti mensuras tritici: quas pluries monitus, non restituit: Gregorius autem quæsiuit ab ipso Francisco: quando sibi prædictum triticum mutuasset: respondit, Quatuor annos esse elapsos. Nos, ipsi Francisco imposuimus silentium: propter tanti temporis decursum, & suam taciturnitatem.

FRVGES, SEV SEMEN.

Qui alienas fruges capit, die aut nocte, qua pœna puniri debet.

Kazi. Vistic. 1568. Folio 28. ITem pro vna cassula cuiuscunq; grani, in die recepta, pœnam Iudicio sex Marcarum: & damnum passo, quindecim, aliâs *Piątnadzieśta*, recipiens soluere teneatur. Si autem tempore nocturno id factum fuerit: tunc furtum esse decernimus, & declaramus.

Si frugum nocturnus fur capiatur, & occidatur.

Kazi. Vistic. 1568. Folio 27. ET licet Canonica sanctio, depopulationes agrorũ magno odio habeat: tamen temerarios à malo non auocat: nisi addatur torques collo ipsorum, & temporali disciplina impiè puniantur. propter quod Statuimus: Vt si alicuius Militis, Prælati, ciuis, aut alterius hominis simplicis familiaris, frumenta Kmethonum, vel quorumcunque, de nocte receperit: licitum sit domino frumenti, aut suis seruis, vel amicis, ipsa defensare: equos rapientium, vel alias res, pro se liberè tollere. Et si tunc quempiam occiderint, impunite volumus ipsum pertransire: dominum verò illum, de cuius dominio tales exiuerunt depopulatores, in pœnam *Piątnadzieśta* nobis decernimus incidisse. Et si vulnerauerint, vel occiderint frumentorum defensorem: soluant vulnera læso: vel caput pueris, aut amicis, cum pœnis prænotatis.

FVMALIA.

Ideo ob

IDeo ob merita fideliaque seruitia facta, & voluntates vniuersitatis ipsorum, (quę Nobis, & nostris pueris vtriusq; sexus, facto fideli omagio, præstiterunt: & in posterum, loco & tempore, fidelia seruitia sunt parati, dante Domino, exhibere) eos speciali fauore prosequendo: ciuitates, Castra, possessiones, oppida, & villas, incolas villarum totius Regni Poloniæ inhabitantes, ipsorum Baronum, & Nobilium omnium, absoluimus, liberamus, & eximimus: ab omnibus & singulis collectis, donationibus, siue tributis, tam generalibus quàm specialibus, quocunq; nomine censeantur: & ab omnibus seruitijs, laboribus, vexationibus, angarijs, præangarijs, in rebus & personis committendis, purè & simpliciter solutos, & absolutos esse volumus, & exemptos. Sed his tantùm volumus esse contenti: quòd duo Grossi vsualis monetæ, in dicto Regno currentis, quorum quadraginta octo Marcam faciunt Polonicalem, de quolibet manso vel sorte, locatis vel possessis, singulis annis, Nobis & nostris successoribus, in festo Beati Martini Confessoris, in signum summi dominij, & recognitionem Coronæ Regni Poloniæ, exoluantur.

Ex Priuilegio Ludouici Cassouiæ, 1374. Folio 40.

¶ Idem repetitur, in Titulo LIBERTAS.

Communi moneta vel Pragensi Fumalia soluantur.

DEcernimus, & edicto perpetuo Statuimus: vt à modo, in dictis terris Cracouiensi & Sandomiriensi, non alia nisi currens, & communis in Regno moneta, pro huiusmodi exactionibus nostris exigatur. hoc prouiso: quòd si aliqui subditi nostri, in dictis terris, à suis Kmethonibus, pro ipsorum censibus Grossos Pragenses receperint, vel recipere voluerint: illi etiam Kmethones ad soluendum Nobis similes Grossos Pragenses, pro exactionibus nostris, per nostros collectores, arceantur.

Ex Priuilegio VVladisl. prope Czerwicense. Folio 49.

Kmethones Fumalia dent, non Sculteti, molendinatores, tabernatores, seruitores, & hortulani.

ABsoluimus insuper & perpetuò liberamus, omnes & singulos omnium nostrorum terrigenarum kmethones, ab omnibus solutionibus, contributionibus, & exactionibus, vecturis, laboribus, equitaturis, Podvvodis dictis, angarijs, grauaminibus, frumentorum dationibus, dictis *Sep* vulgariter: præterquam duos Grossos monetæ vsualis Polonicalis, & in Regno Poloniæ communiter decurrentis. Quos quidem duos Grossos, quilibet kmetho prędictorum terrigenarum, de quolibet laneo possesso soluet: etiam si illum plures personæ possideant: Scultetis eorum, & seruitoribus, (quos ab huiusmodi solutione duorum Grossorum volumus esse liberos, & exemptos) necnon molendinatoribus, tabernatoribus, & hortula-

Ex Priuilegio VVladislai Iagellonis in Iedlna, 1433. Folio 51.

hortulanis, non habentibus nec colentibus agros, hoc eſt, manſos, ſeu laneos integros, vel medios duntaxat, exceptis, atq; demptis: ſingulis annis, in futurum, in feſto ſancti Michaëlis Archangeli, vſq; ad diem ſancti Nicolai, ſoluere ſit aſtrictus. Si autem prædictorum molendinatorum, ſiue tabernatorum, aut hortulanorum aliquis, integrum laneum agrorum coluerit: tunc ad ſolutionem duorum Groſſorum: ſi verò medium laneum coluerit agrorum: ad ſoluendum vnum Groſſum, ſimiliter monetæ prædictæ, nobis ſint aſtricti. Ad quos quidem duos Groſſos monetæ præſcriptæ, aliâs Sereniſsimo Principi domino Ludouico, Vngariæ & Poloniæ Regi, ſoluere liberè ſe ſubmiſerunt.

Si intra præfixum tempus fumalia non ſoluantur.

Ex Priuilegio Iagellon. in Iedlna, Fol. 51.

QVòd ſi infra præfixum terminum, Nobis aliqua villa pecuniam huiuſmodi ſoluere neglexerit: extunc Exactor noſter, quem pro tollenda eadem exactione duxerimus deputandum, in eadem villa vnum bouẽ, ratione non ſolutionis, abſq; ſpe reſtitutionis, habebit recipiendi omnimodam facultatem. Si verò infra quatuordecim dies, poſt eiuſdem bouis receptionem, eadem villa, & quæuis alia, dictam pecuniam non ſoluerit: extunc Exactor noſter duos boues, conſimili modo, ſine ſpe reſtitutionis, recipiat atq; tollat.

Ciues Fumalia non ſoluent.

VVladiſl. IAgell. in Iedlna, 1433. Folio 51.

DE ciuitatibus autem antiquis, & nouis, tempore regiminis noſtri locatis, ſic Statuimus: Quòd ille ciuis, ſeu oppidanus, qui ciuitatem cũ vxore, filijs, & familia inhabitat, & agrum ſolus, vel per ſuum hortulanum, aut agricolam colit, non tenetur ad prædictam *Porádlne* penſionem. ſed ſi ante oppidum, vel ciuitatem reſideret: ſoluat præfatam *Porádlné* penſionem: ac ſi in villa reſideret. non obſtante, quòd ad Ius & iuriſdictionem eiuſdem oppidi ſeu ciuitatis pertinere, vel cum eis onera ſufferre perhibeatur.

Rex non expetet à ſubditis, præterquam duos Groſſos.

Kazi. in Nieſzov. 1454. Folio 93.

ITem pollicemur: quòd amodo non expetemus aliquas ſolutiones, aut contributiones Pertonum, aut ſex Groſſorum à terrigenis, vel eorum hominibus: ſed in ſolutione duorum Groſſorum, de quolibet laneo, debemus eſſe contenti: iuxta veterem conſuetudinem.

De integro laneo duo Groſſi dentur.

Ioan. Albert. Petric. 1496. Folio 104.

ITem Statuimus: vt moneta in Regno communis currens, videlicet mediorum

diorum Grossorum, in exactionibus duorum Grossorum, quæ à nonnullis Regalia, ac *Porádlné*, à nonnullis verò *Podymné* dici consueuerunt, recipiatur vbique. quarum licèt quiditas ipsa nominis significet, atq; indicet solutionis consuetudinem: tamen cùm intellexissemus, in aliquibus locis introduci quasdam priuatas consuetudines, in exactionibus huiusmodi: quę fortasse in aliquibus locis, de laneo per Fertonē: in aliquibus verò, præsertim in Halicienſi terra, non absq; præiudicio & grauamine subditorum nostrorum, de qualibet agri parte tantum, quantum Exactoribus placuit, recipiebantur: & soluebantur: Idcirco, tametsi certis nostrorum prædecessorum Priuilegijs, ac eorum & Regni statutis, & consuetudinibus, constitutum approbatumq; fuerit: quòd per duos Grossos debeant solui: tamen Nos specialiter, propter succrescentes eos errores supprimendos, Statuimus: quòd exactiones ipsæ duorum Grossorum, non confusè, vel de domibus, vel de agri partibus, sed de quolibet agri laneo, seu manso integro, per duos Grossos, moneta nostra Regia in Regno communiter recipi solita, sicque & non aliter solui debeant: in æuum, in omnibus terris, distrietibus, & locis terrarum nostrarum.

Fumalia, nisi expressè inscribantur, sunt Regia.

VBi specialis mentio in Priuilegijs, vel in Inscriptionibus, duorū Grossorum facta non est: Iuri Regio reseruata esse cognoscuntur. *Sigism. Crac. 1510. Felic 15.*

Monasteriorum villæ, vt Nobilium, Fumalia soluant.

ITem grauaminibus quorundam Monasteriorum prouidere cupientes, Statuimus: vt exactionem duorū Grossorum ita soluant villæ, & possessones ipsorum: sicuti villæ Nobilium eam soluere consueuerunt. *Sigis. Petrico. 1511. Folio 19.*

Palatini, & aliqui Castellani, liberi sint à Fumalibus.

LIcèt vniuersi Dignitarij terrarum, & præsertim in Mazouia, supplicitèr supplicauerint: vt liberi sint, à solutione exactionis nostræ duorum Grossorum: Nos tamen libertatem ipsam dictæ exactionis non soluendę, Palatinis duntaxat, & Castellanis, loco Palatinorū Castellanatus obtinētibus, damus concedimusque. volumus tamen, quòd in singulis terris & Capitaneatibus, locorum Capitanei, census & prouentus quoslibet, tempore prædecessorum nostrorum, & præsertim in terris nostris Mazouiæ Ducum tempore, per Dignitarios percipi solitos, eisdem Dignitarijs terrestribus exoluant. *Sigism. Crac. 1507. Folio 6.*

FVRES.

Qui in Curia aliquid furatus fuerit.

Kazim. Mag. Folio 39. INsuper Statuimus: Si in curia noſtra minutas quaſcunq; res ſubtraxerit: auris periculo & priuationi, ſit ſubiectus.

Qui ex templis & Cœnobiis capiendi.

Sigiſmundus 1543. IVS commune non permittit, defendi ab Eccleſijs ſeu templis, nocturnos ſegetum, & fundorum, ſeu agrorum damnidatores: liberarumque viarum obſſeſſores, ſeu prædones: item fures, publicè proclamatos: vel ter in Regeſtris conſcriptos: incendiarios: & libertatis Eccleſiaſticæ violatores. Tales enim debent ex templis capi, neque defendi.

Fur, latro, incendiarius, homicida, raptor virginum, villarum depopulator, & prædo, vbiq; detineatur.

VVladiſl. Iagell. in Iedlna, 1423. Folio 52. QVi in furto, vel in publico maleficio, vtpote incendio, homicidio voluntario, raptu virginum & mulierum, villarum depopulationibus & ſpolijs, deprehenderentur: ſimiliter qui de ſe nollent debitam facere cautionem, vel dare, iuxta quantitatem exceſſus, vel delicti: iſti detineantur.

In Curiis Nobilium nihil furandum.

Kazi. Viſlic. 1368. SI verò quis, in curia Militis alicuius, minutas quaſcunq; res ſubtraxerit: auris periculo & priuationi, ſit aſtrictus.

Fur licet fugiat, reus manet,

Kazi. Viſlic. 1368. Folio 9. FVres tametſi captiuitatem effugerint: attamen debitum furti, qui in eo fuerint condemnati, ſemper ſoluere tenebuntur.

Fur vtrum ſit per vicinos inſequendus, an non.

Kazim. Mag. 1368. Folio 20. NAgoth depoſuit querelam, contra ſuos vicinos: Quòd cùm equus tempore nocturno fuiſſet ſibi ſubtractus, idem Nagoth cum inſtantia requiſiuit, & petijt ſuos vicinos villanos: vt per veſtigia eundem furem ſequi velint, ſibiq; eſſe auxilio: quò à fure equum ſuum habere poſſet: villani verò furem inſequi recuſarunt: & ita Nagoth prædictum furem cum equo amiſit. Nos itaq; in tali caſu declaramus, villanos ad ſoluendum equum prædicto Nagoth condemnandos.

Furti vir bonæ famæ notatus, quomodo expurgetur.

Kazim. Mag. Viſlic. 1368. Folio 24. VT viri famoſi & iuſtè viuentes, aliqua ſpeciali prærogatiua apud Nos, inter cæteros noſtros fide dignos conſolentur: Statuimus, de Noſtra, Baronumque noſtrorum voluntate: Vt ſi quis Miles, vel alius vir Nobilis, cui aliqua quæſtio de eo prius in Iudicio mota non fuit, de furti vel latrocinij

cinij crimine accuſetur: fas ſibi ſit, propter bonam præſumptionem apud vicinos de ipſo habitam, proprij Iuramenti præſtatione, à tali accuſatione ſe expurgare.

Qui fures ſeruat, & cum eis acquiſita partitur, infamis.

Idem Rer. Folio 26.

STatuimus etiam: illum, qui occultè inſidiando inhabitatoribus Regni noſtri, fures, & profugos, aut prodigos ſeruat, eis hoſpitium præbet, aut partitur cum eis rapta, & malè conquiſita, tales infames eſſe: imparesque viris probis & bonis reputari.

Furti vel ſpolij ter conuictus, infamis. ſed non infamis, in vno teſte deficiens.

Kazi. Viſlicia. 1368. Folio 34.

STatuendo declaramus: quòd ſi quis tribus vicibus, de furto vel ſpolio, in Iudicio conuictus extiterit: etiam ſi rem furtitiam ſeu ablatam reſtituerit: is infamis remaneat perpetuò: nec eidem portæ pateant Dignitatum: nullaque donaria in veſtibus, aut alijs rebus, penitus conſequatur. Quòd ſi accuſato de furto, ſed non conuicto, adhibito certo numero teſtium, fuerit indicta purgatio: & is ſi in vnius teſtis teſtimonio defecerit: propter hoc infamis nullo modo habeatur: ſed paſſo damnum ſatisfacere teneatur.

Nobilis fur capiatur.

Ex Priuil. Iagellon. 1433. Folio 51.

NVllus terrigena poſſeſſionatus, pro aliquo exceſſu, niſi Iure cõuictus, captiuandus eſt. illo tamen homine, qui in furto, vel publico maleficio deprehenderetur, excepto.

Furti accuſatus, ſi contumaciter non paret, qua pœna puniendus.

Kazimi. Iagel. Folio 90.

OMnium de furto, vel ſpolio culpatorum, & contumaciter in primo, ſecundo, tertio, & quarto termino comparere nolentium, bona theſauro noſtro confiſcamus Regio: Mandantes omnibus Capitaneis, vt de illis ſe Noſtro nomine intromittant: & illorum realem apprehendant poſſeſſionem.

Quomodo fures, ac prædones expurgentur.

Kazim. Iagel. Folio 89.

LIcèt cuncta iurè deteſtemur ſcelera: & omne quod iniquum eſt, Regius horreat auditus: ſed ea maximè, quæ ſpoliatorum & furum agũtur in Repub. dolo, arte, vel violentia, incommoda Noſtram contra ſe incitare rigidiorem, hactenus quo multiplicata eſt eorum nequitia, cenſuram. & propterea firmamus edicto: Vt quilibet, cuiuſcunque conditionis exiſtat, notatus, culpatus, infamatus, de furto, vel ſpolio, teneatur ſuam

innocentiam æquali ordine, vel grauitate, & testium numero, ac si nobilitatem suam probaturus esset, clarificare, purgare, & demonstrare. aliás, volumus illum tanquam furem puniendum. Illi autem volumus tantummodo prodesse purgationis beneficium: qui semel, aut bis, & ad maximũ ter, de furti aut spolij fuerit notatus vel culpatus scelere. eum autem, qui quarta vice culpatus fuerit, relinquimus legibus plectendum. Purgationẽ autem huiusmodi facturus, sine turba aut tumultu, sed cum purgatoribus suis duntaxat veniat. Si qui verò vltra compurgatores suos venire præsumpserit: omnes decernimus honore priuatos.

¶ De fure frugum, Tide in Titulo FRVGES. Fol. 182.

FVRTVM.

Si quis, clam vel vi furto ablata, reddit.

Statim. Mag. Calist. 1368. Lib. 24.

EGidius proposuit cum querela: quòd cùm in via dormiuisset, Falco superueniens taliter dormienti gladium recepit: & peram, in qua fuerant tres Scoti Grossorum. & quamuis gladium & peram sibi restituisset: tamen tres Scotos non restituit, ipsos pro se vsurpando. Falco verò Reus quamuis de gladio & pera confitetur: & se eadem restituisse fatetur: tamẽ prædictos tres Scotos se habere negat. Vnde nos attendentes, quòd nullus debet res alienas attrectare, domino rerum inuito, Egidium in tali casu Actorem, decernimus ad Iuramentum fore admittendum.

Pro furto, in vna Parochia intra annum agas.

Statim. Mag. Calist. 1368. Lib. 24.

SI aliqui fuerint eiusdem Parochiæ, seu districtus: & de furto quarumlibet rerum, vnus alium ad iudicium voluerit euocare: Statuimus, quòd infra annum tantummodo, ad hoc faciendum liberam habeat facultatem. Si verò secus facere voluerit: annoque elapso eandem moueret quæstionem: tunc accusatus rationabiliter per idoneos testes teneatur, & potest se comprobare, in facto esse innocentem.

Si in remotiore Parochia: intra triennium.

Statim. Mag. Lib. Falcazi.

CVm furta & latrocinia, propter Criminis immanitatem & inflictionem, seu formidinem pœnæ, pro delicto commisso opponente, per maleficos interdum occultantur: itaq; notitia criminis, breui non potest propalari, & manifestari: & sic furta quandoque remanent impunita. & cum contra tales actio proponitur, aut opponitur: tunc per exceptionem præscriptionis annualis, volunt & nituntur se tueri. In detestationem itaque criminis, & maleficiorum, Decernimus: vt si quis de furto, aut latrocinio, in Iudicio accusetur: si accusatus cum accusante sunt simul in vna

villa,

villa, vel in vna Parochia, audientes simul diuina: tunc obiectio & exceptio annualis præscriptionis procedat, & habeāt locum, contra agentem de furto. Si autem Actor & Reus sunt abinuicem distantes: nec taliter, vt præmissum est, vicinitate coniuncti: non alia præscriptio, vel exceptio, agentem de furto repellit, nisi tantùm triennalis. vt imputent etiam suæ pigritiæ omnes desides & lenti: quin in sui damni recuperatione, minimè curauerint vigilare.

Nobiles subditos suos, pro furto ex Moldauia culpatos, coram Capitaneo statuere debent.

VEterem consuetudinem seruando, Statuimus: vt Nobiles terræ Podoliæ subditos suos, qui pro furto ex Moldauia culpati fuerint, coram Capitaneo Camenecensi statuere teneantur. De alijs verò rebus, quæ in Regno committuntur, singuli Nobiles ex subditis suis iustitiam administrare teneantur. *Sigis. August. 1557.*

¶ De furto piscium, Vide in Titulo PISCES.

¶ De furto fœni, Vide in Titulo FOENVM. Fol. 168.

¶ Furti, in via publica commissi, expurgatio qualis sit: Vide in Titulo VIS. ¶ Furta committentes, & è Regno fugientes, si postea in gratiam Regiam restituti fuerint: nihilominus infames erunt: & accusati, pro damnis satisfacere tenebūtur. Vide in Titulo PROFVGI.

GOLOTA ET INQVILINI.

IN petitione, de Golotis & Inquilinis vagabundis facta, constituimus, & Decernimus: vt Statuta, super his iamdudum condita, per Capitaneos locorum diligenter exequantur. ad quos etiam, admonitionis causa literas dari faciemus. *Sigis. Petric. 1532. A 3.*

Dominus pro seruo Golotá satisfaciat.

ITem si famulus alicuius, dictus *Golotá*, aut aliâs *Obłomek*, vicino domini sui, aut alieni alij damnum intulerit: aut iniuriatus fuerit: dominus ipsius, pro ipso satisfacere teneatur. *Kazi. Vistic. 1568. Fol. 28.*

¶ Reliqua de Golotis, Vide in Titulo IMPOSSESSIONATI.

GLADIVS DISTRICTVS.

Gladium stringens in præsentia Militis.

Kazim. Mag. Folio 39. VBI verò coram Milite, quis gladium vel cultellum extraxerit, neminem tamen vulnerando: sit in gratia Militis. Si autem vulnus intulerit: Decernimus, vt manus sua perforari poterit, & debeat.

Qui in Conuentu gladium stringat, aliquem vulneret, vel occidat.

Sigis. Budgost. 1520. Folio 26. STatuto hoc præsenti etiam sancimus: quòd quicunq; in Conuentibus rixas facientes gladios euaginauerint, pœna Marcarum viginti Polonicalium puniantur. Si verò aliquem vulnerauerint: extunc pœna Statuti, antea promulgati, puniantur. sed si aliquem occiderint: pœna capitis puniantur. Et contra tales, Capitanei locorum inquisitionem, & executionem facere debent: sub pœna centum Marcarum Polonicalium. Hi verò, qui crimine patrato aufugerint, ex Regno sunt banniẽdi: & infames pronunciandi. prout & infames eos declaramus.

¶ Qui gladium presente Iudicio stringit, qua pœna plectendus. Vide in titulo IVDICIVM.

De eo, qui coram Regia Maiestate, Archiepiscopo, & Capitaneo, gladium extraxerit.

Kazim. Mag. Folio 39. INsuper Statuimus: si quispiam coram Nobis gladium, vel cultellum extraxerit, & aliquem vulnerauerit: sine gratia puniatur. si verò extraxerit, & non vulnerauerit: in gratia nostra consistat. Et idem, si coram Capitaneo nostro hoc factum fuerit, decernimus obseruandum. Si verò coram domino Archiepiscopo, gladium vel cultellum extraxerit: siue vulnerauerit, siue non: pœna *Siedmnadzieśta* puniatur, eidem domino Archiepiscopo applicanda.

GVERRA.

Kazim. Iagel. 1447. Folio 91. NOnnullorum improba temeritas & audacia, suas passiones & iniurias vlciscì volentium, Guerras execrabiles sępenumero Regno nostro excitant: & damna procurant immensa. propter quod Prohibemus præsenti edicto: ne aliquis, cuiuscunque status aut conditionis existat, quacunque lacessitus offensa, aut iniuria, vel damno, audeat sine nostro consensu belligerare: aut Guerras personis extraneis, aut intraneis mouere. Si quis autem contrarium facere præsumpserit: ad damnorum omnium quæ Nos, aut nostri subditi propterea contraherent, eum decernimus cõuictum cogi debere solutionem. Si autem plenaria solutio, aut partialis damnorum, propter eius inchoationem Guerræ, Regno aut personis irrogatorum, non sufficeret: multandum decernimus in corpore.

Subditi

Subditi quietè viuant.

EXpedit Reipub. vt ſubditi quietè viuant. quod fiet: ſi nulli noceant,& in virtutibus coaleſcant. &c. ¶ Vide in Titulo BELLVM. Fol. 24.

HAERETICVS.

Wladiſlaus Jagello, contra hæreticos, & fautores eorum, in Wielun conſtituit.

WLadiſlaus, DEI gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracouiæ, &c. Princeps ſupremus Litvvaniæ, Pomeraniæ, Ruſsiæque dominus & hæres, Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis, præſentibus & futuris, harum notitiam habituris: Quòd cùm ſub diſsimulatione præterire non debemus, imò arcemur diuinæ legis perpetuis inſtitutis, peſtiferos hæreticorũ errores, (quos in Dei contemptum, & in Chriſtianæ religionis detrimentum, & eneruationem, politiæque iacturam, iniqua peruerſorum corda conflauerunt) etiam quæcunque oporteret nos ſubire pericula, à finibus noſtris propulſare: & in gladio deijcere, vt qui cenſura Eccleſiæ non terrentur, humana ſeueritate multentur: maturo conſilio Prælatorum, Principum, & Baronum noſtrorum habito, & conſenſu, & etiam de certa ipſorum & Noſtra ſcientia, præſentibus Decernimus: & pro firmo, conſtanti, & pro irrefragrabili edicto, teneri præcipimus: Vt quicunq; in Regno Poloniæ noſtro, & terris nobis ſubiectis, hæreticus, aut hæreſi infectus, vel ſuſpectus de eadem, fautor eorum vel director repertus fuerit, per noſtros Capitaneos, Conſules ciuitatum, & alios Officiales, ac quoſlibet ſubditos noſtros, ſiue in Officijs, ſiue extra viuentes, velut Regiæ Maieſtatis offenſor capiatur: & iuxta exigentiam exceſſus ſui puniatur. Et quicunque venerint de Bohemia, & intrant Regnum noſtrum: Ordinariorum ſuorum examini, aut magiſtrorum hæreticę prauitatis, ad hoc à ſede Apoſtolica deputatorum, vel deputandorum, ſubdentur compræhenſi. Si quis autem incolarum Regni noſtri, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, gradus, aut conditionis fuerit, hinc ad feſtum Aſcenſionis Domini proximum, redire de Bohemia neglexerit, noluerit, vel contempſerit: pro conuicto hæretico cenſeatur: & pœnis ſubiaceat, quæ hæreticis infligi conſueuerunt: nec amplius ad Regnum noſtrum reuertatur moraturus. Et nihilominus omnia bona ipſorum, mobilia & immobilia, in quibuſcunque rebus conſiſtentia, publicentur, theſauro noſtro confiſcanda: proleſque eorum, tam maſculina quàm fœminina, omni careat ſucceſsione perpetuò, & honore: nec vnquam ad aliquas aſſumatur dignitates, vel honores: ſed cum patribus & progeni- *Folio 75.*

progenitoribus ſuis, ſemper maneant infames: nec de cætero gaudeat aliquo Priuilegio Nobilitatis, vel decore. Inhibemus etiam, ſub eiſdem pœnis, omnibus mercatoribus, & alijs hominibus, cuiuſcunque conditionis fuerint: vt amodo, & in poſterum, nullas res venales, præſertim plumbū, arma, eſculenta, & poculenta, ad Bohemiam ducere præſumant, vel portare. Quocirca vobis omnibus, & ſingulis, Capitaneis, Burgrabijs, Procuratoribus, Magiſtris, Ciuium Conſulibus, & alijs Regni noſtri Officialibus, & ſubditis quibuſlibet, ad quos præſentes peruenerint, Mandamus: quatenus præſens edictum noſtrum cuſtodire fideliter, & firmiter, debeatis: vt vbilibet in Ciuitatibus, villis, & alijs quibuſlibet locis publicis, & priuatis, & ſpecialiter vbi tractabuntur Iudicia, & vbicunque contigerit aliquam multitudinem hominum confluere, palam vocibus Præconum faciatis proclamare: vt nullus valeat prætendere ignorantiam præmiſſorum: Harum quibus Sigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio literarum. Datum in VVieluń, die Dominica Iudica me Deus, Anno Domini 1424.

Confœderatio Principum, tam Spiritualium quàm Secularium, contra hæreticos, eorumque fautores.

Folio 76. NOs Principes, Spirituales & Seculares, Barones, & Comites, Proceres, Milites, Nobiles, Ciuitates, totaque communitas Regni Poloniæ, ſingulariter ſinguli, & vniuerſaliter vniuerſi, eodem animo, eadem voluntate, ſcientia, aſſenſu, & ratihabitione, omnes vnanimiter, Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis, præſentibus & futuris, noticiam præſentium habituris: Quomodo conſideratis nonnullis diſordinationibus, quæ in ipſo Regno ſuboriri inceperant, viſis literis prædeceſſorum noſtrorum, Poſnaniæ, Petricouiæ, & in Iedlna factis, circa eaſdem literas, & earum articulos (ſub quacunq; forma verborum extant confecti) remanere volumus vſquequaque, & ſpondemus: & præcipuè circa hunc articulum: Quòd quicunq; exiſtens indigena Regni Poloniæ, habens in ipſo Regno Poloniæ bona, vellet aliquas inobedientias contra Ius Terreſtre cōmune, aut etiam Guerras, Nobis & eidem Regno Poloniæ damnoſas, alicui mouere: ſine licentia Domini noſtri Regis gratioſiſſimi, & Conſilij ſui: & in Iure Terreſtri communi nollet contentari: aut etiam hæreticales errores facere, vel promouere vellet: contra talem, ſiue tales, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, conditionis, & præeminentiæ fuerint, ſiue Spirituales, ſiue Seculares, & in eorum deſtructionem conſurgere volumus: & promittimus, ſub fide & honore noſtris: abſque dolo, & fraude: nec ipſis auxilio, conſilio, vel fauore patrocinari volumus, ſub fide & honore noſtris: etiam ſi ſanguine, affinitate, & quacunque propinquitate

forent

forent nobis, aut alicui noſtrum coniuncti: nec pro eis loqui volumus aliquod verbum: ſed eos, & eorum quemlibet talem, punire volumus, & promittimus: Iura tamen noſtra Ducalia, & Terreſtria, in nullo per hoc violando, nec ab eiſdem recedendo: Harum, quibus Sigilla noſtra, cum ſubſcriptione nominatim nominum noſtrorum, in pendulis ſigillorum ſunt appenſa, teſtimonio literarum. Scriptum & datum, in Noua Ciuitate Korczyn, Feria ſexta, ipſo die ſancti Marci Apoſtoli, & Euãgeliſtæ, generali tunc Parlamento celebrato: Anno Domini 1438.

Liberum ſit vnicuique ex Regno, ad bonas literas perdiſcendas, proficiſci: modò ne nouas doctrinas ferat.

IN eo, cum Conſiliarijs noſtris, & Nuncijs Terreſtribus conuenit Nobis: vt liberum ſit vnicuiq; noſtrorum ſubditorum, de Regno noſtro exire, ad quamcunq; regionem vellet: videndi, ſeruiendi, & ſe in bonis moribus, ac honeſtis diſciplinis exercendi cauſa: & propter literas, ab Eccleſia admiſſas. alioquin, ſi quis rediens ab aliena prouincia, qualeſcunq; nouas doctrinas, aut libros propagare, ſubminiſtrare, & vti illis vellet: ijs, iuxta antiqua Iura & Priuilegia Regni, debet ſe iuſtificare. *Sigiſm. Crac. 1543.*

Quæ ad Spiritualium Iudicium pertinent,

IN primis ad Spirituale Iudicium pertinet, Iudicare differentias religionis ſanctæ Chriſtianæ: hæreſes videlicet, ſchiſmata, blaſphemias contra Deum, & apoſtaſias: pro Decimis, ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, Beneficijs, Sacrilegijs, & Simonia. *Sigiſmundus Crac. 1543.*

HOMICIDIVM.

Vnus de homicidio accuſetur: complices verò expurgent ſe de obiectis.

ITem ſi plures, puta duo, vel tres, aut quatuor, de homicidio accuſentur: licet antiquitus, per Iuramentum accuſatoris, omnes pæna homicidij puniebantur: Nos tamen huiuſmodi Iuramentum reſtringentes, Statuimus: quòd vnus tantummodo, per Iuramentum Actoris, de homicidio condemnatur, & puniatur: Conſortes verò eiuſdem accuſati, per probos & idoneos teſtes, de homicidio & vulneribus, ſe teneantur expurgare. aliâs, in expurgatione deficientes, puniantur. *Kazim. Mag. Viſlic. 1368. Folio 21.*

Caſtellanorum Iudices, olim pro capite iudicabant.

Kazim. Vifli. Folio 11.

STatuimus declarantes: quòd pro quolibet capite Caſtellanorum Iudices, quilibet in ſua Caſtellania, iudicandi & cognoſcendi habeant facultatem.

Qui incerto authore occiduntur, eorum conſanguinei reum quærant.

Kazim. Mag. Folio 22.

ITem quacunq; morte cauſali, vel inopinata, contigerit aliquem de hac migrare luce: puta, de arbore cadendo, vel in aqua mergendo, aut quouis modo: Statuimus, quòd pro tali homine, ſic decedente, penitus nulla quæſtio moueatur. Item dum ignoratur, quis commiſit homicidij immanitatem, Decernimus: quòd Caſtellania de hoc aliquam non moueat quæſtionem: ſed conſanguinei, & proximiores, culpabilem inquirentes, cauſam dum poterint proſequantur: iuxta Iuris formam.

Pro Milite olim occiſo, tantum 30. Marcæ. & de vulneratis, aut mutilatis.

Kazim. Viſlicia 1368. Folio 22.

QVamuis occidens hominem, ſecundum Dei & legum ſanctiones, eſſet capitali pœna plectendus: Nos tamen rigorem illum temperantes, Statuimus: quòd occidens Militem, triginta Marcas parentibus, pueris, vel amicis: mutilans autem in pede, manu, vel naſo, quindecim Marcas: in police verò mutilans, octo Marcas: digitum verò quemlibet alium amputans, tres Marcas Groſſorum, ipſi mutilato, vel in digito læſo (vt ſupra dicitur) ſoluere teneatur.

Poſtea 60. Marcis caput Militis redimitur.

Kazim. Mag. Viſli. Fol. 22.

VT violentorum audacia refrenetur, Statuimus: quòd dum Miles parem ſibi Militem occiderit, pro capite 60 Marcas ſoluere teneatur.

Si villanus Militem, Scartabellum, vel Militem ex ſculteto creatum, occidebat: quantum ſoluebat.

Kazim. Mag. Viſlic. Fol. 22.

PRo capite Militi famoſo, aliâs *Slachćic*, ſexaginta Marcas: Scartabello, 30 marcas: Militi autem creato de Sculteto, vel de Kmethone, 15 Marcas, à villano occiſore Statuimus eſſe perſoluendas.

Pro homicidio, poſtremò duplex pœna irrogatur: & ſeßio turris decernitur.

Albert. Petr. 1496. Fol. 107.

ITem de homicidio Nobilium caſuali, quod à diuerſis diuerſimodè refertur caſualiter perpetratum, Statuimus: Quòd homicidæ huiuſmodi, pro

di, pro capite ſoluant Centum viginti Marcas: & per vnum annum & ſex ſeptimanas, victi Iure in turrim deputentur: nec turris correctionem vllo modo euadant: etiamſi cum amicis occiſi concordiam inierint. Si verò talis homicida, timens turris correctionem, de Regno fugierit: ſiue poſſeſſionatus ſiue non: infamis ipſo facto perpetuò pronuncietur per Miniſteriales, proclamationibus mediantibus publicandus.

Pro homicidio, in ſui defenſione commiſſo, præſertim in via.

VErùm quia contingit ſæpenumero, caſualem homicidam minimè eſſe reum homicidij, quod vim vi repellendo euenit: iccirco ſpecialiter declaramus Statuentes, ad eos ipſos Nobiles, & Nobilium homicidas: vt cùm quiſpiam, aut viam, aut tranſitum alterius obſidens, occideretur per illum, cuius tranſitum voluit præpedire, aut euntem moleſtare: in tali homicidio, citato homicidæ ſex teſtes ſufficiant ſe expurganti: & conuictus non plus, quàm ſexaginta Marcas communes, pro capite ſoluet, ſine turri. *Albert. Petr. 1496. Fol. 107.*

De homicidio, in via publica facto.

SEd idem, aut viæ aut tranſitus publici præpeditor, alium, ſub tutela cõmunis ſecuritatis viæ, euntem temere interficiens, Centum & viginti Marcas communiter currentis exoluet: punitionemque turris ſuſtinebit, ordine prætacto. *Albert. Petr. 1496. Fol. 107.*

De homicidio, in defenſione bonorum & ſubditorum commiſſo.

PRæterea, tametſi de caſuali homicida, in itinere ſe tuenti, ſic ut ſupra definiuimus: tamen inſuper Statuimus: vt alius homicida caſualis, aut bona, aut ſuos defendens, ſi committet homicidium, licèt non voluntarium: nihilominus Iure victus, pœna carceris non perpeſſa, Centum & viginti Marcas communes, pro occiſo exoluere teneatur. *Albert. Petr. 1496. Fol. 107.*

Pœna contra homicidas à Capit. deferendos eſt ſtatuta: ſiue ſint poſſeßionati, ſiue non: tamen ad quinquennium duntaxat durabit.

HOmicidia voluntaria, & notoria, quæ poſtpoſito Dei timore, ac cum Noſtro dedecore in Regno noſtro inoleuerunt, (vt à temerarijs, omni Iuſtitia atq; publica honeſtate procul pulſa, diuerſis modis, in diuerſi ac cuiuſlibet ſtatus, ordinis, ac dignitatis homines, crebris vicibus impune, prout hoc triennio hactenus à tempore noſtræ fœlicis Coronationis, *Sigiſm. Crac. 1510. Folio 12.*

patrata sunt) petiti à Consiliarijs Regni nostri status vtriusq; vniuersis, & à terrarum Nuncijs, hic ex omnibus terris congregatis, compescere, punire, & remouere volentes: de omnium præfatorum Consiliariorum nostrorum consensu, & approbatione, ad quinque annos hinc duraturum. tale Statutum condidimus, in omnes noxios irremissibiliter exercendum: Videlicet cùm contigerit, quòd aliquis homo Nobilis hominem Nobilẽ in domo, siue in strata publica, aut in loco aliquo, data opera interfecerit: Promittimus & spondemus, (veteri Statuto, de simili homicidio, tantisper quamdiu istud, vt præmissum est, durare debet, abrogato) talem homicidam, cùm primùm à Capitaneo, in cuius Capitaneatu scelus patratum fuerit, cum Castellano, vel Iudice, vel Succamerario eiusdem terræ, Nobis nunciatum fuerit, siue aliunde ad nostram cognitionem venerit, ad nostram præsentiam, vbicunque tunc cum Curia nostra fœliciter constituti fuerimus, literali Citatione aduocare. Citatio verò, ab oblatione per duos Nobiles & Ministerialem, continebit in se terminum sex hebdomadarum. Cumque talis homicida coram Nobis comparuerit: & de eius facinore, Nobis (vt præmissum est) constiterit: eundem irremissibiliter carcere turris, anno, & sex hebdomadarum spacio, puniemus: & punire promittimus: in primo termino, tanquam peremptorio, contra ipsum sententia promulgata. à quo termino, nequaquam eidem ad terram, seu districtum, appellare licebit. Et cùm homicida (vt præmissum est) carceris pœnam expleuerit: tenebitur proximis interfecti Centum viginti Marcas pecuniarum, pro capite, in continenti soluere: aut in bona æquialentia, realem dare intromissionem: aut tamdiu in carcere sedere, quãdiu non soluerit. Et si contigerit, quòd homicida citatus coram Nobis non compareret: si idem fuerit possessionatus: bonis suis omnibus per Nos, fisco Regio applicandis, priuabitur: & deniq; erit obligatus, ad subeundam pœnam præfatam, cùm in manus inciderit. & cùm punitus per nos sufficienter fuerit: & capitis precium persoluerit: bona sibi, per Nos recepta, restitui debent. Similiter si homicida impossessionatus, & citatus pro crimine huiusmodi, per literas Nostras, in Parochia ad quam pertinet, contumaciter coram Nobis non comparuerit: debet publico edicto infamis pronunciari: & hostis patriæ iudicari. & quicunq; tali fauores præstiterit, ipsum apud se seruando, & secum conseruationem habendo: infamis habendus est tamdiu, quamdiu se non purgauerit: & ea pœna puniendus, quam ille ferre debuit. Si verò talis homicida, carcere inclusus, ibidem moreretur: non tenebitur successoribus solutionem, pro capite impendere. Capitanei autem, siue oppignoratos, siue liberos Capitaneatus habentes, si Nobis tales homicidas tempestiuè non detulerint: à Nobis pœna irremissibili punientur: videlicet cogentur illi, qui oppignoratos Ca-

tos Capitaneatus habent, ſoluere Nobis centum Marcas pecuniarum: totiens, quotiens ante ſex menſes Nobis eiuſmodi homicidas non patefecerint: facinuſque ipſum ſubticuerint. liberos autem, Capitaneatu priuabimus, Capitaneo verò, ſe expurgandi proprio Iuramento, quòd ei de tali homicidio non conſtiterit, concedemus (vbi id opus eſſet) facultatem. Super homicidio autem, quod alicui ſe defendendo, dum inuaditur, in aliquem cõmittere acciderit, talem progreſſum ſeruabimus: videlicet Citabimus homicidam, ad præſentiam Noſtram, vbicunq; tum fuerimus: eundemque, cum comparuerit, iuxta qualitatem homicidij commiſsi, ex arbitrio noſtro iudicabimus: ſeu expurgationem eidem decernemus. Si verò citatus non comparuerit: ita puniendum declarabimus, vt eſt in articulo homicidij voluntarij & notorij præmiſſum.

De homicidijs, ante commiſsis, ſuperiori Statuto quinquennali vindicandis.

DEcernimus etiam, omnium Conſiliariorum & Nunciorum conſenſu & conſilio, à tempore fœlicis noſtræ Coronationis, vſque hactenus, omnes homicidas huiuſmodi (vt præmiſſum eſt) modo prædicto aggrediendos, & puniendos. ne malefactis temperaſſe videamur. *Sigiſ. Cracou. 1510. Folio 13.*

Hoc ipſum ſuperius Statutum, contra homicidas, anno 1523 ad quatuor annos renouatur.

QVia poſt intermiſſum Statutum noſtrum, de homicidijs, in magnam audaciam & inſolentiam, ſubditi noſtri acti, paſsim homicidia, abſq; vlla Dei & humanitatis ratione committunt: nec iam quiſque, etiam in templis, nedum domibus, tutus eſſe poteſt: volentes hanc enormem licentiam coërcere, Statutum ipſum Noſtrum, in Conuentu Petricouienſi, de anno Domini 1510 contra homicidas editum, ſed poſtea intermiſſum, in omnibus punctis, & toto eius tenore, vigori & authoritati priſtinæ reſtituimus: illudq; ad quatuor annos, proximè ſequentes, debitæ executioni demandari volumus. *Sigiſm. Petri. 1523. Folio 30.*

Rurſus anno 1538, iſtud etiam Statutum, intra annum exequendum reaſſumitur: adiuncta in fundo turris ſeßione.

AD refrenandam licentioſorum hominum audaciam, ad necandos homines plus nimio promptam: de conſenſu Senatorũ Regni, & Nunciorum terrarum, Statutum ſuper delatione homicidarum reaſſumendũ, & innouandum duximus: illudque exequemur, ad decurſum vnius anni, *Sigiſ. Petric. 1538. C 1.*

eo adiuncto: Quòd homicidæ delati, & per Nos ad pœnam carceris condemnati, pœnam huiusmodi in fundo turris sustineant, ad vnius anni & sex septimanarũ decursum integrè. à qua per Nos absolui, & liberari non debent, neque poterint. Et Capitanei locorum diligenter prouidebunt: vt homicidæ non aliter, quàm in fundo turris, pœnitentiam agant: concordia etiam, cum Actore inita, nihil eos iuuante, contra facientes, pœna Centum Marcarum, parti Actoreæ soluenda, multari, atque Capitaneatu ipso priuari per Nos debebunt.

Superius Statutum aboletur: & Statutum Regis Alberti, in vsum restituitur.

Sigis. Cracou. 1519. PEtierunt à nobis Nuncij terrarum: vt occidendorum hominum pœna non sit eius asperitatis, quæ præterito Petricouiensi Statuto circumscripta est: Nos eorum precibus victi (quando hoc illis, vt peterent, æquum visum est) decretum anno superiore, Petricouiæ de homicidis, de Nostra Senatorumque & Consiliariorum Regni nostri sententia factum, interdicimus & abrogamus: atq; id valere volumus, quod eadem de re à Sereniſsimo Ioanne Alberto, fratre nostro, olim Rege, fuit constitutum.

Homicidia Statuto Regis Ioannis Alberti plectantur: tutores pro capite agant. Palatinus tamen cum Dignitarijs, in Colloquijs scrutabuntur: si in via, hospitio, domo, vel in templo, cædes facta sit seruus etiam pro domino non punitur.

Sigism. Crac. 1543. TAmetsi hortatu Senatorum nostrorum, inter Nuncios terrestres hæc fuit disceptatio orta: vt aliter homicidia voluntaria, & casualia, præterea in templis, in domibusúe commissa, expenderentur: nihilominus postremò in hoc stetit: vt Statutum Regis Ioannis Alberti, de eo conditum, in robore conseruaretur. hoc eidem adiecto: Quia cùm aliquis occideretur pater minorenniũ puerorum: tunc tutor, tam inscriptus, quàm consanguineus, aut cognatus, pro capite occiso agere, iuxta Iuris formam: & probationem, quæcunque pueris (cùm haberent annos discretionis) seruiret, talem quoq; pro capite eodem facere debet: & postea pueris illis de eadem pecunia capitis rationem reddere, cùm ad annos discretionis peruenerint, tenebitur. Quòd si etiam ille homicida, post facinus perpetratum homicidij moreretur priùs, quàm ad Iudicium attraheretur: tunc pueri, & alij successores eiusdem homicidæ, tantùm euadunt sessionem in turri: sed non recipientes sibi dilationem ad annos discretionis, in primo termino, tanquam peremptorio, citati pro mercede capitis, illi tutori, vel illis quibus pater vel consanguineus fuerit occisus, respondere tenebuntur.

nebuntur. Pro alijs verò cauſis, cùm pater citatione occupatus moreretur: tunc pueri etiam minorennitate ſeſe tueri non poterint. ſed ſi pater non fuiſſet citatus: pueri obtinebunt dilationem ad annos diſcretionis: iuxta Statutum. Quòd ſi etiam homicida viueret, & Iure conuinceretur: talis in fundo turris ſedere debet, nemine excepto: ſine indulgentia illius Capitanei, apud quem ille homicida pœnam huiuſmodi ſuſtineret. Et ne poſtea reus, in hac conuictione euaderet pœnam: innocens autem patiatur: (communiter enim ditior conuincitur, paupere dimiſſo) in hoc caſu, Palatinus illus terræ, in qua huiuſmodi parricidiũ perpetratum fuerit, cum Caſtellanis, & alijs Dignitarijs, ac Officialibus Terreſtribus illius terræ, in Colloquijs ſcrutinium facere debet, de culpa vel innocentia illius homicidæ. vt ea cautela, innocens pro ſonte non patiatur. Sic etiam Palatinus, cum Caſtellanis, Dignitarijs, & Officialibus Terreſtribus, ſcrutari debet de tali homicidio: (ſi quod acciderit) cùm quis defendendo vitã ſuam occiderit quempiam, in via, in hoſpitio, vel in domo: de nocentia, vel innocentia eius: ſecundum inuaſionem, vel inequitationem iſtius occiſi: & ſi circa occiſionem dominus ſolus fuit, vel non fuit, & ibidem, poſteaquam cognouerit Palatinus, cum alijs Dignitarijs & Honorarijs Terreſtribus, homicidam condemnabunt ad id: quod eius culpæ Iure debetur: hoc eſt, iuxta decretum probationis per Iudicem factum, condemnabunt illum ad turrim. Etenim decernendo probationem Actori cum controuerſia partem, quæ ſi ad hoc, & tale ſcrutinium trahetur: ad Iudiciũ Colloquij remittere tenebitur. Quod ſi aliquando, circa litem domini, famulus aliquem occiderit: tunc iuxta Statutum, dominus debet culpari, & non ſeruus.

De homicidio innouatur lex Ioannis Alberti, & Sigiſmundi: præſcriptioque roboratur.

QVia in Regno noſtro multa homicidia inualuerunt: propterea innouando Statutum Regum, Ioannis Alberti patrui, & Sigiſmundi patris noſtri, Statuimus: Quia vnuſquiſque homicida, poſteaquam conuictus fuerit, annum & ſex hebdomadas, in fundo turris ſedere debet: & Nos, huiuſmodi ſeſsionem nulli remittere debemus. Quibus autem homicidijs Capitanei, de ea pœna aliquid remitterent aliâs *ʒfolgowáliby*: vt ex illis pœna, iuxta Statutum Sereniſsimi parentis noſtri, Anno 1540. conditum, recipiatur. Quòd quidem non ſolum de hijs, qui tempore noſtri Regni homicidia commiſerunt, verùm etiam & de illis, qui hoc ipſum facinus, tempore Sereniſsimi parentis noſtri commiſerunt, intelligi debet: tãtùm vt Iure ſint conuicti. tamen præſcriptio de homicidio, in robore conſeruari debet. *Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550.*

Si kmetho

Si kmetho kmethonem occiderit, quomodo punitur.

Vazi. Visliciæ 1568. Folio 21.

LIcèt antiquitus fuerit obſeruatum: quòd kmetho kmethonem occidendo, ſolutis tribus Marcis Groſſorum, à pœna homicidij liberabatur: tamen quia huiuſmodi pœna non ſufficiebat, ad debitam delicti correctionem: vnde Nos Statuimus: Quòd kmetho occidens kmethonem, pro pœna homicidij, Caſtellaniæ, in qua homicidiũ fuerit commiſſum, vel ei, in cuius iuriſdictione, delictum & homicidium hoc eſt perpetratum, quatuor marcas: conſanguineis verò, ſiue amicis proximioribus interfecti, ſex Marcas perſoluat. Qui ſi non fuerit ſoluendo, & captus fuerit: pœna capitali puniatur.

De kmethone occiſo, ac diuiſione pœnarum.

Kazim. Viſliciæ 1368. Folio 22.

SI verò quiſpiam kmethonem occiderit: decem Marcas ſoluere teneatur. quarum ſex, vxori, ſeu pueris: (ſi ſuperſtites fuerint) & reſiduæ quatuor Marcę, domino occiſi exoluãtur. Si verò occiſus fuerit dominorum duorum: tunc dictæ quatuor Marcæ, inter dominos ſunt diuidendę.

Pro occiſis villanis, in Ciuitatibus Ius Polonicum eſt dicendum.

Vari. in Nieſzwa 1454. Folio 95.

ITem Statuimus: quòd Ciues Ciuitatum noſtrarum, Nobilium & Spiritualium, pro vulneribus, & homicidio, Ius Polonicum hominibus villarum noſtrarum, Spiritualium & nobilium, miniſtrare tenebuntur.

Vt pro Nobilibus, ita kmethonibus occiſis, Ius Polonicum eſt locandum.

Sigiſ. Petric. 1518.

DEcernimus: vt deinceps, ſecundum antiquas Regni noſtri Conſtitutiones, de occiſis ſeu vulneratis Nobilibus, aut eorum kmethonibus, in omnnibus ciuitatibus, & oppidis noſtris Regijs, Spiritualiumq; & Secularium dominorum, non Iudicium Ciuile, ſed Terreſtre & Polonicum ſeruetur, & locetur. Vbi verò Ciuile Ius fuerit à ciuibus, in hac re ſeruatum: pœna quatuordecim Marcarum pecuniæ Ciues ipſi, parti ſoluenda puniantur, Iure Terreſtri (totiens quotiens opus fuerit) peremptoriè exigenda.

Sigiſ. Auguſt. Varſauiæ. 1557.

Scrutinium, quod pro homicidio fieri ſolet, Caſtellanus cum Iudicio Colloquiali facere debet.

SCrutinium pro homicidio, poſt proclamationem partis, Palatinus quiſque in Palatinatu ſuo facere debet, cum Iudicio terræ illius. Quòd ſi verò Colloquia non celebrarentur: tum Capitaneus, cum Iudicio Terreſtri, in terminis

in terminis idem faciat. poterit tamen Palatinus Nobilem possessionatū, & iuratum, similiter Capitaneus Vicecapitaneum, in locum suum locare. Et quando per scrutinium is, qui occidit, demonstrabitur: tum pro sessione turris, per Regiam Maiestatem citari debet.

Quando aliquis, asserens se Nobilem, & non sit Nobilis, occidetur, aut vulnerabitur.

SI quis, asserens se Nobilem, & non existens, occidetur: talis caput soli non debet: quando id per scrutinium prohabitur. quod quidem intelligendum est: si pro capite illius, tanquam pro Nobili, proclamatio fieret. Et qui pro capite eiusmodi, Iure experiretur: talis luet pœnæ Centum viginti Marcas: atq; sessionis, annum & sex septimanas, pœnam in fundo tolerare debet. Idem de vulneribus intelligendum est. *Idem Rex. 1557.*

Præscriptio agendi pro capite.

VT calumnijs malorum hominum via præcludatur: Consueuerunt enim quidam homines litigiosi, calumniosè viros innocentes de crimine homicidij commissi ante multos annos, quærulosè accusare: cuius probatio vel expurgatio, propter facti vetustatem, haberi non potest: vnde Statuimus: Vt si quis de crimine homicidij vult accusare, vel agere cōtra aliquem: pœnam pro capite sibi cupiens vendicare, & obtinere, antequam tres anni elabentur, à die criminis commissi, hoc in Iudicium deducat. aliâs tribus annis elapsis, petenti & agenti pro pœna capitis obstabit Præscriptio, & exceptio Præscriptionis. *Kazim. Visli. 1568. Folio 31.*

¶ Pro homicidio incerto, Castellania non agat: Vide in Titulo CASTELLANVS. Fol. 64.

¶ De homicidio Sacerdotum, Vide in Titulo SPIRITVALES.

¶ De homicidio fratrum, sororum, consanguineorum: Vide in Titulo FRATRES. Fol. 177.

¶ Quando Plebeius occidit Nobilem aut vulnerat: qua pœna puniendus. Vide in titulo VVLNVS.

IMPOSSESSIONATI.

Impossessionati coram Capitaneo respondebunt: ac de eisdem apud possessionatos arestandis.

Ex consuetud. terræ Craco. Folio 122.

SI impossessionatus, seu odardus, aliâs *Golothá*, cuipiã reus esset in aliquo: respondebit cuilibet in Iudicio Castrensi, pro re qualibet. Item si aliquis culpabilem, in aliqua sua re, impossessionatum hominem arestauerit, apud possessionatum: (quam arestationem facere debet, cum Ministeriali veniens) tunc ille possessionatus, tenetur in vna septimana illum impossessionatum, coram Capitaneo statuere. qui impossessionatus, statutus coram Capitaneo, fideiussores pro se daturus, seu sessurus: quia parebit Iuri. Et si idem possessionatus, illum impossessionatum non statuet: tunc solus ipse possessionatus respondebit Actori, pro re, pro qua impossessionatus est culpatus.

Contra impossessionatum, qui arestari non potest, ponendæ Citationes in Parochia.

Consuet. terræ Craconien. Folio 122.

ITem si homo impossessionatus non posset arestari, in aliquo loco: tunc in qua Parochia aliquando erat possessionatus, in illa contra eum debẽt poni Citationes: ibique Ministerialis clamabit: Quòd contra talem A. B. impossessionatum, Citationes ponuntur. quæ talium Citationum in Parochijs positio, hæredi bonorum illorum, vbi est Parochia, nihil nocere debet.

Impossessionati Iure victi, nisi illicò satisfecerint, & recesserint, capiantur.

Kazim. Visli. 1368. Folio 9.

QVia victus tenetur victori satisfacere, de euictione, & condemnatis: neque de Iudicio priùs recedat: nisi satisfaciat de eo, in quo est condemnatus. quidam tamen rebellione, aut inobedientia ducti, nescitur quo animo de Iudicio recedunt condemnati, pro debito nullam satisfactionẽ aduersarijs impendentes. Quapropter volumus, quòd tales inobedientes, de malicia ipsorum commodum non reportent. quin postquam conuicti fuerint in Iudicio, ad manus suorum aduersariorum ligati tradantur. Et si in captiuitate manẽtes effugerint: à potestate ipsorum sint liberi, & absoluti, ipso facto: & omni debito, quod tenentur & obligantur. prẽter debitum furti: quod semper condemnati soluere tenebuntur.

Impossessionati comprehendendi sunt, Iure victi.

Sigis. Petrico. 1523. Folio 36.

QVI verò essent impossessionati, per Officium illud Castrense comprehendantur: & in turrim conijciantur. quorum punitio, in arbitrio & gratia nostra consistat.

Incendia-

INCENDIARII.

Incendiarij & exuſtores, Iure Polonico non Ciuili ſunt iudicandi: & Eccleſiæ patrocinium nullum ſentiant.

EX lege Imperiali clara luce nobis conſtat: quòd Incendiarij & exuſtores domorum, horreorum, aut quorumuis bonorum voluntarij, morte crudeli & turpiſsima puniantur. quibus etiam inuentis, ſi ad Eccleſiã effugiant, patrocinium ex hoc nullum debeant obtinere: propter criminis damnati ſæuitiem. Conſueuerunt enim hactenus huiuſmodi malefactores, (vt manus Iudicum, iuſtitiam exequi volentium, effugiant) vt plurimum, in ciuitatibus vel villis Teutonicalibus permanere: vt actionem cõtra illos propoſitam elidant, per Iuris Teutonici defenſionem. & ſic ſæpius talium malefactorum crimina remanent impunita. Vnde de noſtrorũ Baronum, & Procerum conſilio, Statuimus: quòd accuſati de crimine incendij, ſiue exuſtionis, etiam inuenti in ciuitatibus, aut villis Teutonicalibus, extra forum ipſorum trahantur: & Iure Polonico, coram Iudice competenti, tenebuntur reſpondere: ac ſententiari, ſeu puniri pœna digna: iuxta criminis commiſsi demeritum. *Kazim. Mag. Folio 23.*

De aruipirio & incendio ſyluarum.

FRequenter ſolet euenire: quòd Nobiles, ſeu Plebeij, Borra, ſyluam, aut Gaium (dictum *Zapuſta*) cuiuſcunq; ex induſtria intrantes, aut caſu caumate, aliàs *Pożarem*, ſuccendunt: ſi de hoc per dominum villæ fuerint inculpati: tales non alio Iure, niſi Iure Polonico, ſicut Incendiarij debent iudicari. Et licet honori ipſorum per hoc minimè derogetur: nihilominus tamen conuicti, ſi fuerit kmetho, & non habet vnde ſoluat, redimat ſaltem vitam decem Marcis. ſicut pro capite plebeij, dari eſt conſuetum. *VVadiſl. Lagell. Craco. & Varſha Fol. 47.*

Pœna Siedmdzieſiath, hoc eſt, 14. Marcarum, pro incendio eſt decernenda.

VT itaque certa menſura & regula, de pœna (quæ conſueuit noſtro fiſco, ſiue noſtræ cameræ applicari) quæ *Siedmdzieſiąt* dicitur, habeatur: Statuimus, quòd tantùm in quatuor caſibus infraſcriptis, & non in pluribus, noſtræ cameræ applicetur. Primus caſus eſt, pro incendio: vt dum aliquis de incendio accuſatus, iuxta formam Iuris legitimè ſe non poterit expurgare. Secundus caſus: vbi aliquis de violentia, ſeu ſpolio publicæ ſtratæ accuſatus fuerit: & defecerit in ſui expurgatione. Tertius caſus: vbi aliquis Iudicium noſtrum paruipendẽs, coram Iudicio cultellum, *Kazim. Mag. Folio 15.*

vel gladium præsumpserit extrahere. Quartus casus: cùm aliquis iudicatus & condemnatus, iussusque satisfacere, vel sufficientem fideiussoriam cautionem facere, contempserit: & de Iudicio, per suam rebellionem, discesserit: non præstita prædicta cautione. Volumus, quòd prædicta pœna, in præmissis quatuor casibus, nostræ cameræ applicetur.

Fur, latro, incendiarius, raptor virginum, depopulator, cautionem fideiussoriam facere nolens, capiendus & puniendus.

Vladisl. Angello in Iedina. 1433. Folio 12.

ILlo tamen homine, qui in furto vel in publico maleficio, &c.

¶ Vide in Titulo FVRES. Fol. 185.

¶ De ijs qui syluas incendunt: Vide in Titulo SYLVA.

INFAMES QVI SVNT.

¶ Qui de Regno profugi, latrocinia exercent. Vide in Titulo PROFVGVS. (lio 191.

¶ Qui hæreticis patrocinãtur. Vide in Titulo HAERETICVS. Fo-

¶ Qui latrones, fures, in domos recipiũt. Vide in Tit: FVR. Fol. 185.

¶ Qui ter in Regestris notati fuerint. Vide in Titulo NOBILIS.

¶ Qui præter compurgatores, ad Iudicium veniunt. Vide in Titulo FVR. Folio 185.

¶ Infames sunt parricidæ, fratricidæ. Vide in Titulo HOMICIDIVM. Folio 193.

¶ Infames sunt omnes, quicunq; perpetratis furtis fugiunt. Vide in Titulo FVR. Folio 185.

¶ Infames sunt, quicunque furibus hospitia præbent. Vide in Titulo FVR. Folio 185.

¶ Infames sunt, quicunq; quarta vice de calumnia accusati fuerint. Vide in Titulo CALVMNIA. Folio 54.

¶ Infames sunt, qui inuasione domestica facta, è Regno profugiũt. Vide in Titulo INVASIO DOMVS.

¶ Infames sunt omnes, quicunque raptus conuincuntur. Vide in Titulo RAPTVS.

¶ Infames sunt serui, qui domino iubente maleficos non insequuntur. Vide in Titulo SERVVS.

¶ Infamis est seruus, qui tempore Expeditionis bellicæ à domino recesserit. Vide in Titulo SERVVS.

¶ Infames sunt omnes impossessionati, homicidia perpetrãtes, & citati non comparentes. Vide in Titulo HOMICIDIVM. Folio 193.

¶ Infames sunt omnes, quicunque Conuentu turbato, è Regno profugi-

profugiunt. Vide in Titulo COMITIA. Folio 91.

¶ Infames sunt, quicunque Officium, vel Dignitatem, contra Statutum acceptam, moniti non dimittunt. Vide in Titulo DIGNITAS. Folio. 140.

¶ Infames sunt, quicunque castra Regni, contra Statutum obtinēt. Vide in Titulo CASTRA. Folio 67.

INHIBITIO.

Inhibitiones Spiritualium, ad Secularia Iudicia dandæ non sunt.

ITem viam discordiarum, inter statum Spiritualem & Secularem, occasione Inhibitionum (quas Prælati Spirituales, in Iure Seculari, ipsorum literis & Interdictis facere consuerunt) feruentiùs exortarum exoriundarumque, præcludere volentes, Statuimus: quòd deinceps Prælati Spirituales, à talibus Inhibitionibus faciendis penitus cessent: præsertim pro causis, ad Ius Seculare pertinentibus. exceptis causis, Iuri Spirituali subiectis: de quibus se nullatenus Iudicium Terrestre debeat ingerere. *Ioan. Albert. Petriconia, 1496. Fol. 108.*

Qui literas Inhibitionis producit, & Iudex Terrestris aut Castrensis eas suscipit, pœnis 14 Marc. puniatur. nisi forte Reip. causa aliquis excusetur.

VOlumus, vt nullæ in posterum Inhibitiones ad Iudicia dentur: fiatq; in hoc executio Statutorum Regni nostri: & is, qui huiusmodi literas in Iudicium produxerit, pœna 14 Marcarum parti aduersæ puniatur. Similiter Iudices, tam Terrestres quàm Castrenses, huiusmodi literis Inhibitionum, in præiudicium partium parentes, & locum dantes, 14 Marc. pœna plectantur. exceptis causis eorum: qui in seruitijs Reipublicę, puta Legationis: aut vbi aliquis per Nos exercitui, contra hostem nostrū, etiam extra Regnum præfectus fuerit. quorum causæ, ad vnius anni spatium (si tanto tempore fuerint, in seruitio nostro) suspendi poterunt: iussu ac declaratione nostra, per literas Iudicio facienda. *Sigism. Petr. 1538. A 5.*

De causis Secularibus, in Iudicio Spirituali non iudicandis.

QVamùis in antiquioribus Statutis & Priuilegijs, constat vetitum esse: ne Spirituales Iudices arrogarent ipsis, causarum Secularium iudicandi facultatem: tamen cùm clamore communi impulsaremur: quia non obstantibus Constitutionibus antiquis, Seculares personæ plerunque e- *Alexander Folio Cxvij.*

cuocantur, ad Spirituàlia Iudicia, pro negotio Seculari: Quapropter ſtatuimus, & decernimus: Quòd Iudices Spirituales, Secularia Iudicia non exerceant, neque iudicent in futurum.

Inhibitiones, ad Commiſſariale Aſſeſſorialeúe Iudicium, non dabuntur.

Sigiſ. Petric. 1523. Fol. 30. NOS verò deputabimus Commiſſarios noſtros, qui faciant limites, ac illorum Iudicium Inhibitionibus noſtris non impediemus: Aſſeſſores ſeu Concõmiſſarios, nec etiã Reuiſores, poſt factos limites deſignabimus: ſed quicquid Commiſſarij noſtri decernent, illud ratum & firmum eſſe debebit. Præterea cùm Commiſſarij noſtri conuenient, ad locum limitum: ſiue Capitaneus, ſeu Tenutarius noſter exiuerit, ſiue non: eduxerit ſenes, aut non: ipſi Commiſſarij nihilominus limites ipſos proſequi, & finire debebunt: Capitanei noſtri, ac etiam illius, qui queritur de iniurijs limitum, contradictione, ſeu Motione, & Appellatione, ac etiam abſentia minimè obſtante.

Neque Rex Iudicio inhibeat. niſi quis Reip. cauſa abſit.

Kazim. iu. Iagello in Korczyn 1451. Folio 88. ITem Decernimus: quòd amodo & deinceps literæ, Ius & iuſtitiam prohibentes, in grauamen & præiudicium iuſtitiam quærentibus, non dabuntur, nec concedentur: niſi illis, qui in bello fuerint: aut rebus & negotijs Reipub. intendunt: tempore medio, quo huiuſmodi onera pertulerunt.

Regiæ Inhibitiones ſint nullæ.

Kazimir. in Nieſzo. 1454. Folio 93. ITem pollicemur: quòd non dabimus literas prohibitorias Iuſtitiæ: aut has, per quas poſſet impediri, aut differri Iudicium, in præiudicium alicuius partis, Actoris aut Rei. Quòd ſi aliquãdo huiuſmodi literas, de Cãcellaria noſtra, per importunam alicuius inſtantiam, aut quouis modo emanare contigerit: ſint eo ipſo nullæ: Iudiceſque, per huiuſmodi literas minimè iudicare ſint aſtricti.

Cancellaria Inhibitiones ne det.

Alex. Petric. 1504. Fol. 113. LIteræ autem Iuri contrariæ, intelligantur Inhibitiones ad Iudicia: quæ emanant abſque neceſsitate Reipub.

Sigiſm. Crac. 1532. B 2. ¶ SIMILIS. De Inhibitionibus, Iuri communi & Statutis Regni contrarijs, non concedendis, Mandabimus: vt Cancellariæ noſtræ præſidentes, in contrarium Statutorum, illas nemini concedant. & ſi conceſſerint: illæ iuxta Statutorum præſcriptum, nullæ cenſeantur.

Inhibiti-

Inhibitiones ad Iudicia ne dentur.

QVandoquidem de Inhibitionibus sunt antiqua Statuta: iuxta hæc, tam Cancellaria nostra, quàm Iudicium, vel Officium, sese conseruare debent. Quòd si aliquod Iudicium, vel Officium, aliter sese conseruaret: extunc pœna Statuti descripta puniri debet. *Sigis. Augu. Petric. 1550.*

INSCRIPTIO.

Ætas, discretio, & valetudo, consideranda, in faciente Inscriptionem.

NOtandum, quòd Iudicio præsidentes debent diligenter intendere, & considerare personam, recognoscentem aliquam Inscriptionem: si habeat debitam ætatem, aut discretionem bonam. quòd si aliter: non suscipiatur Inscriptio. Etiam debent considerare, si est sanus corpore: tunc potest scribi, Sanus mente & corpore. Sed si æger corpore existat, compos tamen rationis: prout est in re, scribatur: ita videlicet, Aeger & languens corpore, sanus tamen mente, & compos rationis. *Sigis. Petric. 1523. Folio 44.*

Inscriptiones Castrenses euanescunt: si infra annum, ad libros Terrestres non transferantur.

IN libris & Iudicijs Castrensibus, si quæ inscribentur Inscriptiones, aut ex causa, aut necessitate hominum: illæ ad librum Terrestrem transferuntur, ante anni decursum vnius. quo decurso, nullius roboris censeantur esse, in libro Castrensi sine translatione relictæ. *Albert. 1496. Folio 97.*

Inscriptiones transferantur.

IN primis Statutum Ioannis Alberti, quod hactenus nõ fuit in executione positum, de Inscriptionibus in librũ Castrensem inductis (vt infra vnius anni decursum, ad librum Terrestrem transferantur. alioquin, nullius roboris esse censeantur) approbamus: & in futurum ab omnibus obseruandum decernimus: volentes, vt si quæ deinceps Inscriptiones, seu Resignationes coram Capitaneo factæ fuerint, nisi infra vnum annum, in librum Terrestrem transferantur, sint nullius roboris & momenti. *Sigism. Crac. 1507. Folio 1.*

Pœna trium Marc. irrogatur ei: qui Inscriptionem Castrensem, ad tempus præfixum non transferat.

ITem dum aliquis inscribit alicui, in Iudicio Castrensi Inscriptionem: & promiserit inducere, in librum Terrestrem, aut Regalem: & non comple- *Consuet. terræ Crac. Fol. 120.*

compleuerit ad tempus, prout se inscripsit: succumbens pœnam Iudicio trium Marcarum, & totidem parti, istud facere teneatur: quod in Iudicio Castrensi inscripsit.

Inscriptiones, quæ coram Capitaneo Maioris Poloniæ, in Palatinatu Posnanensi & Calisiensi fiunt, perpetuæ sunt.

Sigism. Crac. 1510. Folio 11. DEcernimus, ad petitiones Nunciorum Maioris Poloniæ: vt Resignationes, & Inscriptiones, Reformationesque, coram Capitaneo Maioris Poloniæ generali, more antiquo fiant: in Palatinatibus, Posnanensi & Calisiensi duntaxat.

Inscriptiones, coram Officio Castri Siradiensis, & Lancicensis factæ, sunt perpetuæ.

Sigism. Crac. 1519. Folio 24. INscriptiones & Resignationes bonorum, in terra Siradiensi & Lancicensi coram Iudicio & Officio Castrensi factæ, sint firmæ & validæ: ac robur perpetuæ firmitatis obtineant, sine quauis introductione in librum Terrestrem. quemadmodū in Capitaneatu Maioris Polonię obseruatur.

In terra Gostinensi, tam libri Castrenses, quàm Terrestres, perpetui sunt.

Sigismundus Crac. 1540. IN terra Costinensi, rationabili quadam ratione adducti, de consilio Senatorum, & Nunciorum Regni assensu, Constituimus & decernimus: vt non secus Castrenses, quàm Terrestres libri, & Inscriptiones in illis factæ, sint authenticæ: & robur habeant perpetuæ firmitatis. quemadmodum id antiquitus fuit obseruatum.

A cassatione Inscriptionis vnus Grossus accipiatur.

Sigism. Crac. 1532. STatuimus: vt Notarij Terrestres & Castrenses, à cassatione Inscriptionis, non nisi vnum Grossum, ratione memorialis, & pro nota exigant: sub pœnis, in Statutis prioribus contra eos sancitis.

Inscriptiones in fraudem factæ, quomodo probandæ.

Sigism Crac. 1507. Folio 4. SAepe contingit circumueniri subditos nostros, per Inscriptiones bonorum, in fraudem eorundem, & impedimentum iustitiæ contra delinquentes: quapropter Statuimus: vt cùm actio & lis iudicialiter alicui intētata fuerit, pro quouis delicto: si Reus ille, Resignatione & Inscriptione bonorum, in Iudicio se tutari voluerit: & si perpetua fuerit Inscriptio: probabit eandem Inscriptionem, per Iuramentum, cum sex testibus suæ conditioni

conditioni paribus. Quòd non in fraudem partis, aut administrationem & executionem iustitiæ, occasione delicti obiecti, illam fecerit. si verò ad certum tempus eadem Inscriptio facta fuerit: cum duobus testibus, nullo dolo factam esse, iurabit.

Si quis alterius nomine Inscriptionem faciat falsò.

QVia impunitas magna dedit hominibus in malum propensis, ad falsitates & colluſiones admittendas audaciam: vt non vereantur, per submissas & subornatas personas, vt in Iudicijs, aut apud libros Terrestres, certas recognitiones facerent, nomine earum personarum, quas sæpè contingit longiùs abesse à loco Iudicij, & procurare: in detrimentum, & perniciem ignorantium. quam licentiam refrenare volentes, Statuimus: vt omnes tales, vbi sufficienti testimonio conuicti fuerint, pœna Statuti, de Inuasione domus expressa puniantur. *Sigismundus 1538. C 3.*

Procurator Inscriptiones ne faciat.

STatuimus: vt Procurator, siue sit possessionatus, siue non possessionatus, licet habeat sufficiens procuratorium: Inscriptiones tamen nec nouas faciat, nec de antiquis quietet, nec pecunias tollat inscriptas, sine præsentia sui Principalis, seu Actoris. *Sigis. Petric. 1511. Folio 18.*

Inscriptiones lingua Polonica scribi possunt.

VT autem Citationes, ita Controuersias, Decreta, & Inscriptiones, liberum est vnicuiq; Polonica lingua scribere. hoc tamen perpetuum sit: vt tam Inscriptiones Terrestres, quàm illa omnia, in loco Iudicij, præsente Iudicio Terrestri, in Acta, Polonicè vel Latinè inscribantur: propterea q; Notarij Terrestres debēt assidere Actis, sub amissione sui Officij. *Sigism. Crac. 1543.*

Contra Inscriptiones factas, locus dicendi non relinquitur.

PORrò contra Inscriptiones obligationum, & oppignorationum quarumuis, iam nullus locus, nulli hominum, ne Procuratoribus quidem, ad dicendum erit reliquus: nec quisquam controuersiam, atque contradictionem, contra eadem instituet ac faciet: sed duntaxat eisdem Inscriptionibus satisfacere, & eadem implere, iuxta obligationem tenebitur, nullā Motionem Iudicis faciendo: pro quibuscunq; tandem debitis inscriptæ, & quacunq; tandem tuitione roboratæ fuerint. Sed neq; vllam dilationē, atq; procrastinationē debitor habebit. nisi fortasse, coram certo Iudicio demonstraret, & allegaret Quietationem sui, ratione satisfactionis pro eodem debito inscriptam. In tali enim casu, semel ad futuros termi- *Sigismundus Crac. 1543.*

nos, beneficio dilationis vti debet. Quam quidem satisfactionem, & Quietationem sui, tenebitur comprobare in futuris terminis, ex eisdem Actis ad quæ se receperit: sub amissione suæ causæ.

Officium ad nullum accedat, ad Inscriptiones suscipiendas excepto Rege.

Sigismundus Augus. 1550.

CAuendo difficultates omnium, quæ exinde exoriri possent, Statuimus: vt nullum Officium ad quenquam accedat, propter suscipiendas aliquas Inscriptiones, aut Recognitiones aliquas: sed Actibus præsentibus, in præsentia inscribentis, aut recognoscentis sani mente. Quod verò attinet personam nostram Regiam, id eo modo conseruari debet, prout hactenus conseruatum fuit: quòd liberum sit in præsentia nostra, ad suscipiendas Inscriptiones ad vnumquenque nobis mittere.

Sigism. 1524.

INSCRIPTIONES OMNES SECVNDVM FORMVLAS STATVTI FIANT.

Sigism. Crac. 1543.

INSCRIPTIONVM VARIAE FORMAE.

De forma ac validitate omnium obligationum in genere.

AD effugiendas difficultates, in Inscriptionibus & Citationibus, (quas vafri homines, & eorum Procuratores, in longum inutiliterq; trahere, simplicitatem verò Iuris ac iustitiam impedire solent) Constituimus: quia Inscriptiones reemptionales, commutatoriæ, donatoriæ, obligatoriæ ad certum tempus, & debitorum in certam diem fieri solitæ, bonorũ vtendorum inter coniuges, aduitalitates, & arendarum, aliæque huiusmodi obligationes, sint iuxta formulas ipsarum Inscriptionum, in Statuto cõscriptas: ita vt si etiam breuiter in Actis scriberentur, debent tamen valere. Et hoc ita: vt quilibet, vendendo sua bona, vel quocunque modo inscribendo, aut oppignorando, Comparens coram Iudicio recognoscat: Quia bona sua, hoc est, hanc vel illam villam, vendit huic vel illi Nobili, & successoribus eius, hac vel illa pecuniæ summa: cum omni iure, proprietate, & dominio: sicut eandem solus habuit: atque dat realem intromissionem perpetuò, per Ministerialem hunc vel hunc. hoc adiecto: (sicut latiùs in formula Statuti descriptum est) Quòd si prædictus venditor, inscriptor, alienatorúe bonorum haberet vxorem: tunc eam tenebitur, cum amicis suis adducere: vt cedat, de reformatione dotis & dotalitij sui. & hanc recessionem faciet, & recognoscet, iuxta formulam venditionis, superiùs in Statuto contentam, cum consensu amicorum suorum. Quarum quidem Inscriptionum tuitionem, ac defensionem, vnicuique liberum erit

facere,

facere, ſub damnis terreſtribus, vel ſub vadio: prout ſcilicet inter partes contrahentes fuerit conuentum. Contra tales verò Inſcriptiones, obligationum & oppignorationum quarumuis, iam nullus locus, nulli hominum, ne Procuratoribus quidem ad dicendum erit reliquus: nec quiſpiam controuerſiam, atq; contradictionem, contra eaſdem inſtituet, ac faciet: ſed duntaxat eiſdem Inſcriptionibus ſatisfacere, & eaſdem implere, iuxta obligationem tenebitur, nullam Motionem Iudicis faciendo: pro quibuſcunq; tandem debitis inſcriptæ, & quacunque tandem tuitione roboratæ fuerint. Sed neq; vllam dilationem, atq; procraſtinationem debitor habebit. niſi fortaſſe coram certo Iudicio demonſtraret, & allegaret Quietationem ſui, ratione ſatisfactionis pro eodem debito inſcriptam. In tali enim caſu, ſemel ad futuros Terminos beneficio dilationis vti debet. Quam quidem ſatisfactionem, & Quietationem ſui, tenebitur comprobare in futuris Terminis, ex eiſdem Actis, ad quæ ſe receperit: ſub amiſſione ſuæ cauſæ.

Inſcriptio commutationis bonorum.

COmparentes perſonaliter coram Iudicio Nobilis N. hæres de N. ex vna, & Nobilis N. de N. partibus ab altera, ſani mente & corpore, compotesque rationis exiſtentes, publicè & per expreſſum recognouerunt: talem inter ſe feciſſe bonorum hæreditatiorum, perpetuam & irreuocabilem commutationem: dantes ſibi inuicem bona pro bonis, & terram pro terra: quòd videlicet prædictus N. dedit & commutauit ſua bona hæreditaria, videlicet villam N. cum ipſius villæ totali hæreditate, cum omni Iure, dominio, & proprietate, ac titulo hæreditario, cum prædicto N. de N. qui pro eiuſdem N. hæreditarijs bonis, videlicet villa N. etiam cum totali ipſius villæ hæreditate, illi dedit & commutauit bona ſua hæreditaria præfata, videlicet villam N. cum ipſius villæ totali hæreditate, cum omni Iure, dominio, & proprietate, ac titulo hæreditario: ita quòd præfatus N. prædicta bona videlicet villam N. cum ſuis ſucceſſoribus tenebit, habebit, & hæreditariè poſsidebit: ita latè, longè, circumferentialiterq;: prout dicta bona, ſeu hæreditas, præfatæ villæ N. in ſuis metis & limitibus ab antiquo eſt diſtincta, & limitata: cum omnibus ad ipſa bona ſpectantibus, & pertinentijs: nihil excipiendo. Et ſimiliter prædictus N. prædicta bona ſua, videlicet villam N. cum ipſius villæ totali hæreditate: cum omni Iure, dominio, & proprietate, tituloque hæreditario: & cum legitimis ſuis ſucceſſoribus, tenebit, habebit, & hæreditariè poſsidebit: ita latè, longè, circumferentialiterq: prout dicta bona, ſeu hereditas villæ N. in ſuis metis, & limitibus ab antiquo eſt diſtincta, & limitata: cum omnibus pertinentijs ad ipſa bona ſpectantibus: nihil excipiendo. Et

Sigiſmundus Petrico. 1525. Folio 45.

do. Et iam prefati commutantes, dederunt sibi inuicem, in præfata bona commutata realem intromissionem, & actualem possessionem: et debẽt tenebunturque, se & eorum successores, inuicem, occasione præmissorum bonorum, tueri, defendere, & inuicem se eliberare, pacificareque, ab omni impetitione Iuridica, ab omnibus personis per perscriptiones Terrestres: prout ad aliquam personam præscriptio pertinet: sub damno terrestri, totiens quotiens alteri ipsorum commutantium, vel eorum successoribus opus fuerit.

Inscriptio venditionis bonorum.

Sigism. Crac. 1523 Folio. 44.

COmparens personaliter coram Iudicio NObilis N. hæres de N. sanus mente & corpore existens, publicè & per expressum recognouit: Quia bona sua hæreditaria, videlicet villam N. cum totali ipsius villæ hæreditate, & omnibus ad eam pertinentibus, & quouis modo spectantibus, & prouenientibus: nihil Iuris, dominij, & proprietatis, & quorumuis vsufructuum, prædictus N. in præfatis bonis N. pro se & suis successoribus reseruando, seu excipiendo: ita latè, & longè, circumferentialiterque, prout præfatorum bonorum villæ N. hæreditas, se in suis metis & limitibus extendit: Nobili N. de N. pro centum Marcis pecuniæ, monetæ & numeri Polonicalis, vendidit perpetuè, & in æuum: ita, prout solus habuit, tenuit, & possedit: nullis exclusis: per præfatum N. & eius successores, cum omni Iure, dominio, & proprietate, ac titulo hęreditario, perpetuè & in æuum tenenda, possidenda, & ad vsus beneplacitos conuertenda. Et iam exnunc prædictus N. præfato N. dedit realem intromissionem, & actualem possessionem, per Ministerialem terrestrem, N. de N. in prædicta bona, videlicet villam N. & eius hæreditatem totalem, et debet prædictus N. & eius successores, præfatum N cum suis successoribus, occasione præmissorum tueri, euincere, & eliberare, pacificareque: ab omni impetitione Iuridica, ab omnibusque personis, per Præscriptiones terrestres: prout ad quamlibet personam Præscriptio pertinet: totiens, quotiens sibi N. opus fuerit: sub damno terrestri, nulla re exquisita ipsum euadendo. Pro quibus damnis, seu vadio &c. vt supra. Et si venditor haberet vxorem: cuius reformatio extenderet se, ad talia bona vendita: constituetur per maritum ad Acta: & cum consensu amicorum, ad minus duorum, ex linea paterna consanguineorum, consentiet ad talem Inscriptionem: quo ad eius reformationem.

Inscriptio census in vim reemptionis, aliâs Ná widerkaw, personis.

Sigis. Petric. 1523. Folio 45.

COmparens personaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. hæres, sanus men-

nus mente & corpore, publicè per expreſſum recognouit: Quia honorabilibus viris N. de N. &c. Manſionarijs Eccleſiæ Cathedralis Cracouienſis, modernis & pro tempore exiſtentibus, duodecim Marcas pecuniæ cenſus annui, pro trecentis Marcis pecuniarum, monetæ & numeri Polonicalis, perpetuè & in æuum, in vim tamen reemptionis, aliâs *Náviderkan*, vendidit, & inſcripſit: & vendit, & inſcribit: in & ſuper bonis ſuis hæreditarijs: videlicet villa N. ac Kmethonibus, tabernatoribus, & alijs quibuſuis incolis, præfatæ villæ N. Quas quidem duodecim Marcas pecuniarum prædictus N. & eius ſucceſſores, tenebitur ſeu tenebuntur ſingulis annis, pro quolibet feſto Sancti Martini, præfatis honorabilibus viris Manſionarijs. N. & N. modernis & pro tempore exiſtentibus, per proprium nuncium mittere: & ab illis etiam quotannis, poſt ſolutionem, Quietationem recipere. Et tenebitur, præſentibusq; ſe obligat præfatus N. cum kmethonibus eiuſdem villæ incolis, ad Acta Spiritualia, Vicarij ſiue Officialis in Spiritualibus Cracouieñ. pro feſto Sancti Andreæ proximo ſtare: & ſe ad ſolutionem, cum præfatis kmethonibus, præfati cenſus annui duodecim Marcarum, ſub cenſuris Eccleſiaſticis obligare. Etiam præfatus N. obligat ſe & ſuos ſucceſſores, occaſione præfati cenſus, ab omnibus Inſcriptionibus prioribus, ſi quæ ſunt, & omni impetitione Iuridica, prædictos Manſionarios modernos, & pro tempore exiſtentes, tueri, euincere, & eliberare: ab omnibus perſonis: ita quòd Præfati Manſionarij moderni, & pro tempore exiſtentes, poſſent pacificè & integrè, quolibet anno præfatum cenſum duodecim Marcarum, ſic vt præmiſſum eſt percipere, ſine quouis impedimento. Quæ omnia ſuperiùs expreſſa, & in præſenti Inſcriptione contenta, præfatus N. tenebitur, & ſui ſucceſſores tenebuntur complere: ſub vadio centum vel N. Marcarum, prædictis Manſionarijs, & eorum ſucceſſoribus ſoluendo. Pro quo vadio, citatus, vel ſucceſſores eius citati, in primo termino, tanquam peremptorio, ſtare debet ſiue debent: nulla re exquiſita ſiue Iudiciaria, ſiue extraiudiciaria illos euadendo: vel terminum differendo: ſub amiſsione ſuæ cauſæ: ſed in eodem termino tenebitur & tenebuntur prædictos Manſionarios, ab omnibus impedimentis, euincere, eliberare: & omnibus in præſenti Inſcriptione contentis, ſatisfacere. Quod ſi noluerit, aut neglexerit: vel eius ſucceſſores neglexerint: extunc in inſtanti, pro præfato vadio ſatisfacere tenebitur, ſiue tenebuntur. Et ſatisfaciendo pro præfato vadio, vtique omnia contenta in præſenti Inſcriptione, complere debebit, totiens, quotiens præfati Manſionarij cenſum præfatum, ad tempus prædictum habere non poſſent: et illis dedit realem intromiſsionem, in præfatum cenſum, per Miniſterialem Terreſtrem N. de N.

Formula donationis perpetuæ.

Sigiſ. Cracou. 1523. Folio 46.

COmparens perſonaliter coram Iudicio Nobilis N. hæres de N. ſanus mente & corpore exiſtẽs, publicè & per expreſſum recognouit: Quia bona ſua hæreditaria, videlicet villam N. cum totali ipſius villæ hæreditate, ac cum omni Iure, dominio, & proprietate, tituloque hæreditario, necnon cum omnibus ad ipſa bona pertinentibus, & quouis modo ſpectantibus, & vtilitatibus vniuerſis, nihil Iuris, dominij, & proprietatis, & quorumuis vſufructuum, ac vtilitatum, in prædictis bonis, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, reſeruando, ſeu excipiendo: ita latè, & longè, circumferentialiterq́; , prout præfatorum bonorum hæreditas ſe in ſuis metis & limitibus extendit: & prout ea ſolus tenuit, habuit, & poſſedit: Nobili N. de N. nepoti ſuo ex fratre germano, dedit, donauit, perpetuè, & in æuũ, irreuocabiliterque: per præfatum N. & eius ſucceſſores, tanquam veros & legitimos hæredes, prædicta bona tenenda, habenda, & perpetuè poſſidenda, ad vſuſque beneplacitos conuertenda. Et iam prædictus N. prędicto N. ex nunc dedit realem intromiſsionem, & actualem poſſeſsionẽ, per Miniſterialem terreſtrem N. de N. in præfata bona.

Forma obligationis, cum traditione poſſeßionis.

Sigiſm. Petri. 1523. Folio 47.

COmparens perſonaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. hæres publicè, & per expreſſum recognouit: Quia Nobili N. de N. bona ſua hæreditaria, videlicet villam N. in trecentis Marcis pecuniæ bonæ monetæ numeri polonicalis obligauit, inſcripſit: & præſenti Inſcriptione inuadiat, obligat, & inſcribit, ad feſtum Natiuitatis Chriſti proximè venturum: & à feſto Natiuitatis Chriſti proximo, in defectu exemptionis, & ſummæ præfatæ ſolutionis ad aliud feſtum Natiuitatis Chriſti: & ſic ab anno ad annum, annis ſe ſequentibus: vſq; ad plenariam & integram præfatæ ſummæ trecentarum Marcarum exolutionem: & prædictorum bonorum N. exemptionem: per ipſum N. de N. prædicta bona N. tenenda, habenda, & poſsidenda: cum omni Iure, dominio, & proprietate, modo obligatorio: nihil Iuris, dominij, & quorumuis vſufructuum vel vtilitatum, in prędictis bonis N. pro prædicto N. & eius ſucceſſoribus, vſque ad debitam executionem, penitus reſeruando, ſeu excipiendo: ſed ita latè, & longè, prout ſolus prædictus N. tenuit, habuit, & poſſedit. Et iam ſibi prędictus N. dedit, & dat exnunc in præfata bona N. realem intromiſsionem, & actualem poſſeſsionem, per Miniſterialem Terreſtrem N. de N. Et debet tenebiturq́; præfatus N. & ſui ſucceſſores tenebũtur ipſum N. & eius ſucceſſores, occaſione prædictorum bonorum, ab omni impetitione Iuridica, & quibuſuis Inſcriptionibus & Iuribus prioribus, tueri, defendere, euincere,

euincere,& eliberare: totiens,quotiens sibi aut eius successoribus opus fuerit: vsque ad exemptionem bonorum prædictorum. Nec debet prædictus N. & eius successores, prædicto N. & eius successoribus, in præfatis bonis obligatis iniuriari: aut quouis modo pacificam possessionem præpedire: sub vadio aliarum trecentarum Marcarum: pro quo vadio, si se citari permiserit, aut successores permiserint: in primo Termino, tanquã peremptorio,parere tenebitur,& tenebuntur.Et in illo Termino,intercedere,euincere,eliberare: iniuriamq; per se,vel submissas personas,in præfatis bonis, illatã resarcire. Quòd si in præfato Termino intercedere, euincere, eliberare, damnumq; resarcire noluerit, aut neglexerit: extunc pro præfato vadio satisfacere tenebitur, in eodem Termino: nulla re exquisita, nec colore excogitato: nec Iudicialiter, neq; extraiudicialiter. abrenunciando omnibus Iuris remedijs, & dilationibus: nulliſq; euasionibus, modis, vel cautelis, Terminum præfatum differendo: nec quouis modo ipsum N. vel eius successores euadendo. Quod vadium, debet conuerti, in summam essentialem, sine corporali iuramento: nec poterit quicquam in auxilium sibi contra ipsum N. & eius successores accipere, sub amissione suæ causæ: videlicet solutionis præfati vadij: quo soluto, vtique Inscriptioni præsenti & in ea contentis satisfacere: totiens, quotiens sibi N. & eius successoribus opus fuerit.

Inscriptio inscribendi debiti, ad certum diem obligati.

COmparens personaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. publicè & per expressum recognouit: Quia Nobili N. de N. centum Marcas pecuniarum certi & liquidi debiti, siue mutuatæ pecuniæ, monetæ & numeri Polonicalis, tenetur, præsentibus obligatur, hinc ad festum Natiuitatis Christi proximè venturum, soluere, & complere. Casu quo non soluerit, aut soluere neglexerit: extunc in crastino eiusdem festi Natiuitatis Christi proximè venturi, debebit, tenebitur, præsentibusque se obligat sibi N. dare realem intromissionem, & pacificam possessionem, in villam suam hæreditariam, siue obligatoriam, dictam N. per Ministerialem quẽcunque sibi præfatus N. elegerit: etiam sine alicuius additione officij. Et data sibi intromissione, & pacifica possessione, debet & tenebitur ipsum tueri,& defendere,& eliberare: ita quòd præfata bona,pacificè,& quietè, ab omni impetitione Iuridica, quarumcunq; personarum, possit tenere, & possidere: quæ tenebit, habebit, possidebit, modo obligatorio, in præfatis centum Marcis, à præfato festo Natiuitatis Christi: vel potiùs ab acceptione possessionis, ad aliud festum Natiuitatis domini proximè venturum: & à festo Natiuitatis Christi proximẽ venturo, ad aliud, annis se

Sigis. Petric. 1525. Folio 48.

sequenti

sequentibus, vsq; ad plenariam solutionem prædictarum centum Marcarum: cum omni Iure, dominio, & proprietate: ac cum omnibus vtilitatibus, ex eiusdem bonis, seu villa prædicta, prouenientibus: nihil excipiendo. et tenebitur dictus N. præfatum N. occasione premissorum, tueri, defendere, & eliberare, sub vadio aliarum centum Marcarum. Quod si tueri, & defendere, & eliberare noluerit, aut neglexerit: vel in præfatis bonis, per se, vel summissas personas, quouis modo iniuriatus fuerit: & se occasione præmissorum, pro præfato vadio citari permiserit: vel sui successores permiserint: extunc in primo termino parere tenebitur, & tenebuntur: & in illo termino, tueri, euincere, eliberare, bonaque præfata pacificare, ab omnibus personis, prout ad aliquam personam prescriptio pertinet. Quòd si in præfato termino præmissa non fecerit, seu facere neglexerit: aut iniuriam si quam intulerit, resarcire nollet: extunc in eodē termino, pro præfato vadio, satisfacere tenebitur, & tenebuntur: nulla exquisita, nec colore excogitato: neq; Iudicialiter, neq; extraiudicialiter, terminum præfatum differendo: neque quouis modo ipsum vel eius successores pro præfato vadio euadendo: quod vadium, debet conuerti in summam essentialem, siue principalem, sine corporali iuramento, nec quicquam sibi contra ipsum aut eius successores, recipiendo sub amissione suæ causæ. Nihilominus soluto vadio, præsenti obligationi, & in ea contentis, satisfacere eidem N. & successoribus eius tenebitur: totiens, quotiens sibi & eius successoribus opus fuerit.

Inscriptio locationis & conductionis, seu Arendæ.

Sigism. Petr. 1523. Folio 49.

COmparens personaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. hæres siue Tenutarius, publicè & per expressum recognouit: Quia bona sua hereditaria, siue obligatoria, videlicet villam N. Nobili N. de N. pro decem Marcis pecuniæ, bonæ monetæ, & numeri Polonicalis arendauit, ad tres duntaxat annos, à festo Natiuitatis Christi proximo, continuè se sequentes: quas decem Marcas, præfatus N. prædicto N. tenebitur soluere ad quodlibet festum Natiuitatis Christi, scorsum in loco N. Et præfatus N. tenebitur præfatum N. quietare, ad Acta Castrensia, districtus illius: & sic quolibet anno, vsque ad expirationem præfatæ arendæ. Quæ quidem bona præfata, videlicet villam N. prædictus N. arendator tenebit, possidebit: illisque vti fruetur, vigore præfatæ arendæ: & nullo alio Iure: cum omni Iure, dominio, omnibusque vsufructibus, ad prædicta bona quoquo modo spectantibus: & vtilitatibus ex illis prouenientibus: vsque ad decursum trium annorum, à receptione possessionis, vel potiùs ad certum tempus. prout supra. Et iam præfatus N. dedit sibi arendatori realem

possessio-

possessionem, in præfata bona: tenebiturq; ipsum tueri, protegere, in præfatis bonis arendatis, ab omni impetitione Iuridica, vsque ad expirationem præfatæ arendæ, sub damno terrestri. Et hic idem stans præfatus N. arendator etiam recognouit se arendasse prædicta bona, apud præfatũ N. iuxta continentiam præsentis Inscriptionis. Quæ bona recognouit, non alio genere tantummodo Iure arendæ prædictæ, se tenere & possidere.

Inscriptio inter coniuges ad tempora vitæ.

COmparentes personaliter corã Iudicio Nobiles N. de N. & N. de N. Coniuges, sani mente & corpore existẽtes, & vsi amicorum consilio, publicè & per expressum recognouerunt: quia omnium bonorum suorũ hæreditariorum, & obligatoriorum, mobilium & immobilium, quæ nũc habent, & in post babebunt, inuicem & mutuò concesserunt sibi vsufructum, ad tempora vitæ: tali videlicet modo: quòd si præfatum N. priusquam prædictam N. mori contigerit, extunc ipsa N. bona omnia, tam mobilia quàm immobilia prædicti N. obtinebit & possidebit: cum omni Iure, dominio, & proprietate nihil excipiendo: illisque vtifruetur ad tempora duntaxat vitæ suæ. Post mortem verò prædictæ N. bona præfata tam mobilia quàm immobilia, totaliter, pleno Iure, ad successores prædicti N. deuoluentur: sine quouis impedimento, & contradictione successorum præfatæ N. Et similiter si contigerit prædictam N. priùs mori, quàm ipsum N. extunc præfatus N. bona omnia tam mobilia quàm immobilia præfatæ N. obtinebit, & possidebit: cum omni Iure, dominio, & proprietate: & omnibus eorũdem bonorum pertinentibus: illisq; vtifruetur ad tempora vitæ duntaxat suæ. Post mortem verò prædicti N. bona præfata quęcunque ipsam N. concernebant, ad successores prędictę N. totaliter deuoluentur, sine quouis impedimento, & contradictione successorum præfati N.

Sigis. Petric. 1523. Folio 45.

Inscriptio verò cessionis hæc est.

COmparens personaliter coram Iudicio præsenti, Nobilis A. de B. sponte, publicè, ac expresse recognouit: quia de omni Iure suo ac Inscriptionibus suis perpetuis, vel obligatorijs, in Actis quicunq; contentis, à quibuscunque personis, quacunq; ex causa, in & super bonis C. habitis, vnà cum tuitione, in eodem Iure, ac Inscriptionibus contenta, latiùs in se canente, nihil Iuris, dominij, & proprietatis, ac vsuumfructuum, ex eisdem Iuribus ac bonis prædictis, sibi & suis successoribus relinquendo: sed prout ea solus habuit, tenuit, & possedit, Nobili D. E. & eius successoribus cessit: prout iam exnunc cedit, & resignat: aliaque omnia ipsius Iu-

ris, ac Inscriptionum suarum beneficia, bonorumque dominium, ac vtilitates vniuersas, in eundem D. & eius successores transfudit, perpetuò & in æuum. Et iam ipse A. eidem D. dat realem intromissionem, & actualem possessionem, tam in hoc ipsum Ius seu Inscriptiones, quàm in bona prædicta, per Ministerialem terrestrem, quemcunque iam ex nunc de Iure additum, ad intromittendum præfata bona C. vigore ipsius Iuris cessi, ac Inscriptionum originalium, tenenda, habenda, & vtifruenda, perpetuò ac in æuum. (vel alioqui vsque ad exemptionem eius, vel successoribus ipsius, realiter faciendam.)

Iudex cum Subiudice obseruare debent: vt Inscriptiones diligenter inscribantur.

Sigis. Petrico. 1519. Folio 23. IVdices cum Subiudicibus prouideant: quò Inscriptiones iustè & diligenter, per Notarios, in libros inscribantur: & non mutentur. ad quod & ille, qui actionem habebit, & res sua illi erit curæ, intendat.

INTERCESSIO.

¶ Vide in Titulo COADIVTOR Folio 84.

INTERDICTVM QVADRIDVANVM.

Iaroslaus Gnesnensis Archiepiscopus, de Interdicto seruando.

Folio 54. SVper Interdicto seruando taliter Decernimus: quòd cùm ex casu qualicunq; euenerit, in ciuitate Cracouiensi Interdictum Ecclesiasticum, teneri & obseruari: ciuitas Kazimiria, iuxta flumen *Wisłá*, eidem Interdicto non debet subiacere: & è conuerso.

De eodem, Bodzanta Episcopus Cracouiensis.

Folio 58. ITem super Interdicto seruando taliter Decernimus: quòd cùm ex casu qualicunque euenerit, in ciuitate Cracouiensi Interdictum Ecclesiasticum teneri & obseruari: ciuitas Kazimiria, quæ est quasi contigua, iuxta flumen *Wisłá*, eidem Interdicto non debet subiacere: & è conuerso.

De cessatione à diuinis, propter Excommunicatos.

Iaroslaus Folio 54. STatuimus insuper: quòd vbicunq;, vel ad quamcunque Excommunicatus à Iure, vel Ecclesiam, seu ciuitatem ingressus fuerit: tunc cessetur à diuinis. ipso tamen de Ecclesia, aut cimiterio recedente, diuina licitè reseruentur, & resumentur.

De eodem

De eodem, Bodzanta Episcopus Cracouiensis.

STatuimus insuper: quòd vbicunque, vel ad quemcunque locum Excommunicatus à Iure, vel ab homine venerit ad Ecclesiam: vel ciuitatem ingressus fuerit: tunc cessetur à diuinis. ipso tamen de Ecclesia, vel ciuitate iam recedente, diuina licitè resumentur. *Folio 51.*

De Interdicto triduano non seruando, Iaroslai Archiepiscopi Gnesnensis.

INter cætera Decernimus, & statuimus expressè: Quòd Interdictum triduanum, quod aliâs seruatur per omnes Ecclesias, propter aduentũ alicuius Excommunicati, extunc per quempiam, & exnunc nullatenus debeat teneri, & obseruari, ne pluritas plebis deuotæ, propter crimen vnius obstinati, salutaribus diuinis officis priuetur: & sua orbentur deuotione. Vbi autem sententia sedis Apostolicæ fuit: cui nos legem dictare non possumus: volumus quòd forma Mandati, in rescripto posita, diligẽter seruetur, & exequatur: clausula, de Interdicto superiùs triduano præmisso, non obstante. *Folio 54.*

De eodem, Bodzanta Episcopus Cracouiensis.

INter cætera Decreuimus, & statuimus expressè: Quòd Interdictũ triduanum, quòd aliâs seruabatur per omnes Ecclesias, propter aduentum alicuius Excommunicati, ex nunc per quempiam nullatenus teneri debet, nec obseruari. ne pluritas plebis deuotæ, propter crimen vnius obstinati, salutaribus diuinis officijs, & sua deuotione orbetur. *Folio 58.*

De Excommunicatis in Parochia.

ITem etiam volumus: quòd propter Excommunicatum vnum, qui venerit ad locum quemcunque, Parochiani non debent carere diuinis: Papali duntaxat Excommunicationis sententia, & Interdicti, obstante. *Idem Folio 58.*

INTERROGATIO.

ADijcimus hoc etiam: quòd quãdo super iudicato dubitaretur: & ad Iudicem interrogandum, partes se reciperent: & si ipse Iudex in memoria teneat, qualiter iudicauit: statim sententiam dicere, vel in crastinũ differre teneatur. nisi iam esset libris Actorum inscripta.

De tempore, ad interrogandum accipiendo.

ITem cùm Iudex accipiet ad interrogãdum aliquam dubietatẽ, aliâs rem vlterius *Consuet. terræ Crac. Fol. 121.*

vlterius protrahere non poteſt: niſi ad tertios Terminos. ſed in tertijs Terminis, Interrogationem dicere teneatur. Iudex verò Caſtrenſis, in ſedecim ſeptimanis debet expedire Interrogationem. & pro eo poteſt Iudex moneri, ſi non expediuerit Interrogationem, tempore medio, ad interrogandum habito & præterito. Cùm autem fit Interrogatio, partes nec Interrogationi intereſſe, nec eam audire debeant.

¶ Abrogata hæc eſt lex: Vide in Titulo, DELIBERATIO Fol. 139.

INTERREGNVM.

Sub Interregno, fines Regni à Nobilitate defendantur.

Ex Confœderatione dicta Kaptur.

INſuper, ſi qui extra fines Regni poſiti Eccleſias, ſeu bona Eccleſiæ, aut confinia Regni noſtri, Rege nondum coronato moleſtare præſumpſerint: volumus, promittentes ſine dolo & fraude, cùm ad hoc ſpecialiter requiſiti fuerimus, iuxta poſſe facultateſque noſtras, vnanimiter illa defenſare. ¶ Vide in Titulo, ELECTIO REGIS. Folio 152.

Sub Interregno, nihil rapiatur de theſauro.

Sigiſm. Crac. 1507. Folio 3.

EX theſauro ſi quis aliquid ſuſtulerit, rapuerit, aut quouis modo in vſus proprios conuerterit, præſertim ſub Interregno: fraudis, & peculatus reus iudicetur.

INTROMISSIO.

Ab intromiſſione, Capitanei, & eorum Burgrabij munera ne accipiant.

Albert. Petr. 1496. Fol. 109.

ITem quoniam ſubditis noſtris, vel ex re iudicata, ſiue aliàs perlucris, vti Iudicialiter dici conſueuit, ſiue per emptionem, aut reſignationem, donationem, deuolutionem, aut alia ratione bonorum intromiſsiones petentibus, Officiales noſtri, videlicet locorum Capitanei, Vicecapitanei, & Burgrabij eorundem, conſueuerant à qualibet Intromiſsione ſolutiones extorquere inſolitas: cùm videlicet pro parte Capitanei decẽ Marcæ, & pro parte Burgrabij vna Sexagena Polonicalis, per eos, qui intromittebantur, iuſſu Capitaneorum dari conſueuerant: Nos cernentes iſtud introductum eſſe ſine Iure, quinimo cum grauamine ſubditorum noſtrorum, Decreuimus & Statuimus: Vt cùm Capitanei noſtri ſalarijs, & introitibus ſpecialibus, ac in certis locis, de menſa noſtra prouentibus Regalibus fuerint (prout ſunt) dotati vbique: quorum ratione, ſicut ad exercenda debita eis annexa officia, ſic ad omne iuſtitiæ miniſterium eis incumbens, & dandas eas Intromiſsiones obligantur: propter quod amodo

in perpè-

in perpetuum prædicti Capitanei, & Burgrabij eorundem, in vniuersis Regni nostri terris pro tempore existentes, aut prædicta, aut alia forsan exquisita, vel exquirenda salaria, vel munera, pro Intromissionibus, à subditis nostris exigere, extorquereque non debeant. A quorum solutione, eosdem subditos nostros in hac parte, de speciali nostræ benignitatis gratia absoluimus æuiternè. tamen volumus: vt circa easdem intromissiones, debita Ministerialium salaria soluantur: iuxta solitum.

De eodem, Alexander Rex.

CApitanei introligantes in bona, de brachio Regali, non percipiant decem Marcas: neque Burgrabij Sexagenam, aliâs iuxta Statutum Alberti Regis, quo istud prohibetur, se conferuent. *Alexander in Radom 1505. Folio 116.*

De eodem.

VOlentes cauere, ne grauetur Nobilitas, renouamus Statutum: ne Officium Castrense aliquid recipiat, ab Intromissione. *Sigis. August. 1550.*

Intromißio per Miniſterialem danda,

QVandocunque aliquis acquirit bona aliqua hæreditaria, siue titulo perpetuo, siue obligatorio, aut ex re iudicata, siue alio quocunq; modo: de necessitate Iuris, per Terrestrem Ministerialem proprium ab Officio Terrestri receptum, debet induci & intromitti, in talia bona manifestè. vt nullum lateat noui domini in illis bonis possessio: qui aliquod interesse habere se prætendat, ad eadem. Et hæc Intromissio, ex recognitione Ministerialis debet inscribi, & induci in librum Terrestrem, seu Castrẽsem, in districtu proprio: vbi prædicta bona consistunt. A qua Intromissionis Inscriptione, omnis Præscriptio, & diuturnitas Terrestris, in omnibus bonis perpetuò acquisitis, accipit initium & firmitatem. Quæ quidem Intromissio licet ab antiquo non obseruabatur communiter: de consensu tamen communi omnium approbata est, & instituta: initiumq;, vigorem, & necessitatem, præsertim in omnibus perpetuitatibus, iam ab anno 1543. accepit, & habebit in perpetuum. *Consuetudo.*

Victori in bona Intromißio danda, præſertim ſi ſe debitor Intromißionem daturum in defectu ſolutionis recepit.

CVm aliquis citatus fuerit, pro quacunque re, pro qua non inscripserat se: ipse autem citatus, nolens admittere se damnificari, dat circa Iudicium Intromissionem, tunc suscipienda est Intromissio per citantem. Sed si citatur aliquis pro re, vel pro debito inscripto: sic quòd Inscriptio- *Consuet. terræ Crac. Fol. 124.*

nem fecerat, Quia debuit ſoluere, non dando Intromiſsionem: ſed principale, ſeu originale debitum ſoluturus eſſet, prout ſe inſcripſit: talis ſi citatur, neque in termino ſatisfacit, ſi Intromiſsionem Actori dare vellet, (Cui dandæ Intromiſsioni, ipſe Citatus in ſua Inſcriptione abrenunciauit) Decernendum eſt: Quòd Citatus non aliter, quàm cum triplici pœna trium Marcarum, Intromiſsionem dabit in re debita: vſq; ad ſatisfactionem, & pro ipſa re principali, & pro pœnis faciendam. quam Intromiſsionem Actor, cum triplicata trium Marcarum pæna, recipere teneatur.

¶ Idem vide in Titulo DEBITVM Folio 128.

INVASIO DOMVS.

Qui inuadit domum alterius manu violenta, & vulneratur, vel alios vulnerat in domo.

Kazim. Viſli. Folio 17.

PEtrus depoſuit contra Ioannem, quòd ſibi quatuor inflixiſſet vulnera: Ioannes verò fatetur hoc ſe feciſſe: ex eo, quia manu armata domũ eius inuaſiſſet: & in ea inuaſione, matrem, aut ſororem, vel vxorem, ſeu filiam ſibi vulneraſſet: quod vulnus, refert, per Miniſterialẽ conſpectũ, vel viſum fuiſſe: obtulitq; ſe probaturum: tamen Miniſterialis interrogatus per Iudicem, negauit ſe prædictum vulnus vidiſſe, vel conſpexiſſe. Et quia poſt negationem ipſius Miniſterialis, idem Ioannes mox prædictum vulnus, matri ſuæ illatum, per alios idoneos teſtes, qui dictum vulnus viderunt, & conſpexerunt, ſe offerebat probaturum: Nos in tali, & ſimili caſu Decernimus: eundem Ioannem, ad producendum teſtes, de calumnia, fore admittendum.

De domus violatione, & in ea vulneratione, ac homicidio, & violatoris complicibus.

Albert. Petr. 1496. Fol. 106.

ITem cùm frequentiùs violatores domorum ſuas defenſiones Iudiciarias deponerent, in multitudine cautelarum: per quas nonnunquã Rei abſoluebantur, ab inſtantijs Actorum: vnde Statuimus: Quòd ſi quis intrans domum alicuius, manu violenta hoſpitem, aut vxorem, vel filium, aut familiarem ipſius interfecerit: aut etiam enormiter vulneraverit: talis, ſi citatus fuerit ad Iudicium Caſtrenſe, non aliter conuinci debeat: niſi teſtibus decemocto nominatis. è quibus, electis ſex Nobilibus bonæ famę, & poſſeſsionatis, illius diſtrictus, aut Palatinatus, vbi tale crimen fuerit patratum, Actor cum eiſdem præſtito Iuramento, actionem obtinebit: & Reus, vti violator ſecuritatis domeſticæ, vita priuabitur. Complices verò antiquam retineant Conſtitutionis Iuriſdictionem, animaduerſionemque. Ne tamen quiſpiam perſonam iuſtam, & innocentem, pro tali, aut alio cri-

alio crimine calumniosè culparet, exindeque culpatus deputaretur turri recludendus: in tali casu, Nos & successores nostri, priusquam deputandum in turrim festinauerimus, scrutabimur, & scrutabuntur: scireque debebimus, & debebunt, veram positionem rei, culpæ, & calumniatoris. quo in calumnia comperto: Nos vt talem, ex debito autoritatis nostræ, infamem pronunciabimus: & insuper in facie cauterisari mandabimus. Sed si violator ipse, patrato crimine de Regno fugerit: ipso facto, infamis pronuncietur, & habeatur: in collo, si eius copia esset, puniendus.

Si quis culpatur: quòd familiaris suus domum violauerit.

CVm verò aliquis homo, cuiuscunq; status existens, inculpatus fuerit: Quòd ipsius familiaris, violentiam domesticam fecerit: vt scilicet descriptum est, hospitem, vxorem, filios, aut familiarem eius inuadens, manu violenta in domo eadem interfecerit: in eo casu illum violatorem, apud suum dominum, per Nobiles & Ministerialem arestari decernimus. Cum quo, taliter culpato, dominus suus Ius ministrare tenebitur. & si personaliter requisitus, Ius ministrare denegauerit: extunc pro eo respondebit dominus, secundum Iuris ordinem. *Ioan. Albert. Petrico. 1496. Folio 107.*

Si seruitor violator domus fuerit.

TAlis autem familiaris, si aufugerit: per Nobilesque arestatus non fuerit: dominus suus pro ipso citatus, non aliter se innoxium de crimine tali expurgabit: nisi Iuramento per eum, cum duobus testibus simul præstito: Quòd videlicet nec suo scitu, nec consensu, neq; mandato, aut voluntate, crimen id est commissum: neque dedit occasionem aufugendi seruitori. *Ioan. Albert. Petrico. 1496. Folio 107.*

INVENTA RES.

Si inuentor inuenta negat: iuret.

ITem Martinus deposuit contra Nicolaum: quòd cùm agros coluisset proprios, bursa eidem cecidisset: in qua fuissent tres Scoti: Nicolaus verò seminans, bursam inuenit eandem, cum eisdem tribus Scotis: & eos monitus restituere non curauit: Nicolaus autem negauit, se prædictam bursam inuenisse, vel pecuniam habuisse. Nos itaq; in tali casu Ediximus: vt idem Nicolaus proprio se Iuramento expurgaret: quòd non inuenit, nec habuit pecuniam eandem. *Kazim. Mag. Vislicie 1568. Folio 30.*

IVDEX ET SVBIVDEX.

Judex & Subiudex, Rege in terram aduenient, tenẽtur ad curiam Regis venire, & iudicare. exceptis causis de hæreditate: quas Regi, vel Baronibus referent iudicandas.

Kazim. Vifli. 1468. Folio 10.

QVia ex multiplicitate Iudicum, (prout experientia nos edocuit) in cauſis ſuper eodem facto, variæ & diuerſimodæ plerunq; ſententiæ proferebantur: ideo volentes certum numerum ſtatuere Iudicum, & occurrere varietati prædictę, Statuimus: quòd vnus in Cracouieñ. & alter in Sandomirieñ. terris, Iudices noſtri habeantur. ita quòd dum Nos contigerit alicuius terrarum earundem limites ſubintrare: volumus quòd Iudex, & Subiudex terræ, infra cuius limites morabimur, in curia noſtra, de cauſis iudicare & cognoſcere teneantur. declarantes poteſtatem eorundem Iudicum: Quòd deinceps in quibuſlibet cauſis magnis, etiam hæreditarijs, terminos vltra tres ſeptimanas non poſsint, nec valeant aſsignare. Sed cùm quæſtio fuerit hæreditaria: Iudex, vel Subiudex, eandem quæſtionẽ teneatur nobis referre. cuius cognitionem, in Noſtra Baronumq; noſtrorum præſentia, volumus & decernimus pertractari. Et ſi aliquo impedimento fuerimus præpediti: tunc ſex, vel ad minus quatuor Baronibus, per Nos Iudici & Subiudici adiungendis, ipſe Iudex cum Subiudice, vnà cum dictis Baronibus, eandem quæſtionem, ſeu cauſam hæreditariam, definiendi & cognoſcendi habeant plenam facultatem.

De eiſdem cauſis.

CAuſæ Iudiciariæ Iudici, iuxta Statutum committantur.

Nullus Iudex poteſt effici Capitaneus illius terræ, cuius eſt Iudex.

Iagel. in Czervvienſko. 1422. Folio 48.

ITem cùm ex hoc non modica ſubditis noſtris contingant diſpendia: ſi Iudices in terris, in quibus præſint Iudicijs, in Capitaneos præficiamus: propterea exnunc & in antea, nolumus aliquem Iudicem illum, terræ illi in Capitaneum præponere: in qua Iudicio præſidet, & Iudicij obtinet poteſtatem.

Iudex, et Notarius Caſtrenſis, et Vicecapitaneus ex Iudice vel Notario Terreſtri, ne ſint: & ſint poſſeſſionati.

Sigiſmundus Auguſt. Petr. 1550.

QVia quodlibet officium, habet ſua negotia: ampliùs non debent tenere Iudices, & Notarij Terreſtres, Caſtrenſia Iudicia, vel Notariatus vnà cum Terreſtribus. ſed tamen Iudex Caſtrenſis, & Vicecapitaneus, poſſeſsionati eſſe debent.

Iudex Caſtrenſis electus, in primis terminis Caſtrenſibus, coram Capitaneo vel Vicecapitaneo iuret.

Iudices

IVdices Castrenses sint Iurati: & in primis Terminis, Iuramentum prę- *Sigismundus Augustus. 1550.*
stent: sub pœna priuationis Officij: coram Capitaneis, seu Vicecapitaneis locorum.

Judices secundum Constitutiones iudicent.

IVdices terrarum Regni nostri, Cõstitutionibus innixi, & ex ipsis eruditione sumpta, in iudicando conseruent stateram æquitatis. *Kazimi. iij. in Nieszo. 1454.*

Judices Castrenses sint iurati.

IVdices Castrenses sint iurati: iuxta tenorem Statuti, super eo conditi: & officia illis incumbentia, diligenter curent: & per semetipsos expleãt. *Sigism. Crac. 1532. Bi.*

Judices in suis terris resideant.

ITem cùm nonnulli subditi nostri, aut domicilia propria, aut seruitiorũ suorum officia terris in alijs obtinentes, Iudicatus terrarum, in quibus non residentes occupare, & officij ministeria negligere sępenumero videretur: Nos super hoc consultationem habentes generalem, cum Prælatis & Baronibus vniuersis, Decreuimus statuendum: vt in singulis terris Iudices terrarum residere, & iustitiam ministrare petentibus, per se, & personaliter teneantur. alioquin si interim Iudicijs, non præessent, nec in terra residerent: extunc anno decurso Iudex nouus, per Nobilitatem terræ illius eligatur: iuxta consuetudinem antiquitus constitutam. *Ioan. Albert. Petric. 1496. Folio 105.*

Officiales Iudicij in Conuentu eligantur.

OFficiales Iudiciorum eligantur in Conuentionibus Terrestribus: iuxta consuetudinem diu obseruatam: aliâs, iuxta Constitutiones, in Ioannis Alberti Regis Priuilegio scriptas: electiq; præstent, nostri præsentis Statuti vigore, Iuramentum: nec habeant substitutos, excepta infirmitate: sub amissione Officiorum. *Alexander in Radom 1505. Folio 118.*

Judex post responsionem Rei, sententiam ferat.

POst responsionem verò Rei, super Propositione Actoris, Iudex amputatis controuersijs, & altercationibus superfluis, vnicuiq; partium faciat iustitiam. *Kazi. Fol. 94.*

De Iudicibus personaliter indicaturis.

ITem decernimus: quòd Iudices & Subiudices, proprijs in personis, & non per camerarios, Iudicijs tenebuntur præsidere pro summis centum Marcarum, triginta Marcis extendentibus, nullo pacto iudicabunt. *Kazim. iij. Folio 88.*

¶ Abrogata hęc est lex, in parte. Vide in Titulo IVDICIA. Fol. 228.

Iudices in primis Terminis coram Palatino vel Caſtellano iurent. quorum ſententia retractata famæ non nocebit.

Sigiſ. Petric. 1519.

IVdices Terreſtres & Caſtrenſes, Subiudices, & Notarij ſint iurati: & in primis Terminis Terreſtribus Iuramentum præſtent: ſub pœna priuationis Officij: Terreſtres videlicet Iudices, ac Subiudices, coram Palatinis ſuis, aut Caſtellano illius terræ: Caſtrenſes verò Iudices, coram Capitaneis, aut Vicecapitaneis locorum. ſententia tamen eorum, ſi quando retractata fuerit, honori & bonæ exiſtimationi ipſorum non nocebit.

Sigiſm. Crac. 1537.

¶ SIMILIS. Iudices Terreſtres, necnon Subiudices Terreſtres, ſint iurati: iuxta tenorem Statuti, ſuper eo conditi.

Iudex cum Subiudice, deinceps per ſe iudicent.

VVladiſl. IAgel. Craco. & Varſa 1423.

AC bonum & conſultum eſſe videtur: quòd Iudex ac Subiudex particularibus perſonaliter Terminis, cum poſsint præſideant. ſicut in Maiori Polonia eſt conſuetum.

Iudex & Subiudex ac Notarius ſiue Camerarius iudicent, quater in anno. niſi infirmitas & Reip. negotium impediat.

Ioan. Albert. Petric. 1496. Folio xcvi.

IN primis quoniam crebriuſcule contingit, Iudicia non teneri Terreſtria: propter abſentias eorum, è quorum authoritatibus generalis dependet adminiſtratio iuſtitiæ: idcirco ſtatuendum putauimus, & Statuimus: Vt in ſingulis terris Regni noſtri, Iudicia Terreſtria quater in anno celebrentur. quibus Iudiciorum Terminis interſint, & eis præſideant illi: qui ad Iudicia celebranda, ratione Dignitatis aut Officij pertinent. Si verò non intereſſent, neq; alium à ſe ſubſtituerent: nihilominus Iudex cum Subiudice, Terminos & Iudicia iudicabunt: non obſtante abſentia illius & illorum, qui intereſſe debuit & debuerant: & ſimiliter Camerarij ſui, Camerariorum eorundem. Tamen ad minus Iudicijs, & Terminis eiſdē, Iudex cum Subiudice ac Notario, intereſſe teneatur. pro quibus ſi aliquis eorundem trium Officialium Terreſtrium non venerit, aut omnes non venerint: extunc puniendus, puniendiq; erunt 14. Marcarum pœna, fiſco Regio irremiſsibiliter applicanda: vera infirmitate, & Reipub. negotijs exceptis: ſi eis impediti, ad Iudicia venire non poſſent, vel eiſdem non intereſſent.

Quando Iudex non poteſt redargui.

Kazim. Mag. Folio 32.

INſuper Statuimus: quòd in noſtra præſentia, vel coram noſtro Capitaneo, vel quando generales Termini tenentur, Palatinis vel Baronibus

præſen-

præsentibus, Iudex iudicans nō posit de malo Iudicio redargui: cùm non ipse solus, sed cæteri & plures iudicant supradicta.

Iudices non habeant substitutos, infirmitate excepta.

OFficiales Iudiciorum non habeant subſtitutos: excepta infirmitate: sub amissione Officiorum. *Alexand. Radom. 1505. Folio 118.*

¶ SIMILIS. Iudices Terrestres, necnon Subiudices, iuxta tenorem Statuti, super eo conditi, Officia illis incumbentia diligenter curent: & per semetipsos expleant. *Sigis. Cracou. 1532. B 1.*

Iudex, Subiudex, ac Notarij, à Nobilibus eligantur.

VT in omnibus rebus libertas Nobilium conseruetur: libera electio Iudicis, & Subiudicis, ac Notarij, illis esse debet. Nos autem nemini alij tale Officiū dabimus: nisi vni ex his quatuor viris, qui quidem ab omnibus generaliter fuerint electi: & Nobis patentibus literis illorum declarati. *Sigismundus August. Petr. 1550.*

Iudex à partibus inquirat: an habeant adhuc aliqua munimenta.

DEbebit autem Iudex præsidens, à partibus comparentibus, ante sententiæ prolationem inquirere: an haberent aliqua sua munimenta, vel documenta, defensionesque iuridicas, ad causæ prosecutionem oportunas. ne homines simplices ruditate sua, in causis suis succumberent. *Sigism. Petri. 1523.*

De Iudice inculpato.

SI quis contra Iudicem quenquam attentauerit, cumq; inculpauerit, aliàs *Rußy*: extunc solummodo illa causa, in qua Iudici derogauerat, non debet iudicare. aliæ verò omnes causæ, coram eodem Iudice vertentes iudicentur, eo non absente. *Kazimir. iij. Folio 87.*

Iudex in causa sua alium surroget, Sucamerario excepto.

QVòd si aliquando euenerit, quòd Iudex vel Officialis, tam Terrestris quàm Castrensis, haberet actionem apud Iudicium vel Officium suum, cum quauis persona: licebit illi in locum suum, ad iudicandum illam rem, Nobilem aliquem in illa terra possessionatum, sine surrogatione Regiæ Maiestatis collocare. qui quidem Nobilis, non tenebitur Iuramentū præstare. Excepto tamen Succamerario: si quis cum eo granicies facere debet: tum Succamerarius tenebitur surrogationem à Nobis accipere. quòd si nollet: tum is, qui cum eo actionem habet, à Nobis illam petet: & Cancellaria nostra tenebitur illi concedere. *Sigis. August. Varsauiæ 1557.*

¶ Iudices à Iudicijs abſentes, iurent: ſe propter legitimam cauſam, hoc eſt, infirmitatem abfuiſſe. Vide in Titulo COLLOQVIA. Fol. 85.

¶ De illo, qui ſententiam Iudicis redarguit, Vide in Titulo SENTENTIA.

¶ Iudices & Subiudices prouidere debent: vt Inſcriptiones diligenter inſcribantur. Vide in Titulo INSCRIPTIO. Fol. 207.

¶ Iudex ſi non poterit purgare ſententiam: pœnam ſoluat. Vide in Titulo SENTENTIA.

IVDICIA.

Ad locum Iudicij armatus nemo veniat.

Ioan. Albert. Petric. 1496. Folio 106.

CVm Iudiciorum tribunalia, ad dicendam & diſcernendam iuſtitiam, dexterę excelſi proprijſsimè diuinitus fuerint reſeruata: nobis tandem mortalibus, qui vices gerimus ſolicitudinum mundanarum, commodata: Nos cùm in nomine iuſtitiæ, veritatem in veritate, Deum dictum implicitè credamus, Statuimus: Vt ob reuerentiam Iuſtitiæ, & tribunalis, quod ex parte Dei iudicantibus conceditur nobis, nullus in domum, vbi Iudicia Terreſtria celebrantur, cum armis quibuſcunque, vel communibus, vel excogitatis intrare audeat. ſecus faciens, pœna quatuordecim Marcarum per Iudicium puniatur. Cuius arma Capitaneus vel Burgrabius Terreſtris, ſi Iudicio præſidet, aut Officiales Iudicio præſidentes pro ſe tollent. Et ſi quis auſu temerario, in Iudicio gladium, vel cultrum, vel lanceam exerere vibrareq; præſumeret: ſexaginta Marcarum pecuniarum, in terra currentium, Iudicio exoluat. quòd ſi aliquem vuluerauerit: collo priuetur. taleſq; violatores, per loci Capitaneum vel Burgrabium detin eātur incarcerandi: vſque ad ſatisfactionem, & ſolutionem pœnarum ſupraſcriptarū.

De pœna eorum: qui manu armata, ad Iudicia, & Conuentus generales & particulares, veniunt.

Sigiſm. 1507. Folio 5.

QVamùis in Conſtitutionibus nouis, diuę memoriæ Sereniſsimi Ioannis Alberti prædeceſſoris & germani noſtri chariſsimi, prouiſum fuerit: qua pœna afficiendi ſint, qui cum inſolentia & manu potenti, ad Iudicia veniunt: tamen quia non ſolùm in Iudicijs, ſed etiam in Conuentionibus generalibus & particularibus, ac Conuentibus, qui de Noſtro, vel Conſiliariorum noſtrorum mandato fiunt, variæ contentiones, & ex his etiam ſeditiones, impedientes ac interrumpentes eorundem Conuentuum publicas conſultationes, oriri conſueuerunt: Statuimus & decreuimus: (quò maiori ſeueritate huic incommodo amouendo conſulatur) Quòd ſi quis in armis, vel cum armis, inſidias & ſeditionem, ad violentiam præſe-

am præferentibus, ad præfatos Conuentus aut Iudicia venerit: tanquam pacis communis violator, pœna capitis puniatur. quam si fortè fuga euaderet: bona eius confiscentur. Et hoc Statutum ad personas cuiuslibet status, conditionis, & præeminentiæ extendimus: præsertim verò in Capitaneos. qui cùm aliorum securitati prouidere debeant: si quid tale in oppositum, & contra hoc Statutum commiserint: meritò eadem pœna, aut etiam seueriori, puniendos esse decernimus.

Iudicia certis in locis sunto.

QVia plerunq; habentes Iurisdictionem, à casu, & pro libito suæ voluntatis, consueuerunt ad Iudicium acceptare, vel eligere sibi loca quælibet indeterminatè: & ideo, vt quisque suis terminis sit contentus, Statuimus: quòd Cracouiensis Castellanus, in tribus duntaxat locis, Cracouiæ, in Andrzeiovv, & in VVieliczká, sua debet & tenetur Iudicia pertractare. aliàs, tanquam non à suo Iudice, quicquid factum fuerit, vel iudicatum, nullã habeat facultatem. idque de omnibus Iudicibus fieri statuimus. *Kazi. in Vieliczka 1368. Folio 12.*

Quis modus & ordo sit seruandus, in personis vocandis ad Iudicium.

ET vt faciliùs & sine clamore, vel strepitu, causarũ expeditio habeatur, Statuimus: Quòd ad locum audientiæ, in quo Iudices præsident, non secundum merita personarum, nec secundum maioritatem, vel minoritatem causarum, sed secundum ordinem litigantium, tantummodo Actor vel Reus vocati accedentes, per Iudices audiantur, & expediantur. Ordinem autem, in vocando ipsos litigantes, ad præsentiam ipsorum Iudicum, taliter duximus describendum: Quòd scriptor causarum, sub pœna priuationis sui Officij, non aliter quàm secundum ordinem Citationum, litigantes per Ministerialem vocandos pronunciabit, seu nominabit. ita quòd qui priùs ad causam prouocauerit, priùs nominetur, & expediatur: & sic deinceps, videlicet qui secũdo loco, similiter loco sequenti: & taliter, donec ad extremos procedatur. Quòd si altera partium vocata, se præsidẽtibus non exhibuerit: siue quouis casu fuerit impedita: & tribus vicibus euocata: tunc mox pars aduersa, quæ fuerat præsens, de audientia remoueatur. & alij litigantes, secundo loco inscripti, nominentur: & ad audiẽtiam euocentur. Et nihilominus pars, quæ fuerat absens, & tribus vicibus euocata, si circa extremam horam meridiei, Iudice quasi surgere volente, iterum & secundò tribus vicibus euocata, non curauerit parêre: extunc condemnetur. Si quis autem eo tempore, quo Iudices præsideant, ad locum in quo præsident, præterquam ad petendam Citationem, vel de *Kazim. Mag. Visiic. Fol. 11.*

ſpeciali ipſorũ Iudicum licentia & mandato, quauis præſumptione vel temeritate, intrare præſumpſerit: abſque aliqua remiſsione, pœna, quæ dicitur *Piątnadzieſta*, per Iudices puniatur.

De ſecuritate Iudiciorum.

Sigiſmundus 1538. C 2.

AD præcludendam viam audaciæ hominum, (qui ad Iudicia, vbi ſumma pax & tranquillitas eſſe debet, non ſolùm ipſi armati, ſed etiam magnis cateruis ſtipati venire: atque ibidem in locis Iudiciorum, non ſolùm rixas aut contentiones, ſed etiam pugnas & bellum facere, præſumũt) Statuimus: vt in omnibus Iudicij locis, vbi Iudicia aguntur, toto tempore Iudiciorum, atq; ante Iudicia octo diebus, & pòſt alijs octo diebus, plena & omnimoda ſecuritas fiat, ad ea ipſa Iudicia veniendi: & in illis negotia ſua curandi: domumq; propriam tutò cuilibet redeundi. Quòd ſi quiſpiam huiuſmodi libertatem, & ſecuritatẽ publicam, ſub præſcripto tempore, quomodocunque, & in quacunq; perſona violauerit: talis puniri debet, non ſecus, quàm ſi Saluum conductum noſtrum Regium violauerit.

Quòd Statutum tenendum eſt, de ſecuritate Iudiciorum editum.

Sigiſm. 1539.

QVoniam intereſt omnium, vt ad Iudicia tutò venire, atq; abſque vllo metu verſari in illis liceat: (cùm non alibi pax maior, & tranquillitas requiratur: quàm vbi Iudex, & aliæ publicæ perſonæ præſunt: alij verò pro iuſtitia Ius petunt) Volumus hac de re Decretum noſtrum obſeruari: quod anno Domini 1507, Cracouiæ factum per Nos fuit, tempore fœlicis Coronationis noſtræ. quod verò Petricouiæ, in proximè præterito Conuentu ea de re factum, abrogamus & tollimus.

De violentia, in Iudicio commiſſa.

Kazi. Fol. 87.

VT violentiæ & inuaſiones in Iudicijs ſecludantur, & viæ calumniatoribus amputentur, Decernimus: Si quis auſu temerario Iudicium inuaſerit, & violentiam commiſerit: in cauſa ſua, quam coram Iudicio habet, vel habiturus erit, ſecundum pœnam ſtatutam punietur: & duodecim ſeptimanis mancipetur, & carceribus recludetur.

Iudicium olim, tantùm pro paruis ſummis iudicabat.

Kazi. 3. in Korczyn 1451. Folio 88.

ITem Decernimus: quòd Iudices & Subiudices, pro ſummis centum Marcarum, triginta Marcis extendentibus, nullo pacto iudicabunt.

Sed iam Iudicium omnes cauſas iudicat.

Volumus

VOlumus autem, vt liceat vnicuique alium quempiam, pro quacunq; summa pecuniæ, vel iniuria hæreditaria, & personali, aut bonis quibuscunque, totiens quotiens citare ad Iudicium Terrestre. vbi citatus parere, respondereque tenebitur & debebit: non excipiendo se ad Terminos generales, ob summæ magnitudinem. vel potiùs licebit Iudicibus Terrestribus, etiam pro magna summa iudicare: cùm licebit vnicuique partium appellare. *Sigis. Petric. 1523. Folio. 33.*

Nemo ad Iudicium cum strepitu accedat.

PLerunq; fit: quòd aliqui, propter causas consanguineorum, vel familiarium suorum, ad Iudicia venientes, per strepitum & importunam suam acclamationem, & infestationem, sententiam seu victoriam causarum reportare consueuerunt: vnde super hoc prouidere volentes, Statuimus: quòd deinceps nemo, cuiuscunque status vel conditionis existat, propter causam consanguinei, vel familiaris, aut seruitoris, ad Iudicium venire tali modo, non seruata quadam reuerentia, & discreta decentia, præsumat. Quòd si quis contra facere presumpserit: pœna, quę dicitur *Piąthnadzieśta* per Iudices puniatur, nostræ cameræ applicanda. *Kazim. Mag. Vistic. 1368. Folio 13.*

Iudicium tantum ad petendam Citationem accedatur.

SI quis autem eo tempore, quo Iudices presideant, ad locum in quo president, præterquam ad petendam Citationem, vel de speciali ipsorum Iudicum licentia & mandato, quauis præsumptione, vel temeritate intrare præsumpserit: absque aliqua remissione, pœna quæ dicitnr *Piątnadzieśta*, per Iudices puniatur. *Kazim. Mag. Vistic. 1366. Folio 11.*

De inhonorato Iudicio.

ITem, si quis Iudicium inhonorauerit: aut posuerit se in mensa, vbi iudicatur: pœnam trium Marcarum succumbet. pro qua debet satisfacere, sub alia pœna quatuordecim Marcarum, à Iudicio non discedendo. *Consuet. Crac. Folio 122.*

Iudicia ex Statutis iudicentur.

HIusmodi autem Iudicia iudicentur, ex libro Statutorum Regis Kazimiri diuæ memoriæ: & ex Statutis, in *Wárta* confectis. *Kazim. iij. in Nieszov. et Opoki 1454. Folio 94.*

¶ SIMILIS. Iudices terrarum, Regni nostri Constitutionibus innixi, & exipsis eruditione sumpta, in iudicando conseruent stateram æquitatis. *Idem Rex.*

De Iudicijs, duntaxat à mane ad horam nonam tractandis.

PRaua consuetudine noscitur esse obseruatum: quòd sine temporum & horarum *Kazim. Mag. Folio 11.*

horarum differentia, & distinctione, per Iudices Iudicia celebrabantur: & ita plerique non aliter ad causas veniebant pertractandas, quàm post prandium repleti, & inebriati: propter quod Iudicium parui pendebatur, & debilitabatur: reuerentiaq; Iudicis minimè obseruabatur: nec ad veritatem aliquis habebatur respectus. Itaque decernimus, & volumus: Vt certis temporibus, siue horis, & cum debita animi discretione, Iudicia pertractẽtur & obseruentur: & quòd deinceps Iudices, diebus Terminorum, & ad præsidendum consuetis, à manè vsq; ad horam nonam, siue ad meridiem, in quibuslibet causis debeant præsidere, & causas pertractare. Et si primo die Terminorum, ad horam meridiei, omnes litigantes, in causis & litibus ipsorum, non poterint expediri: volumus quòd absque alicuius causæ vulneratione, aut abbreuiatione, diebus proximè sequentibus presidendo, duntaxat ad horam prædictam, omnes & singuli litigantes debito modo, secundum ordinem infrascriptum, expediantur.

De Iudicijs, tempore proclamati Conuentus generalis.

Sigismundus 1538. C 3.

QVoniam abusu quodam inolcuit, Iudicia Terrestria non celebrari, mox vt literę de Conuentu generali statuto emittũtur: (quod fit cum magna iustitiæ negligentia) proinde Statuimus: vt deinceps futuris temporibus, non obstantibus literis huiusmodi, & Conuentus generalis publicatione, Iudicia Terrestria vbique celebrentur: vsque ad Conuentum particularem, in vnoquoque Palatinatu institutum.

De eo, qui aliquem in Iudicio, vel coram Iudicio vulnerauerit, vel dehonestauerit.

Kazim. Mag. Visl. Folio 39.

STatuimus etiam: quòd si aliquis in Iudicio cultellum extraxerit, neque aliquem vlnerauerit: vt talis denique in gratia Nostra consistat. si verò gladium vel cultellum extraxerit, & vulnerauerit aliquem: pœna, quæ dicitur *Siedmnackiesta*, puniatur: & illi, quem dehonestauerit, pœnam *Pigthnackiesta*, soluere teneatur.

¶ Iudicia quater per annum celebrentur. Vide in Tit. TERMINI.

¶ Reliqua de Iudicijs, quæ vulgo Termini, aliâs *Roki* vocantur: Vide in Titulo TERMINI.

IVDICATAE REI EXEQVVTIO.

¶ Vide in Titulo PROCESSVS IVRIS. quo in loco, & Sigismundi Processum Iuris, & antiquum reperies.

IVDAEI.

Iudæi

Judæi fora in villis non faciant.

ITem, cùm Christianis Iura Regni, mercaturas & fora in villis facere prohibeant: multò minus hoc Iudæis licere censemus. imò sub grauissimis pœnis, ne talia audeant, interdicimus eis, & prohibemus: sub amissione rerum omnium, iuxta Statutum antiquum, confiscandarum. *Sigismundus 1538. B 1.*

Modus mercandi Iudæis statuitur: & pactis, cum Ciuitatibus initis, stent.

VOlumus præterea: vt Iudæi non habeant liberam mercandi, in omnibus rebus facultatem: sed modum per Nos statuendum, in mercimonijs ad victum quærendum, vbiq; in Regno nostro teneant, & diligenter obseruent: atque etiam pacta, & conuentiones, quas cum nonnullis ciuitatibus maioribus Regni nostri habent, in toto teneant. *Idem Rex. A 6.*

Vadia Iudæis concessa, ad communitatem sunt referenda.

QVòd etiam ad prouidendum securitati eorundem Iudæorum, & ad compescendam licētiosorum audaciam, eisdem Iudæis in aliquibus locis contulimus vadia, ad magnas summas se extendentia. quæ quidem non ad singulares & priuatas personas, sed duntaxat ad communitatem, aut aliam multitudinem ciuilem, per conspirationem, tumultum, & seditionem, ad perniciem & interitum Iudæorum excitatam, extendi debere volumus & declaramus. *Idem Rex. B 1.*

☞ *Judæorum libertatis & Juris Priuilegium, per BOleslaum Ducem Maioris Poloniæ, protauum Kazimiri Magni Poloniæ Regis, in Kalisz, in crastino Assumptionis virginis MAriæ, Anno Domini M. CC. LXIIII. editum: tandem Cracouiæ in die Beatorum Dionysij & sociorum eius, Anno Domini M. CCC. XLIII. per dictum Magnum Kazimirum Regem Poloniæ, & eiusdem Boleslai pronepotem confirmatum. quod Nos Alexander Rex, non confirmando confirmatione speciali, sed ad cautelam defensionis cōtra Iudæos Priuilegijs Regni, in istum codicem congestis ascribi mandauimus: atque sic eius sequitur tenor.* *Folio 163.*

IN Nomine Domini Amen. Ne decreta Regia, cum fluxu temporis à memoria deciderent hominum: dignè prudentum ratio stabiliuit, ea apicibus literarum, propter notitiam futurorum commendare. Quapropter nos Kazimirus, Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracouię, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Pomeraniæ Dominus & hæres, no- *Folio CLxiiij.*

res, notitiæ vniuersorum, tam præsentium quàm futurorum, præsentibus declaramus: Quòd cùm Nostram nostrorumque Baronum præsentiam accedentes, viri idonei nostriqúe fideles, Iudæi terrarum nostrarum, nobis Priuilegium Ducis Boleslai, diuæ memoriæ quondam Ducis Poloniæ, protaui nostri charissimi, super Iuribus suis ostendissent, supplicârunt humiliter: vt ipsum Priuilegium nostro Regio insigni, innouare & confirmare dignaremur. Priuilegij autem eiusdem, de verbo ad verbum talis tenor extat:

IN Nomine Domini Amen. Humani generis actiones, nisi vigeant voce testium, aut testimonio literarum, celeriter transeunt: & prorsus à memoria relabuntur. Igitur nos Boleslaus, Dei gratia Dux Maioris Poloniæ, notum facimus tam præsentibus, quàm futuris, ad quorum notitiam deuenerit præsens scriptum: Quòd Iudæorum nostrorum, per totum districtum nostri dominij constitutorum, Statuta & Priuilegia, quę à Nobis obtinuerunt, de verbo ad verbum, prout in sequenti serie continẽtur, taliter duximus declaranda.

Contra Iudæos, non debet admitti ad testimonium Christianus: nisi probet per Iudæum, & Christianum.

PRimum quidem Statuimus: vt pro pecunia, aut pro quacunq; re, mobili vel immobili, aut in causa criminali, quæ tangit personam, aut res Iudæi, nullus Christianus contra Iudæum, nisi cum Christiano & Iudæo, in testimonium admittatur.

Si Christianus pro Pignoribus citat Iudæum, & ille non confitetur: Iudæus per iuramentum euadat.

ITem si Christianus Iudęum impetit, asserens, quòd ei pignora sua obligauerit: & Iudæus diffitetur: & Christianus simplicibus Iudæi verbis fidem noluerit adhibere: Iudæus iurando super æquiualente sibi oblato, suam intentionem probabit: & transeat absolutus.

Si pro minori pecunia, asserit Christianus se Iudæo pignus obligasse: Iudæus per Iuramentum probet.

SI Christianus obligauerit Iudæo pignus, asserens, quòd Iudæo pro minori pecunia obligauerit, quàm Iudæus confiteatur: iurabit Iudæus super pignore sibi oblato. & quod Iuramento probauerit, Christianus ei soluere non recusęt.

Si Iudæus dicat, Christiano se aliquid mutuasse: Christianus iuramento se expurget.

Item

ITem si Iudæus Christiano, testibus non assumptis dicat, se pignus mutuasse: & ille negauerit: super hoc Christianus, solius sui Iuramento se expurget.

Iudæus pro pignore omnia potest recipere: exceptis vestibus sacris, & madefactis sanguine.

IVdæus recipere poterit nomine pignorum, omnia quæ sibi fuerint obligata: quocunque nomine vocentur: nulla de his requisitione facta. exceptis vestibus sanguinolentis, & madefactis, & sacris vestibus: quas nullatenus acceptabit.

Iudæus contra Christianum iurabit: quòd nesciebat pignus furatum, aut violenter ablatum, dum obligabatur ei.

ITem si Christianus impediret Iudæum: quia pignus, quod Iudæus habet, ei furtim, vel per violentiam sit ablatum: Iudæus iuret super illo pignore: quòd cùm recepit, furtim ablatum, vel raptim ignorauerit: hoc in suo iuramento implicito, quanto sit pignus huiusmodi obligatum probabit. & sic expurgatione facta, Christianus sortem & vsuram ei persoluet: quæ medio tempore accreuerunt.

Si Christianus apud Iudæum aliquid impignorauit, & Iudæus suum cum illo amisit: iurabit Iudæus, et absoluetur à petitis.

SI autem Iudæus, per casum incendij, aut per furtum, aut per vim, res suas, cum ablatis sibi pignoribus amiserit: & hoc constiterit: & Christianus, qui hoc obligauerit, nihilominus eum impedit: Iudæus luramenramento se proprio absoluet.

Ciuitas nihil agat cum Iudæis: nisi Princeps, vel Palatinus. pro reatu verò personæ, solus Princeps iudicabit.

ITem, si Iudæi inter se de facto discordiam mouerint, aut guerram: Iudex ciuitatis nostrę, nullam Iurisdictionem sibi vendicet in eosdem: sed Nos tantummodo aut noster Palatinus, vel eius Iudex, Iudicium exercebit. Si autem reatus vergit in personam: nobis tantummodo hic casus reseruabitur iudicandus. Folio 165.

Pro vulnere Iudæi, pœna debetur Principi, & Palatino, ac læso.

ITem, si Christianus Iudæo vulnus qualitercunque inflixerit: reus Nobis, & nostro Palatino pœnam soluat, (secundum quod nostram poterit inuenire gratiam) nostræ cameræ deferendam: & vulnerato satisfaciat, pro curatione vulnerum, & expensis. vt Iura terræ nostræ requirunt, & exigunt.

Pro capite Iudæi pœna debetur Principi, videlicet confiscatio bonorum.

ITem, si Christianus Iudæum occiderit: digno Iudicio puniatur: & omnia Rei mobilia & immobilia, in nostram transeant potestatem.

Pro plaga Iudæi non sanguinolenta, pœna debetur Palatino, & læso Satisfactio.

ITem, si Christianus Iudæum ceciderit: ita tamen, vt sanguinem non effundat: per Palatinum requiretur, secundum terræ nostræ consuetudinem, ab eodem: & percusso seu læso satisfaciat. quemadmodum in terra nostra est consuetum. Si verò pecuniam habere non poterit: idem pro commisso, sicut iustum fuerit, punietur.

De telonio, à Iudæis exigendo.

VBicunq; Iudæus dominium nostrum transierit, nullus ei aliquod impedimentum præstabit: nec molestiam inferat, aut grauamen. Sed si aliquas merces, aut aliquas res duxerit, muta debeat ex eis prouenire: per omnia mutarum loca. Ipse quoque Iudæus non nisi debitam soluat mutam: quam solueret vnus ciuium ciuitatis illius: in qua Iudæus eo tempore commoratur.

¶ Idem vide in Titulo, TELONIVM.

De ductione Iudæorum mortuorum.

SI Iudæi, iuxta suam consuetudinem, aliquem ex mortuis suis, aut de ciuitate in ciuitatem, aut de prouincia in prouinciam, aut de vna terra in aliam duxerint: nihil ab eis, per Notarios nostros volumus extorqueri. Si autem Notarius aliquid extorserit: vt prædo, volumus puniatur.

De dißipatione Cemiterij Iudeorum.

ITem, si Christianus cemiterium eorum, quocunque modo disipauerit, aut inuaserit: volumus, vt secundum terræ nostræ consuetudinem & Iura, grauiter puniatur: & omnia sua cameræ nostræ proueniant, quocunque nomine nuncupentur.

De violentia Scholæ Iudæorum.

SI aliquis temerariè iactauerit, super Scholas Iudæorum: nostro Palatino duo talenta piperis, volumus vt soluat.

De pœna Judicis contra Iudæum.

Item,

ITem, si Iudæus Iudici suo, in pœna pecuniaria, quæ *Wándel* dicitur, reus inuentus fuerit: pœnam talenti piperis, quæ ab antiquo est imposita, soluat eidem.

De contumacia Iudæi: qua pœna puniatur.

SI Iudæus per edictum sui Iudicis, vocatur ad Iudicium: & primò, & secundò non venerit: pro vtraque vice pœnam, quæ consueta est ab antiquo, persoluat. si ad tertium edictum non venerit: pœnam quæ sequitur, soluat Iudici memorato.

Si Judæus Judæum vulneraverit.

ITem, si Iudæus Iudæum vulneraverit: pœnam Iudici suo, secundum terræ nostræ consuetudinem, soluere non recusset.

De occulta Iudæi interfectione.

SI Iudæus clam fuerit interfectus: vt per testimonium contestari non possit is, qui eum interemit: si post Inquisitionem, suspectum habere cæperint Iudæi: Nos Iudæis contra suspectum Iudæi occisorem, patrocinium iustitiæ adhibemus, Iure mediante Rei.

De violentia manuali in Iudæum.

ITem, si Christiani alicui Iudæo manus iniecerint violentas: secundum quod Ius terræ nostræ exegerit, punientur. Folio 166.

De potestate Iudicis Iudæorum.

ITem, Iudex Iudæorum, nullam causam ortam inter Iudæos, in Iudicium deducat: nisi fuerit per querimoniam inuitatus. Item Iudæi circa Scholas vel vbi elegerint, debent iudicari.

De accrescentia vsurarum.

ITem, si à Iudæo Christianus pignus suum absoluerit, vsurasq; non persoluerit: easdem si infra mensem non dederit, illis vsuris accrescāt vsurę.

De hospitatione in domo Iudæi.

ITem, nullum volumus in domo Iudæi hospitari.

De literis, & possessione bonorum Iudæi immobilium.

SI Iudæus, super possessiones, aut literas bonorum immobilium, pecuniam mutauerit: id quoq; ille, cuius res est, probauerit: Nos Iudæo & pecunias, & literarum pignus abiudicari statuimus.

De Iudæorum pueris.

ITem, si aliquis, vel aliqua, puerum Iudæis abduxerit: volumus condemnetur, vt fur.

De potestate Iudicis Iudæorum, scilicet de pignore iudicandi.

ITem, si Iudæus receperit à Christiano pignus: & per spatium anni tenuerit: si pignoris valor mutuatam pecuniam non excesserit: Iudæus Iudici suo pignus demonstrabit. si verò pignus bonum non fuerit: Palatino nostro, vel suo Iudici ostendet: vel postea vendendi habebit potestatē. Si idem pignus, antequam annus transierit, suo Iudici demonstrabit: si quidem pignus apud Iudæum, diem & annum remanserit: nulli super hoc postea respondebit.

Iudæi non iudicentur die feriata sua.

VOlumus: vt nullus Iudæum, super solutione pignorum, in suo feriato die audeat coarctare.

De ablatis pignoribus Judæis, per aliquem.

ITem, quicunque Christianus, per vim abstulerit pignus suum à Iudæo: aut violentiam, in domo sua exercuerit: vt dissipator nostræ cameræ, grauiter puniatur.

Iudæorum excessus, in Scholis iudicentur eorundem.

ITem, contra Iudæum, non nisi in Scholis, vel vbi iudicantur omnes Iudæi, in Iudicio procedatur. exceptis Nobis, & nostro Palatino: qui eos possumus ad nostram præsentiam euocare.

De impetitione Iudæi per Christianum, pro puero interempto.

IVxta Constitutiones Papæ, in nomine nostri patris sancti districtiùs prohibemus: ne de cætero Iudæi singuli, in nostro dominio constituti, debeant culpari: quòd humano vtantur sanguine. cùm iuxta præceptum Legis, ab omni prorsus sanguine se Iudæi contineant vniuersi. Sed si aliquis Iudæus, de occisione alicuius pueri Christiani, per Christianum fuisset culpatus: tribus Christianis, & totidem Iudæis, conuinci debet: & postquam conuictus fuerit: tunc ipse Iudeus, tantummodo pœna quæ sequitur puniatur, crimine pro commisso. Si verò ipsum testes supradicti, & sua innocentia expurgabit: pœnam Christianus, quam Iudæus pati debuerat, non immeritò sustinebit.

Æqualis pecunia, siue debitum, semper Iudæo reddatur, cum vsura.

Item

ITem ſtatuimus: vt quicquid Iudæus mutuauit, ſiue aurum fuerit, ſiue denarij, ſiue argentum, idem ſibi ſolui vel reddi debet: cum vſura debita, quæ accreuit.

De equis Iudæis obligatis.

VOlumus: vt Iudæi equos qualeſcunque generaliter omnes, manifeſtè, atque in luce diuturna, pro pignore recipiant. Si autem aliquis equus, apud Iudæum, furatus per Chriſtianum aliquem inueniretur: Iudeus ſe iuramento proprio expurgabit, dicens: Quia eundem equum manifeſtè, & in die, pro tanta, quantam dedit pecuniam, impignoratum habuit: & credebat non furatum.

De falſa moneta, quærenda apud Iudæos.

ITem inhibemus: vt Monetarij in noſtro dominio conſtituti, Iudæos cum falſis denarijs, vel rebus alijs, ſoli abſque noſtro nuncio, vel noſtri Palatini, ſeu abſque ciuibus honeſtis, quoquo modo detinere, vel capere non præſumant. *Folio 167.*

De clamore Iudæi, in nocte, pro violentia.

STatuimus: quòd ſi Iudæus aliquis compulſus nimia neceſsitate, noctis tempore clamauerit: & ſi vicini Chriſtiani præſtare non curauerint auxilium oportunũ, nec venerint ad clamorem: quilibet vicinus ſuus Chriſtianus triginta Solidos teneatur.

De comparatione & emptione victualium.

STatuimus etiam: vt Iudæi vendant omnia liberè, & emant: panem tangant ſimiliter vt Chriſtiani. prohibentes verò, pænam noſtro Palatino, pro eo ſoluere tenebuntur. Et vt omnia quæ præmiſſa ſunt, perpetuæ robur obtineant firmitatis, præſens inſtrumentum, cum teſtiũ annotatione, ipſis pro cautela dedimus, cum Sigilli noſtri munimine roboratum. Huius verò rei teſtes ſunt, Comes Albertus Palatinus Caliſienſis, Comes ſimul Caſtellanus Gneſenſis, Comes Iankalis, Comes Mathias Caſtellanus Ledineñ: & alij complures, Barones terræ noſtræ. Actum in Ciuitate Kaliſz, in craſtino die Aſſumptionis Mariæ virginis, Anno Domini 1264, octauo Calendas Septembris. Nos igitur, lure ipſorum diligenter conſiderato, & inſpecto Statuto prædeceſſorum noſtrorum, cõfirmare eò magis, quàm monere aliqualiter decernentes, benemeritis ipſorum deſiderijs fauorabiliter inclinati. Exnunc prædicta omnia innouamus, roboramus, & ratificamus, in titulum perpetuæ firmitatis. In horum autem euidentiam, præſentes ſunt noſtro Sigillo inſignitæ. Actum

Cracouiæ,

Cracouiæ, die Beatorum Martyrum Dionysij & sociorum eius, Anno Domini 1334 præsentibus his Nobilibus nostris, Spicimiro Castellano Cracouiensi, Niscinio Sandomiriensi, Nicolao Palatino Cracouiensi, Andrea Venatore, Krzyvvosande Succamerario Cracouiēn, & alijs multis fide dignis. Datum per manus Sbignei, Præpositi & Cancellarij nostri Cracouiensis.

Parentes filiorum contractibus, circa aleam, aut cum Iudæis factis, non obligantur,

Kazim. Vislic. Folio 25.

VT noxius ludus taxillorum abijciatur: per quem sępius iusti patres, propter filiorum excessum, de bonis eorum pelluntur: & absque illorum commeritis, ad nimiam deducuntur paupertatem: Statuimus: vt si filius quispiam, vtrisque parentibus viuis, & sanis, ludo amiserit aliquam pecuniæ quantitatem: prædicti ludentis parentes non tenebuntur ipsi victori, pro ipsorum filijs', vel filio, ad pecuniæ perlusæ satisfactionem. Idemque dicimus de Iudæis: si mutuarent pecuniam tali filio, superstitibus dicti filij parentibus, & sanis: quòd videlicet eius parentes non teneantur de mutuo: nec aliquo modo compelli debeant, nec possunt. Sic etiam dicimus, de omni contractu inito cum filiofamilias: quòd non valet, cùm sit in paterna potestate constitutus: (iuueturque Senatusconsulto Macedoniano) propter quod non habet alicuius rei dominium, vel aliquam possessionis traditionem.

¶ Idem repetitur in Titulo TAXILLVS.

Iudæi exigant vsuras septimanatim. si verò ad literas obligatorias pecunias dent: ad nullam vsuram tenebitur mutuarius.

Kazim. Vislic. Folio 26.

CVm in vsurarum voragine, sit insatiabilis appetitus: extorsionique pecuniarum quidam terminum non imponunt: proinde Statuit nostrorum Baronum, & Nobilium authoritas: Quòd Iudæi, Fidei nostræ Christianæ veri inimici, Christianis pecunias ipsorum mutuantes, non plus de vsura, qualibet septimana exigere debent: nisi tantùm vnam quartam, aliâs, vnum Grossum à Marca, debent & tenebuntur, cum gratiarum actione recipere. Et si aliqui Iudæi per nouas deceptiones, ad literas obligatorias pecunias eorum mutuarent: & per duos annos suum debitorem sustinerent: pro vsura accrescente, & pro summa principali, debitorem ad Iudicium non prouocantes: extunc ipso facto vsuram, vltra duos annos accrescentem, amittere debent: in sorteque principali, & summa capitali sola, & absque vllis vsuris, debent esse contenti: neque per eandem literam obligationis obligantem poterint ad maiorem summā compellere: neque obligatus tenetur stare, vel obseruare ipsis suam obligationem, vel promissum, vltra hoc se extendens.

Iudæi

Judæi ergo pecuniam super literas ne dent, præter pignus.

POrrò cùm Iudaicæ prauitatis intentio super hoc versetur: vt Christianorum bona & diuitias semper deprimant, & euellant: conuenit igitur non immeritò statuere: vt nullus Iudæus ampliùs, alicui Christiano, in Regno nostro amodo constituto, suas pecunias, super literas obligationis præstet, aut mutuet: sed tantùm ad pignus sufficiens præstare valebit: secundum consuetudinem antiquitus reseruatam.. *Kazimirus Visli. Folio 36.*

¶ SIMILIS. Peruersa Iudaica perfidia, cùm semper sit & est Christianis contraria & inimica: & non solùm in Fide, nec in corpore, verùm etiam in direptione bonorum, & facultatum attractione, quàm studiosissimè intendit: quamùis in Constitutione eiusdem Capituli, quod incipit, Porrò &c. sit eis prohibitum: quòd dare non debeant hominibus, cuiuscunque status aut conditionis existant, pecunias super literas & Inscriptiones, sed tantùm super vadia & pignora: tamen hoc ipsi minimè aduertentes, pecunias super literas & Inscriptiones dare non cessant: etiam contra Iura & Canonica, & Ciuilia, quæ arctissimè hoc prohibent: Ideo volentes nostris subditis terrarum nostrarum subuenire gratiosè, (prout ex religione Christiana tenemur, & debemus) de cætero Prohibemus: ne Iudæi, super literas & Inscriptiones pecunias mutuent: sed solùm super pignora, vt superius in eodem Capitulo est expressum. Si quis igitur Iudæorum tales literas de cætero, aut Inscriptiones exhibuerit, aut super easdem pecunias dederit: extunc tales literæ, aut Inscriptiones, debent esse nullius valoris, vel roboris: nec recipiens pecunias huiusmodi tenebitur procedere, ad earundem solutionem. *Vladisl. Iagello 1423. Folio 45.*

Iudæi triennio præscribunt in Obligationibus, et Inscriptionibus: sed nihil super bona dent. quorum & libertates, Iuri diuino & Terrestri contrariæ, abrogantur.

ITem, cùm infideles non debeant ampliori prærogatiua gaudere, quàm Christi Dei cultores: nec serui debent esse melioris conditionis, quàm filij: Statuimus: quòd Iudæi potiãtur Iuribus, iuxta Constitutiones Warthenses, prout alij Nobiles terrarum nostrarum, quantũ ad Prę̃scriptiones: vt videlicet vtantur Prę̃scriptione trium annorũ, in Obligationibus, & Inscriptionibus ipsorum. Nec poterint dare aliquã summam pecuniæ, super obligationem aliquorũ bonorum, aut super literas Inscriptionum. quòd si dederint: contra huiusmodi prohibitionem Statuti, eo ipso pecuniã perdant: Obligatioque & Inscriptio huiusmodi eo ipso sint nullæ. Literas etiam quascunque, super libertate ipsis Iudæis, in Regno nostro degenti- *Kazim. iij. in Nieszowa, 1454 Fol. 95.*

bus, per Nos, post diem Coronationis nostræ concessas, & Iuri diuino, ac Constitutionibus Terrestribus contrarias, penitus reuocamus, abolemus: easque nolumus alicuius roboris, vel momenti fieri. Quam reuocationē, & obligationem eorum, in Regno nostro per proclamationem publicam omnibus innotescere faciemus: hæc omnia rata, grataque habere promittimus: & inuiolabiliter obseruare, & ab alijs obseruari faciemus: Præsentium nostrarum, quibus Sigillum nostrum appensum est, testimonio literarum. Actum in Nieszowa die Sabbato proximo, post festum Sanctæ Elizabet: Anno Domini 1454.

Iudæi arbitrio Cancellariorum Regias literas soluunt.

Sigism. Crac. 1511. Folio 16. IVdei soluent literas, iuxta arbitrium & voluntatem Cancellariæ nostrę.

¶ Idem in Titulo CANCELLARIA. Folio 55.

Pignora non conspiciantur per seniores Iudæorum: sed in libros eorum inscribantur.

Sigis. Petric. 1532. B 1. DE conspiciendis per seniorem Iudæorum pignoribus, ad Iudæos illatis, non videtur nobis factum conueniens: cum singuli pignorantes, id maxime vitare, & cauere soleant: ne in egestate, & indigentia sua, cuipiam detegantur: sed Mandabimus, vt res oppignoratæ, & dies earum oppignorationis, secundum veterem consuetudinem, in libros Iudæorum inscribantur.

De eodem, Iudæi pignora inscribant in libros.

Sigism. Petr. 1538. A 6. CAeterum pignora debebunt inscribere in libros: secundum Statutum nostrum, Cracouię in Conuentu Regni generali, Anno Domini 1532, editum.

Iudæus si non sistit euictorem, suspendatur.

Sigis. Petric. 1538. A 6. QVoniam verò nimia furum licentia, & pluralitas, cò maximè creuisse videtur: quòd fures ipsi habeant rerum furto ablatarum, apud Iudæos tutam venditionem: Cui malo vt obuiari possit, ex consilio Senatorū Regni nostri, & postulantibus Nuncijs terrarum nostrarum, Decreuimus decernimusque: Vt si Iudæi, pro re furtiua ad se delata, euictorem statuere non possent, aut nollent: in Iudicio ad hoc citati, pœna furcæ ipsi, vt culpæ participes & conscij, puniri debent.

Iudæi neque telonijs, neque vllis officiis præsint.

Sigism. Crac. 1538. A 6. STatuimus inuiolabiliter obseruandum, Iudæos telonijs quibuscunque præfici

præfici non debere, neque posse: indignum, & Iuri Diuino contrarium censentes, eius generis homines aliquibus honoribus & officijs, inter Christianos fungi debere.

Glaucis mitris insigniti prodeant in publicum: sub pœna vnius Floreni. nisi forte in itinere sint.

ET quoniam Iudæi, relicto veteri instituto, proiectis signis, per quæ à Christianis dignoscebantur, vestitum Christianis per omnia similem sumpserunt: vt inter Christianos dignosci non possint: Statuimus perpetuò obseruandũ: Vt omnes & singuli, vbiq; in Regno nostro Iudęi signa, hoc est, Bireta, aut Capellos, seu aliud capitis tegmentũ coloris glauci, aliâs *Zolté*, vbilibet locorũ deferant: viatoribus exceptis. Per viam enim & itinera, licebit eis signa ciusmodi deponere, aut occultare. Quòd si quispiam ex Iudæis, vti transgressor huius legis, non deferens capitis tegmentum glauci coloris, Palatino loci, aut eius Vicepalatino, seu Iudici, secundum morem terræ cuiuslibet, delatus & ibi conuictus fuerit: soluere tenetur, totiens quotiens Constitutioni contrauenerit præsenti, vnius Floreni pœnam. cuius medietas Palatino, seu Vicepalatino, seu Iudici, & alia medietas instigatori cedere debet. *Sigis. Petric. 1538. A 6.*

Nobilium Iudæi, in Regia defensione nihil sibi promittant.

QVi Nobiles in Oppidis, aut in villis suis, Iudæos habent: per Nos licet, vt soli ex eis fructus omnes, & emolumenta percipiant: Iusq; illis, arbitratu suo dicant: verùm ex quibus Iudęis, nullum ad Nos commodum peruenit, eos vti Iudęorum Iure non permittimus, per Nos & antecessores nostros concesso: neque de iniurijs eorum deferri ad Nos volumus. vt ex quibus nullum commodum sentimus: hi etiam nullum in Nobis præsidium habeant collocatum. *Sigism. Crac. 1539.*

Qualiter Iudæi iurare debent.

STatuimus, quòd nullus Iudæus iuret super Rodale ipsorum: nisi sit pro magnis causis, quæ se extendunt vsque ad quinquaginta Marcas argenti: vel sit ad nostram præsentiam euocatus. pro minoribus verò causis, iurare debet ante Scholas, ad hostium dictæ Scholæ. *Sigism. Crac. 1539.*

Forma Iuramenti Iudaici, contra Christianos.

QVòd Iudæus debet conuerti contra Solem seorsum, & stare nudipes super vnam sedem, indutus pallio, aut chlamide: & pileum Iudaicum debet in capite habere. & si lapsus fuerit ter: totidem amittit Fertones. si *Alexander Folio 163.*

quartò: manet reus in causa. Tunc dicat is, qui sibi Iuramentum narrare debet, seu prædicere: Helia Iudæe, ego te moneo, per has tres literas, & per hanc legem, quam Dominus dedit Moysi, in tabula lapidea, in monte Sinai: quòd liber iste, aut Rodale hoc, verum & iustum sit: super quod tu, Iudæe iurare debes: huic verò Christiano, pro tali culpa, siue causa, pro qua duxit te ad Iudicium.

Et prædicetur ei Iuramentum sic.

QVòd tu in hac causa non es reus: pro qua hic Christianus te culpat, ita te Deus adiuuet ille & idem: qui cœlum & terram fecit, aerem, & rorem, montes cum vallibus, flores, & gramina. Et si tu reus sis: quòd te lepra & venenum inuadat: quæ precibus Elisæi, Naaman Syrum dimisit, & Giezi inualit. Et si tu reus sis: quòd te ignis cælestis comburat, & morbus inuadat caducus, & fluxus sanguinis. Et si tu reus fueris: quòd tu pereas in anima tua, & in tuo corpore, & in tuis rebus: & vt tibi accidat, sicut vxori Lot accidit: quę mutata fuit in statuam salis, quando Gomorra & Sodoma perijt: fiat & tibi. Et si tu reus es: vt nunquam ad sinum Abrahæ venires: vbi Christiani, Iudæi, & gentiles, ante creatorem omnium rerum resurgent. Et si tu reus es: quòd te lex Moysi deleat in monte Sinai, quam Dominus dedit Moysi: quam solus Deus digito suo scripsit, in tabula lapidea. Et si tu reus es: quòd te confundat omnis scriptura, quæ scripta est in quinque libris Moysi. Et si tuum Iuramentum, non est iustum, nec mundum, atque verum: quòd te Adonay deleat suæ Diuinitatis potentia: & te suscipiant diaboli, & deducant te in æternam damnationem, in secula seculorum. Amen.

IVMENTVM.

Qui interficit iumentum.

Kazi. in Vislicza 1368. Folio 34.

STatuimus insuper: quòd interficiens iumentum indomitum cuiuscunque, quatuor Marcas: poledrum verò interficiens, tres Marcas: & vbi iumentum, ictu vel plaga, culpa alicuius læsum fuerit ad dorsum, Marcam cum dimidia: & pro poledro secundi anni, quinque Marcas, huiusmodi plagam vel ictum inferens soluere teneatur. vbi verò tertij, quarti, vel quinti anni poledrum, vulgariter *Zrzebczá*, occiderit: iuxta quod passus damnum, super æstimatione eiusdem poledri occisi, Iuramento suo firmauerit, satisfacere teneatur.

Jumenta indomita quamdiu sub custodia tenenda.

Kazim. Mag. Folio. 31.

STatuimus: quòd omnes habentes iumenta indomita, à Vigilia Sancti Adalberti,

Adalberti, vsq; ad festum Sancti Michaëlis, illa sub custodia pascere teneantur. aliâs qui secus fecerit, æstimatione damni conuictus Iudicio, & damnum passo, cum pœna vnius Marcæ, ad soluendum sit astrictus. sed deniq; ipsa iumenta, damnum patiens ad suam domũ pellere non præsumat.

¶ Iumenta ex damnis abacta, qualiter tenenda. Vide in Titulo PECVS.

IVRAMENTORVM FORMAE

Iuramentum electi REgis.

EGO A. Dei gratia REX Poloniæ, Magnus Dux Litvvaniæ, Russiæ, Pruſsiæ, &c. dominus & hæres, Iuro, spondeo & promitto, ad hæc sancta Dei Euangelia, quòd omnia Iura, libertates, Priuilegia, literas, immunitates, Regni mei Polonię, Ecclesiasticas & Seculares, Ecclesijs, Regno quoque Poloniæ, eiusdemque Prælatis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, ciuibus, incolis, & quibuslibet personis, cuiuscunq; status & conditionis existentibus, per diuos prædecessores meos, Principes, Reges, & quoscunque dominos ac hæredes Regni Poloniæ, præsertim verò per diuos, Kazimirum antiquum, Loisch, VVladislaum auum, VVladislaum patruum, Kazimirum patrem, & Ioannem Albertum germanum, meos, Reges Poloniæ, iustas & legitimas donatas, manu tenebo, seruabo, custodiam, & attendam: in omnibus conditionibus, atque punctis: & omnia illicitè ab eodem Regno alienata, aut distracta, pro posse meo, ad proprietatem eiusdem Regni mei aggregabo. terminos etiam Regni mei Poloniæ, non minuam: sed pro posse meo defendam, & dilatabo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. *Alexand. Folio 161.*

Iuramentum Consiliariorum Regni.

EGo I. Iuro: quia Sereniſsimo Principi & Domino, domino A. Regi Poloniæ, fidelis ero: pro eiusque Maiestate, & Reipub. Regni sui, fideliter consulam: Secreta, quæ mihi per suam Maiestatem, & Consiliarios eius dicentur, contingentia vel M. Regiam, vel Rempub. aut vtrunq;, nemini in iacturam Regiam, & Reipub. pandam: & pro posse meo, vtilitates suæ M. Regiæ, Regni, & Reipub. augmentabo. Quicquid verò sciuero, intellexero, aut sensero, suæ M. Regiæ, Regno, & Reipub. nocibile & damnosum, præcustodiam: & ne fiat, me opponam: & illud auertam. Sic me Deus adiuuet, & hoc sacrum Euangelium. aut, hæc Sancta Crux. *Folio 161.*

Iuramentum Magistri Prußiæ.

EGo L. Magister generalis ordinis sanctæ Mariæ virginis, Theuthonicorum *Folio 162.*

corum Princeps, & Consiliarius Regni Poloniæ, Iuro: quòd ab hac hora, & deinceps, fidelis ero, Serenissimo Principi domino K. Regi, & successoribus suis Regibus, & Regno Poloniæ: & profectum illorum fideliter procurabo: & negotijs Regis, & Regni fideliter consulam: & secreta, quæ mihi qualitercunque communicata fuerint, in eorum detrimentum nulli pandam: pacem insuper perpetuam, in omnibus suis conditionibus, & articulis, obseruabo & custodiam. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Crux.

Iuramentum Consiliariorum terrarum Prussiæ.

Folio 162. IVro, quòd nunquam scienter ero in consilio, auxilio, aut facto, in tuam læsionem, iniuriam, aut contumeliam, aut honorem, quem habes, aut habiturus es. & si contra aliquid audiuero: pro posse meo, vt non fiat, impedimentum præstabo: aut tibi, quanto citius potero, nunciabo. secreta mihi manifestata, sine tua licentia nemini pandam: vel per quod pandantur faciam. similiter tibi & Reipub. consulam: prout videbitur magis expedire. & nunquam ex persona mea aliquid faciam scienter: quòd pertinet ad tuam, & Reipub. contumeliam, vel iacturam.

Consiliarij terrarum Prussiæ, in medio consilij sic iurant.

Folio 162. EGo A. iuro Serenissimo Domino domino Regi Poloniæ, &c. & successoribus suis, fideliter consulere: pro honore, & statu suo Regali, ac prouentibus suæ Maiestatis: ac pro communi bono terrarum Prussiæ, & Regni Poloniæ: consilium suum secretè tenere: & eum in omnibus præcustodire. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Crux.

Iuramentum Ministerialium, quando tonduntur per Palatinũ.

Folio 163. EGo B. exnunc, & in antea, fidelis ero Serenissimo Domino meo Regi &c. negotio Iudiciorũ mihi commissa, & credita, & Citationes fideliter faciam: super quibuscunque negotijs, postquam in testimonio requisitus fuero, fideliter recognoscam: non amore, odio, precio, vel fauore: sed pro Deo, & iustitia. nec ero consentiens cuiquam malitiæ: quæ posset quoquo modo opprimere veritatem. obediens etiam ero Iudicio Regali, omnia mihi commissa, per dominos Palatinos, & alios Officiales Iudicij Terrestris, fideliter recognoscam. nec promouebo falsam causam: & omnia mihi commissa, fideliter, absque dolo & fraude promouebo. Ita me Deus adiuuet, & omnes Sancti.

Consules ciuitatum earundem, & terrarum, ac Nobilium communitas, in solio Maiestatis iurabunt forma infrascripta.

Ego

EGo N. iuro: quia Sereniſsimo Principi & Domino, domino A. Regi Poloniæ &c. & ſuis legitimis ſucceſſoribus Regibus, primoque coronatis, fidelis ero: ſuæque Serenitatis honorem, ſtatum Regium, & commodum Reipub. Coronæ, & terrarum Pruſsiæ, pro poſſe meo procurabo: ſuam Serenitatem de omnibus damnis, quæ ſciuero, auiſabo, & ea manifeſtabo fideliter. Sic me Deus adiuuet. &c. *Folio 163.*

Iuramentum Iudicis & Subiudicis.

EGo A. iuro: quia iuſtè, ſecundum Deum, Ius ſcriptum, æquitatẽ, & partium contruerſias, iudicabo: Recognitioneſque ſuſcipiam, diuitis & pauperis, amici & inimici, ciuis & peregrini, diſcrimine ſublato. & neque fauorem, neque odium, neque præmium, neque pœnas, mihi propoſita curabo: ſed in iudicando ſolum Deum, & Ius ſcriptum, æquitatem, partium controuerſias, & Recognitiones, in hisque omnibus conſcientię meæ iudicium ſequar, & audiam: aliaque negotia, mihi incumbentia, fideliter, & pro poſſe meo faciam. Sic me Deus adiuuet, & ſancta Crux Chriſti.

Iuramentum Notarij.

EGo A. iuro: quia iuſtè, ſecundum Deum, Ius ſcriptum, æquitatem, & partium controuerſias iudicabo: conſulam Iudici: fideliterque partium Recognitiones, controuerſias, affectationes, ſeu poſtulationes Iuridicas, vel Iudicis Decreta, in librum Actorum Terreſtrium inſcribam, & inſcribi curabo: diuitis & pauperis, amici & inimici, ciuis & peregrini, diſcrimine ſublato. & neque fauorem, neque odium, neque præmium, neq; pœnam, mihi propoſita curabo: ſed in iudicando, conſulendo, & ſcribẽdo, ſolum Deum, & iuſtitiam ſanctam, & æquitatem, partium Recognitiones, controuerſias, ac Iudicis ſententias, in hiſque omnibus conſcientiæ meæ iudicium ſequar, & audiam: aliaque negotia mihi incumbentia, fideliter, & pro poſſe meo peragam. Sic me Deus adiuuet, & ſancta Crux Chriſti.

Capitanei & Tenutarij Caſtrorum Pruſsiæ, ſic iurant.

EGo B. iuro: quia fidelis ero, in Caſtro tenutæ meæ: illudque ſeruabo fideliter, Sereniſsimo Principi & Domino, domino &c. Regi Poloniæ, & ſuis legitimis ſucceſſoribus Regibus Poloniæ: tranquillitatem & ſecuritatem viarum, & iuſtitiam tuebor: & generali, ſeu ſupremo terrarum Pruſsiæ Officiali obediens ero. Sic me Deus adiuuet, & hæc S. Crux. *Folio 163.*

Iuramentum Burgrabij Gedanenſis.

Ego N.

Folio 163. EGo N. iuro: quia fideliter Ius Regium tuebor: & quicquid ad Ius & perſonam Maieſtatis Regiæ pertinet, attendam, & attentabo, agam & procurabo: vt æquè benè pauperi, ſicut diuiti, iuſtitia miniſtretur. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Crux.

Iuramentum Notarij exercitus.

EGo N. iuro: quia Sereniſsimo Domino Regi, & Regno Poloniæ, fideliter ſeruiam: omnia damna in exercitibus, & ſtipendiarijs equitibus, & peditibus, ſuæ Maieſtati & Regno Poloniæ, imminentia, diligenter prouidebo, & cuſtodiam: omnes equos, tam perdamnificatos, quàm ad ſtipendium ſeruitij conductos, & conducendos, veraciter conſcribam. & hæc omnia diligenter, & fideliter faciam: nec eadem negligam, vel omittam, cauſa timoris, odij, amoris, fauoris, vel lucri, vel damnorum gratia: ſed omnia damna Maieſtatis Regiæ & Regni, diligenter cuſtodiam: & ea Maieſtati Regiæ vel Domino Capitaneo exercituum Regni, fideliter reuelabo. Sic me Deus adiuuet, & ſancta Chriſti Crux.

Iuramentum, quod Valachi præſtare conſueuerunt Regi, & Regno Poloniæ.

Folio 162. NOs Barones Vaſalli, & tota terra Moldauiæ, præſtamus omagium, noſtro & totius communitatis terrę Moldauiæ nomine, Sereniſsimo Principi Domino Kazimiro, & ſucceſſoribus Regibus Poloniæ, & Coronæ Regni Poloniç: promittimuſq;, & iuramus, omnem fidelitatem, ſubiectionem, & obedientiam, in perpetuum Serenitati ſuæ, Regno, & Regibus Poloniæ. Ita nos Deus adiuuet, & ſancta Crux.

Iuramentum Palatini Moldauiæ, quodq; olim Stephanus Woywodá, Kazimiro Regi, & Regno Poloniæ, in loco Campeſtri circa Colomiam, feria quinta in craſtino Exaltationis S. Crucis, Anno Domini M. CCCC. LXXXV. *præſtitit.*

GRatioſiſsime Rex, ego omagium præſto, & iuro, ac etiam promitto fideliter ſine dolo & fraude, veſtræ Serenitati, ſucceſſoribusq; Serenitatis veſtræ, Regibus, & ſacræ Coronæ Regni Poloniæ, cum omnibus terris, Baronibus, & hominibus meis, fidelitatem: eſſeque fidelis & obediens Serenitati veſtræ, ſucceſſoribus, & Coronæ Poloniæ Regni. Sic me Deus adiuuet, & Sancta Crux.

Iuramentum Ducis Zathorienſis.

Ego Dux

EGo Dux Zathorienſis,iuro: quòd fidelis & obediens ero,cum omnibus ſubditis Ducatus mei, & cum Ducatu meo, Sereniſsimo Principi, domino A. &c. Regi Poloniæ &c. gratioſiſsimo, & ipſius ſucceſſoribus Regibus, & Regno, ac Coronæ Poloniæ: pro bono ſtatu M. Regiæ & Reipub. Regni Poloniæ: & pro vtilitate M. Regiæ & Regni conſulam: & quæ ſentio M. Regiæ,ſucceſſoribus, & Regno Poloniæ nocitura, per cuſtodiam & pro poſſe meo auertam: ac omnia fideliter ad partem Maieſtatis Regiæ & Regni Poloniæ agam: fideliter & obedienter mandatis Maieſtatis Regiæ & ſucceſſorum ſuorum parebo: & ea implebo. Literas meas, iuxta contractum, per olim Sereniſsimum dominum Ioannem Albertum inter me & Regnum factum,ſub meo & ſubditorum meorum Sigillis dabo M. Regiæ ad theſaurum Regni: ſubditoſq; vniuerſos meos,ad iuſiurandum iuxta contractum inducam: & iurari, aliaque quæ ex conditamine debeo facere,faciam. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Crux.

Iuramentum terrigenarum Ducatus Zathorienſis.

EGo P. iuro: quòd fidelis ero Sereniſsimo Principi, & Domino,domino Alexandro, Dei gratia &c. gratioſiſsimo,& Regno ac Coronæ Poloniæ: & poſt mortem Ducis Ianuſsij Zathorienſis, domini mei gratioſi, neminem alium quam ipſum dominum Alexandrum Regem, & ſucceſſores Poloniæ, pro domino ſuſcipiam: & me ſibi ſubijciam: ac pro poſſe meo procurabo omne bonum: & auertam omne malum, quod ſciuero imminere Regiæ M. & ſuo Regno Poloniæ: omniaque faciam fideliter, obedienter, & diligenter: quæ ad ſubditum bonum & fidelem pertinent. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Crux.

Iuramentum Capitaneorum.

EGo B. iuro: quia fidelis ero in Caſtro A. B. illudque ſeruabo fideliter, Sereniſsimo Principi & Domino, domino Regi Sigiſmundo Poloniæ: & ſucceſſoribus ſuis legitimis Regibus Poloniæ: tranquillitatem, ſecuritatem, ac iuſtitiam tuebor: aliaque munia, mihi, ſeu Capitaneali officio incumbentia, ſine dolo & fraude exequar. Sic me Deus adiuuet,& Chriſti Ieſu ſancta Crux.

¶ Iuramentum Iudæorum, Vide in Titulo, IVDAEI. Folio 232.

¶ De Iuramento Factorum, Vide in Titulo FACTOR. Folio 167.

¶ Iuramenta quæ decernuntur à Iudicijs, aut in Comitijs, ad diſtrictum remitti debent. excepto, ſi aliquis ibidem Iurare vellet.

IVS.

Iure Theutonico qui abusus sit, iam amplius eo vti non potest.

Kazim. Mag. Vistucia 1368. Folio 23.

CVm secundum patrum sanctorum decreta, lex decernat illos amittere Priuilegij autoritatem, qui concessa sibi non vtuntur potestate: plures sunt nostri Milites, Ius Theutonicum habentes, in multis ipsorum villis, ex nostra aut prædecessorum nostrorum gratia eis facta: & tamen Iure Theutonico omisso, secundùm Ius Polonicum, se regunt in quibusdam: Statuimus: quòd si in aliqua villa, abusi sunt Iure Theutonico: ampliùs contra agentes, per Ius Theutonicum non poterint se defensare. Quapropter volumus: quòd si crimen est commissum: illo Iure, quo villa eadem vsa fuerit, illud tenebitur iudicare simul & terminare.

In Regno Poloniæ, vnum sit omnibus Jus.

Kazimirus Vistic. 1368. Folio 32.

CVm sub vno Principe & capite, eadem gens Iura diuersa habere non debeat: ne sit tanquam monstrum, diuersa habens capita: expedit Reipub. vt vno & æquali Iure, tam Cracouienses, quàm etiã Maioris Poloniæ inhabitatores, & cæteræ Regni nostri terræ, vtantur & iudicentur.

VVladist. IAgel. propè Czyrvvensko 1423. Folio 49.

¶ SIMILIS. Cæterum cùm omnibus terris, quas Regni ambitus comprehendit, velut vnicus princeps & dominus, dominemur: non est æquum, vt varijs modis iudicandi, populus nobis subiectus, & sub nostro existens regimine, in varios ritus Iudiciorum dilabatur. propterea perpetuo edicto Statuimus: vt omnes & singuli homines, & subditi Regni nostri, cuiuscunque conditionis, status, gradus, aut dignitatis fuerint, causas in Iudicijs nostris Terrestribus proponentes, vel proponere volentes, singulariter singuli, & vniuersaliter vniuersi, eodem Iure, modis, consuetudinibus, & ritibus Nobilibus per Regnum nostrum potiantur: nec audeant Iudices, sedibus & tribunalibus Iudiciorum nostrorum præsidentes, alios modos, ritus, & consuetudines, circa Terminos & sententias obseruare: nisi illos, quos præfati domini Kazimiri prædictus liber, & consuetudines doceant, & informent. ad quem semper recurrant. Quicquid autem per ipsos fuerit aliter iudicatum, & sententiatum: irritum remaneat, & nullius roboris, vel momenti.

Ex Priuilegio VVladist. IAgel. in Iedlna, Folio 52.

¶ SIMILIS. Item pollicemur: quòd omnes terras nostras Regni Poloniæ, etiam terram Rusiæ includendo, ad vnum Ius, & legem vnam communem, omnibus terris reducemus: reducimusque, adunamus, & vnimus, tenore præsentium mediante.

IVS PATRONATVS.

Qui sacerdotia Iurispatronatus Regij vel Regnicolarum impetrat: bona eius confiscentur, & ipse proscribatur.

Si quispi-

SI quiſpiam Beneficia Iuriſpatronatus Regij, aut ſubditorum noſtrorũ, in præiudicium & derogationem Iuriſpatronatus noſtri, & ſubditorum eorundem noſtrorum, ex cauſa quacunque impetrauerit: Statuimus, decernimus, & mandamus, omni bonorum ſuorum, communium & priuatorum, mobilium & immobilium Secularium, ærario ſeu fiſco vel menſæ noſtræ applicandorum priuatione, Eccleſiaſticorum verò areſto confiſcatione, & extra Regnum noſtrum bannitione, immediatè puniendos. *Albert. Petr. 1496. Fol. Ci.*

De eodem.

NE quiſquam cuiuſcunque generis vel conditionis exiſtat, audeat beneficium quodcunq; noſtri Iuriſpatronatus, quandocunq; impetrare, vel oblatum à quouis ſuſcipere, ſine noſtro conſenſu: ſub incurſu præfatæ pœnę exilij, & confiſcationis ſuorum bonorum, & parentum, ac propinquorum eius. *Alexand. Radom. 1505. Folio 117.*

Iuriumpatronatus impetratores, in bonis ſuis, & amicorum plectuntur.

FIt nonnunquam, quia Corteſani & Curſores Romani, Beneficia, per terrigenas de bonis eorum, ad conſolationem amicorum viuentium & mortuorum, fundata impetrant: ſicque non mediocribus iacturis pauperem Nobilitatem, pro ſui defenſione Iuris impendentem, afficere conſueuerunt: Quapropter decernimus: quòd impetrantes Beneficia apud ſedem Apoſtolicam Iuriſpatronatus noſtri, & dominorum Nobiliumq; Secularium Regni noſtri, puniantur in perſona, & in bonis. ſimiliter amici, & conſanguinei impetrantium eorundem. *Alexand. Radom. 1505. Folio 118.*

Juſpatronatus niſi expreſsè inſcribatur, Iuri Regio reſeruatur.

VBI ſpecialis mentio, in Priuilegio, vel Inſcriptione, de Iurepatronatus facta non eſt: Iuri Regio reſeruatum eſſe cognoſcitur. *Sigiſ. Cracon. 1510. Folio 15.*

Iurapatronatus à Spiritualibus obtenta caſſantur.

IVrapatronatus, quæ ſibi Spirituales in certas perſonas expedire ſolent, deſtruximus, & caſſauimus: ſic quòd nullam vim habere debeant. *Sigiſmundus Auguſt. Petr. 1550.*

IVSTITIONARIVS.

Iuſtitionarius in nulla terra inſtituendus.

ITem ſpondemus: quòd in nulla terra totius Regni Poloniæ, Iuſtitionarium conſtituere nolumus, vel quomodolibet ſurrogare. *Iagello in Priuilegio Iedlna. Folio 51.*

KMETHO.

Kmethones fugitiui reſtituantur.



Sigiſm. Crac. 1505.

TAque Kmethones fugitiui, tam per Capitaneos, quàm per Officiales ciuitatum, propter concordiam ſeruandam, reſtituantur: præter inquilinos.

Kmetho, vel Scultetus, à domino profugus, & quater ad Iudicium vocatus, non tamen rediens.

Iagello Craco. 1423. Folio 46.

CVm autem Scultetus, vel Kmetho, de agro ſeu hæreditate ſua, abſque culpa domini ſui fugerit: talis profugus debet per dominum, in Iudicio maiori & bannito ter, & ex ſuperabundanti quartò, vt ad ſuam redeat hæreditatem, euocari. qui ſi non redierit taliter vocatus: dominus villæ, cum proteſtatione poterit ſuam hæreditatem per alium locare: contumacia illius non obſtante. Et ſi is profugus minas incuſſerit poſſeſſoribus agrorum qualeſcunque: tenebitur dominus, ſub quo degerit, requiſitus, Ius Polonicale poſcentibus cum eo miniſtrare. aliâs ille ſub quo fuerit cõtradicens, pœnam *Piąthnadzieſta* incurret, totiens quotiens contra hanc Conſtitutionem fecerit quoquomodo.

De libertate, alicui Kmethoni per dominum conceſſa.

Iagello 1423. Folio 46.

QVia libertas ad hoc per ſapientes eſt reperta: vt ſyluæ & nemora, vbi modicæ ſunt vtilitates, vel proueniunt, extirpentur: & ad ampliores vtilitates reducantnr: Vnde ſi quis Kmehto in Sylua, vbi villa locari debeat, libertatem accipiat: non poterit de ſuo agro, niſi illum extirpauerit, ſe mouere. quo extirpato, facere poterit: quod Ius Terreſtre, aut illius hæreditatis exquirit, & depoſcit, circa ſuam motionem.

Kmethones vnum diem, plus minusúe, ſeptimanatim laborent.

Sigiſm. Thorunia 1520. Ex Regeſtris Cancellariæ Regiæ.

ITem, commoditatibus ſubditorum noſtrorum conſulere volentes, de omnium Conſiliariorum noſtrorum ſtatus vtriuſq; ac Nunciorum terrarum Regni noſtri conſilio & conſenſu, Statuimus & decernimus perpetuò obſeruandum: Quòd omnes & ſinguli coloni, ſeu Kmethones, omnium & ſingularum villarum, tam noſtrarum quàm ſubditorum noſtrorum, cuiuſcunq; ſtatus exiſtentium, qui priùs diem in ſeptimana non laborauerunt, Nobis & dominis ipſorum, de quolibet Laneo vnum diem ſeptimanatim laborent: & ad laborandum ſint aſtricti. demptis his colonis: qui cenſu pecuniario, aut frumentario, ſeu quacunq; alia contributione ſeu

ne seu datione, dominis suis labores iam antea recompensarunt. Et hoc specialiter prouiso: quòd hæc Constitutio non extendat se, contra hos colonos: qui ratione possessi agri, plures fortasse dies in Septimana, dominis suis, & nobis laborare consueuerunt. Nam hæc lex, pro his tantùm constituta est: qui minus quàm diem, in septimana, Nobis & dominis suis laborare soliti erant.

¶ SIMILIS. Statuimus, & ordinamus: quòd omnes Kmethones omnium villarum nostrarum Regalium, Spiritualium & Secularium subditorum Regni nostri, secundum Decretum Conuentionis Toruneñ generalis proximè præteritæ, debent dominis suis laborare vnum diem in Septimana. exceptis villis nostris, desuper Priuilegiatis: quæ expresè speciali Priuilegio docerent: Quòd loco laborum, censum pecuniarium auxerunt, tales duntaxat Priuilegijs gaudebunt: alij, vt præmissum est, laborabunt. *Sigism. Eyd. gostie 1520. Folio 26.*

Vnus aut duo tantùm Kmethones, vno anno abire possunt: quandoq; omnes.

CVM ex separatione subditorum bona dominorum suorum sæpiùs annihilantur, & desertantur: nulla præsertim legitima causa ad hoc persuadente: ob id visum fuit Nobis, ac nostris Baronibus, huic periculo non segniter obuiantibus, cum quibus vnà statuimus: Quòd non plures Kmethones, aut incolæ, de vna villa insimul, ad aliam villam possint recedere, nisi vnus aut duo: præter domini illius villæ, in qua degunt, voluntatem. nisi in casibus hic exceptis: Vt si dominus villæ opprimat filiam, aut vxorem, sui Kmethonis: aut si pro excessu, seu culpa hæredis, ibidem villani bonis ipsorum deprædantur: vel in sententia Excommunicationis, per annũ durant sui domini, ex delicto. In talibus casibus, non tantùm tres, aut quatuor villæ eiusdẽ incolę, abire possunt: sed & omnes ibidem habitantes recedant, quò vnicuique placebit. *Kazim. Vistic. 1568. Fol. 24.*

Kmetho, à domino suo profugus, infra annum repetatur, et quando, & quomodo, illi recedere liberum sit.

PRæterea declarando statuimus: quòd cùm à Nobis, seu à quocunq; alio domino nobis subdito, Kmetho aufugerit, absque culpa sui domini: idem kmetho fugiens, nullum Ius acquirat tamdiu: donec domino suo, de mansione ipsius non constabit. secus, si domino suo de mansione ipsius constiterit, & infra annum ipsum non repetierit: extunc post annum, si ipsum repetere voluerit, minimè hoc sibi facere licebit. Qui profugus, si propter austeritatem, seu rancorem domini sui redire timens, etiam Iure conuictus noluerit: extunc Decernimus: quòd idem fugiens, domino *Kazim. Mag. Vistic. 1568. Folio 56.*

ſuo tres Marcas pro pœna, & cenſum annualem integrè, quem aliâs ſoluebat, ſoluere tenebitur: & per hoc à domino ſuo, fugitiuus liberabitur antedictus. hoc tamen in Iure Terreſtri, non Theutonico, intelligi volumus. Quando verò in Iure Theutonico kmetho reſedet: idem fugere, ſeu recedere non poteſt: niſi hæreditate vendita, vel loco ſui kmethonem æquè diuitem collocet: aut agris ex toto extirpatis, hyemalibuſque & æſtiualibus ſeminatis domino reſignando, recedere poterit pro libito. Adijcientes: Quòd ſi kmetho huiuſmodi, in noctis tempore receſſerit fugituè: res quaſcunq; in domo dimiſerit fugiendo, dominus ipſius pro ſe poteſtatem habeat retinẽdi. & nihilominus dominus, qui kmethonem hunc fugitiuum ſecum retinere præſumpſerit, priori domino reſtituere tenetur: cum omnibus rebus, quaſcunque attulit ad eundem: & cum pœna, quæ dicitur *Piątnadćieſta*. Culpæ verò, propter quas licitum ſit fugere kmethoni à domino, ſunt iſtæ: Prima, cùm dominus propter ſuum excommunicatur delictum: & ob hoc kmethones Eccleſiaſtica priuantur ſepultura. item Secunda, quando dominus villæ, in quocunque loco villæ, ſuam villanam oppreſſerit violenter. Et cùm primum de hoc conſtiterit: nedum parentes oppreſſæ, verùm etiam omnes villani, vbi hoc ſcelus cõmiſſum fuerit, quacunque hora recedendi liberam habeant facultatem: nec oppreſſor huiuſmodi, ſeu dominus villæ, ipſum detinere audeat, ſeu in aliquo moleſtare. Idem liceat kmethonibus facere: cùm ob culpã domini ſui, pignora fuerint de illis recepta. tunc abſque quolibet impedimẽto, poſſunt fugere ab eodem. Sed præmiſſis culpis non exiſtentibus, kmetho nequaquam recedat, à domino ſuo: niſi domo bona relicta, & decenter ſepta: ſolùm in neceſsitate domini, iuxta conſuetudinem hactenus obſeruatam. Etſi antea libertatem habebat: tot annis domino ſuo ſeruiat, ab ipſo minimè recedendo: quot annorũ libertate gaudebat. & hoc, quando in Iure Polonico ſedet kmetho. Quando verò kmetho Iure Theutonico eſt locatus: idem nequeat recedere vllo modo: niſi tot annis cẽſum exoluat: quot annis habuit libertatẽ. nec tunc hoc ſibi liceat: niſi æquè diuitẽ loco ſui kmethonem conſtituat: & agris ſuis in toto excultis, ſeu extirpatis, & ſeminatis hyemalibus & æſtiualibus: tunc recedere permittatur.

Profugi ab omnibus Præfectis reſtituantur: ſub pœna ſex Marcarum.

Kazim. Mag. in Nieſzo. & Opoki, 1496. Folio 95.

ITem Statuimus: vt Tenutarij bonorum noſtrorum, ciues ciuitatum noſtrarum, & terrigenæ, ac etiam Spirituales homines, profugos, illis à quibus fuerint requiſiti, reſtituant: & ad eorum reſtitutionem teneantur. ſecundum Iuris Terreſtris conſuetudinem. Quod ſi requiſiti nõ fecerint, nec pro-

nec profugos restituere curauerint: extunc luant pœnam trium Marcarũ profugos petenti, & Iudicio trium. & nihilominus soluta pœna huiusmodi, profugos reddere sint astricti.

De mittendis Kmethonibus, consuetudo cuiuslibet terræ obseruetur.

ITem de missione kmethonum, (pro qua diuersi diuersimode, & quisq; pro suæ terræ consuetudine, optabat per Nos definiri) volumus & Decernimus: consuetudines, super mittendis eis obseruatas, non esse immutandas, sed obseruandas vbique. *Albert. Petr. 1496. Folio 98.*

Vnus kmetho de vna villa in aliam transferri potest.

ITem, innitendo Constitutioni Magni Kazimiri Regis, prædecessoris nostri, Statuimus: vt quemadmodum ex consuetudine fieri consueuit, sic etiam perpetuò obseruetur: quòd nõ plures, quàm vnus kmetho, annis singulis, se de vna villa in aliam transferre poterit, iurè atque licitè. vbi verò quispiam kmethonem vnum prædictum mittere nollet: in pœna succumbet consueta: quæ antiquitus in terris singulis, in hac parte, contra secus facientes decerni consueuit. *Albert. Petr. 1496. Fol. 103.*

Lex de fugitiuis, etiam in Russia obseruetur.

AD supplicationem terrarum Russiæ, volumus & Decernimus: vt de omnibus fugitiuis, Statutum Regis Alberti obseruetur. *Sigism. Crac. 1507. Folio 7.*

Fugitiui tam per Capitaneos, quàm per ciues restituantur: præter inquilinos.

VT concordia inter omnes passim conseruetur, Statuimus: vt coloni, qui desertis agris à dominis suis, ad inquilinatus ciuitatum & oppidorum fugiunt, cùm reperiuntur, dominis suis, vel per Capitaneos, vel ciuitatum Officiales restituantur: sub pœnis Regalibus: vel cogantur desertos agros alijs possessoribus idoneis, loco sui collocare. Reliquos verò inquilinos, sine iniuria cuiuspiam manentes, tolerandos decernimus. Statutum autem, quod de filijs kmethonum antehac conditum est, in robore relinquimus. *Sigism. Crac. 1510. Folio 9.*

Kmetho profugus restituatur, & non redimatur decem Marcis.

SI quis alicui acciperet Kmethonem possessionatum, vel hæredem, vel etiã ad aliquem Kmetho profugeret: tunc debet illum restituere, cum bonis eius omnibus: & non poterit illum Kmethonem redimere decem Marcis *Sigism. Crac. 1543.*

Marcis pecuniæ, vel vlla alia summa. quòd si noluerit eum restituere, nisi ex decreto Iudicij: tunc cum pœna, in Statuto descripta, tenebitur illum restituere, cum vxore, & pueris, & cum bonis illius omnibus. Quòd si Kmetho moriretur: tunc illius omnia bona debent restitui, cum vxore, & pueris, necnon cum pœna.

Filij Kmethonum si plures fuerint: vnus tantummodo ad seruitia, & præsertim ad studia literarum, seu artificiorum, sub literis testimonialibus Capitanei, vel domini sui, mittatur. alioqui, si vnus sit: vndecunque extradatur.

Ioan. Albert. Petrico. 1496. Folio 99.

ITem, prouidentes licentiositati, tam adolescentum plebeiorum, quàm desertationi bonorum: cùm adolescentibus de villis à proprijs parentibus exeuntibus, villæ desertantur: propter defectum laboratorum, in agris locandorum: & insuper aliqui, sub colore artificiorum discendarum à patribus euntes, ad stipendia & societates malas se conferunt: sic quoq; furantur, prædantur, & in moribus deprauantur: Statuimus: quòd tantummodo vnus filius, de villa à patre recedere possit, ad seruitia: & præsertim ad studia, aut literarum, aut artificiorum: reliqui maneant in hæreditate, cum patribus. Cùm verò recessurus esset: licentiam, & literas testimoniales, à dominis locorum accipiat: cum quibus, tanquam emancipatus, iret ad artificia, vel seruitia.

¶ Istud quoque Statutum decernimus, ad bona mensæ nostræ Regalis, & Spiritualium, & Secularium personarum, nullis exceptis: sic quòd Capitanei, Tenutarijque bonorum nostrorum, licentiam, & literas testimoniales dent recedenti. in alijs verò bonis, domini locorum istud faciant. Et si vnicus fuerit ille: in hæreditate maneat, & laboret in domo cũ parentibus: vel in eadem hæreditate, quam parentes incolunt, aut domicilium, aut seruitium, aut victum acquirat. Quod si aliquis adolescens villanus, præter istud decretum, fugiens repertus fuerit: siue in ciuitatibus & oppidis, siue alibi vbicunque: ille domino loci illius, à quo fugit, sine Iuris strepitu restituatur: sub pœna quatuordecim Marcarum. & nihilominus illi, qui eum retinuerint, pœna totiens quotiens secus fecerint soluta, ad restitutionem sint astricti.

Filij Kmethonum, discendarum artium vel artificiorum gratia, ante duodecimum annum mittantur.

Prælati Petr. 1503. Fol. Cxi.

ITem, quòd Kmethonum filij similiter non poterint de hæreditate, in qua parentes eorum morantur, sine scitu & consensu domini sui recedere: nisi qui discendarum literarum gratia, anno quocunque, ante duodecimum

decimum ſuæ ætatis annum, vel anno quocunque ætatis, cauſa artificiorum exire voluerint. qui etiam, dominis ſuis requiſitis, id facere debent. Et qui exiuerint, dominis neſcientibus, vel inuitis: perdant ſortem patrimonij ſui: & denique reſtitui debent.

Eadem lex confirmatur.

STatutum, quod de filijs Kmethonum antehac conditum eſt, in robore relinquimus. *Sigiſm. Crac. 1510. Folio 9.*

Statutum Ioannis Alberti Regis, de filijs Kmethonum dimittendis, ad futurum Conuentum ſuſpenditur.

ITem, moderatione Statuti Sereniſsimi olim Domini Ioannis Alberti Regis, fratris & prædeceſſoris noſtri, de filijs colonorum, de villis abſque conſenſu dominorum & hæredum non dimittendis, quòd nonnullis Conſiliarijs noſtris parum æquum, & libertati communi contrarium videtur, ex iuſta cauſa, de voluntate & conſilio Conſiliariorum noſtrorum, ad futurum Conuentum generalem ſuſpendimus. *Sigiſ. Bydgoſt. 1511. Fol. 20.*

De Filiabus Kmethonum in Matrimonium collocatis.

DE filiabus verò eorundem Kmethonum, ſeu colonorum, propter Matrimonia (quæ libera eſſe volumus) Statuimus: Quòd ſi quis non poſſeſsionatus duxerit filiam alicuius Kmethonis poſſeſsionati: apud illam in poſſeſsione manere debet. & ſimiliter impoſſeſsionatæ filiæ apud poſſeſſionatos maritos remaneant, in Matrimonio collocatæ. Idem de viduis obſeruandum decernimus. *Sigiſ. Bydgoſt. 1511. Folio 20.*

Kmethones Hortulani, & eorum filij, à dominis ſuis profugi, capiantur per Capitaneos, aut Ciuile Officium.

CONſulentes commoditati rei cõmunis domeſticę Regni noſtri, (quę plerunque fugitiuorum colonorum, ſeu kmethonum, vel filiorum eorum malitia, ita defraudatur: vt multi ſubditorum noſtrorum, ex defectu laborantium, & ſeruitorum, in laboribus neceſſarijs negligantur) Statuimus & decernimus: Vt quicunq; colonus, ſeu Kmetho, Hortulanus, ſeu quiuis alius ſubditus, ſeu filij eorum, inuito & inſcio domino ſuo, in alienas prouincias fugientes ſe transferant, per Capitaneos, & eorum vices gerentes, deniq; per Officiales ciuitatum & oppidorum, ad quæ deuenerint, capiantur: & capti operis ſeruilibus adhibeantur tamdiu: donec dominus detenti, vel detentorum, illos inuentos repetierit. Repetente enim domino ſubditum, & docente illum eſſe ſuum, Capitanei & eorum vices gerentes, vel Ciuitatum & oppidorum Officiales, illum extradere debebunt irre- *Sigiſm. Craco. 1532. A 3.*

bunt irrecuſe: receptis priùs ab eo, qui ſubditum ſuum repetierit, duodecim Groſsis. quos illi, pro opera & diligentia, in detinendo ſubdito adhibita, ſoluendos eſſe decernimus.

Pro Kmethone fugitiuo, in Iudicio Caſtrenſi procedatur.

Kazim. Iagell. in Noua cuſtit. 1451. Fol. 88.

ITem volumus & Decernimus: vt cauſæ pro Kmethonibus fugitiuis, in Iudicio Caſtrenſi, coram Capitaneis experiantur: ſicut illorum, qui recepti fuerint violenter.

Pro Kmethone fugitiuo, deinceps coram Iudicio Terreſtri, aut poſitione Actorum, peremptoriè agatur.

Albert. Petr. 1496. Fol. 98.

PRo fugitiuis tamen, tametſi videatur ſatis ſuperq; definitum, in Statuto Magni Kazimiri: quod teneri decernimus: tamen quia non videtur quicquam deſcriptum eſſe, qualiter in citando procedendum eſſet, idcirco Statuimus: Vt pro kmethonibus fugientibus, à die data præſentium, in futurum citentur, qui citandi ſunt, ad Iudicia terrarum. in quibus Iudicijs Terreſtribus, in primo termino, tanquam peremptorio, comparere & reſpondere citati tenebuntur. Et ſi termini non celebrarentur tunc, cum terminus ipſe penderet partibus: nihilominus (non obſtante abſentia Iudicis, Subiudicis, & aliorum Dignitariorum, Officialiumq;, Iudicijs præſidere ſolitorum) Notarius & Camerarij, qui intereſſent poſitioni Libri, fugitiui Iudicium iudicabunt ſententiabuntque.

Profugi, in peremptorio termino repetuntur: terminus tamen vera infirmitate differri poteſt.

Alber. Petri. 1596. Fol. 108.

ITem licet iam de Iudicijs Kmethonum, miſsis vel non miſsis, nonnihil definiuerimus: tamen quia reſtat definiendum de fugitiuis, idcirco decernimus & Statuimus: Quòd ſi Kmetho cuiuſpiam ſubditorum noſtrorum, Spiritualium & Secularium, fugæ medio ſe tranſtulerit, in bona alterius, ſiue etiam Noſtra: Nos per eum, aut eius nomine, cuius kmetho erat, requiſiti exiſtentes, demandaturi ſumus Capitaneo, Burgrabio, aut Tenutario Noſtro, ad quemcunq; kmetho profugit, kmethonem reſtitui, Iure mediante. quod quidem miniſtrari volumus Polonicũ: ſecundũ Statuta antiquiora: & ſub pœnis in eis ad id deſcriptis. Eo quoque modo, ac ſecundum idem Statutum, ſub pœnisq; illis Statuti antiqui, quilibet Regni indigena, cuiuſcunq; ſtatus & conditionis exiſtat, profugum Kmethonẽ reſtituere teneatur. videlicet Iure Polonico locato: & ſecundum illud, eum ipſum kmethonem repetenti iuſtitiam miniſtrando, ſine dilatione. Et ſi pro eodem profugo kmethone, citari contingat quempiam Nobilẽ, aut ali-

aut alium ſubditum noſtrum, cuiuſcunq; præeminentiæ, dignitatis, conditioniſq; exiſtentem: citatus in primo termino, tanquam peremptorio reſponſurus eſt. cui dilationis induciæ aliter concedi non debeant: niſi quis eius nomine, vera infirmitate expoſcente, eas cõcedi flagitaret. Cui etiam Legi atq; Iuri, Capitanei noſtri ſubiacebunt: ſic quòd Iure conuicti, vti terrigenæ, pœnis in antiquis Statutis contentis, pro kmethone profugo, puniantur: non mittendi à loco Iudicij, niſi prius pro pœnis cautionem præſtiterint ſeu ſtatuerint ſufficientem. Si verò à Iudicio receſſerint, pœnis nõ fideiuſsis: decernimus pœna maiori noſtra quatuordeciṁ Marcarum puniendos. ad cuius ſolutionem Nos illum compellemus impendendam, ſimul cum kmethonis reſtitutione realiter facienda.

Pro Kmethonibus fugitiuis, Spirituales Iure Terreſtri experiantur.

SPirituales, pro bonis, ſeu iniurijs bonorum, Iuri communi ſubiectorũ, Iure Terreſtri experiantur. Iniuriæ ſunt, ſuper limitibus, kmethonibus fugitiuis, cæde, & vulneribus. aliâs iuxta Statutum Ioannis Alberti Regis. *Alexand. Radom. 1506. Folio 117.*

Kmeto ob bellum Prutenicum profugus, in Iudicio Caſtrenſi repetatur.

QVoniam æquitate Dei ſuadente, tenemur cuiuſlibet iuſtitiæ, & indemnitati proſpicere: huius Statuti decreto Sancimus: Vt nemo audeat profugum kmethonem alicuius Eccleſiaſtici, ſeu etiam Nobilis ſuſcipere: qui à domino ſuo, ob præſentis belli inflictam ſibi calamitatem, fugeret: ſed ſine ſtrepitu Iuris, quilibet teneatur ad requiſitionem ſuo domino, ſiue Eccleſiaſtico ſiue Seculari, ſponte reſtituere. Si verò requiſitus quiſpiam, talem kmethonem profugum reſtituere nollet: & ſe permiſerit ad Iudicium Caſtrenſe trahi: in primo termino conuictus, cum pœna eundem reſtituere tenebitur. Et Iudicio Caſtrenſi licebit in primo termino, pro huiuſmodi kmethonibus iuſtitiam facere: & quod iuſtum eſt decernere. Quæ præſens Conſtitutio, De Kmethonibus fugitiuis, duntaxat ad vnius anni decurſum durabit. *Sigiſ. Bydgoſt. 1520. Folio 26*

Pro Kmethonibus fugitiuis, in Iudicio Terreſtri, aut Caſtrenſi, areſtatione illorum facta, peremptorie agatur.

ITem pro Kmethonibus fugitiuis, non in villis hæreditarijs, ſed in Terminis Terreſtribus ſeu Caſtrenſibus, iuxta Statutum, cauſæ omnes iudicentur: areſtando ipſos profugos, Miniſteriali & Nobilibus, in bonis e- *Sigiſ. Petric. 1523. Folio 39.*

orum: ad quos domicilia ſua, dominis ſuis inuitis, tranſtulerint. iuxta Conſuetudinem antea obſeruatam.

Kmethones profugi, aut eorum filij, aut ſeruitores cùm repetentur, amplius areſtari non debent.

Sigiſ. Petric. 1538. A 6.

STatuta de areſtatione Kmethonum, neminem ad ſui obſeruationem deinceps ſtringere debent: ſed antiquiora, de repetẽdis fugitiuis Kmethonibus, ſine areſtatione, in robore conſeruamus. hoc idem Ius, ad filios colonorum, & famulos, ſeu ſeruitores fugitiuos, per dominos repetendos, extendimus.

Cùm Kmethonibus retia accepta erunt, quis citandus. & ſimiliter ſi in Syluis, Gaijs, Borris, violenter damnum inferatur.

Conſuetudo.

QVando Nobilis, vel quiſcunq; alius, receperit ſubditis & kmetonibus alterius res aliquas, vel retia, aut aliqua inſtrumenta aquatica, in fluuio vel in aliis locis: pro quibus inter partes prædictas, controuerſia fuerit mota: non kmethones illi, pro tali violentia & iniuria, ſed domini eorum agere debent. quia actio hæreditaria eſt: quæ non competit kmethonibus. Et ſimiliter intelligendum eſt de alijs bonis, videlicet Syluis, Gaijs, Borris, mellificijs, limitum violatione, ſeu tranſgreſsione: & his ſimilibus, preſertim in confinio bonorum indiſlimitatorum poſitis.

Kmethonum ſteriliter decedentium bona.

Kazim. Mag. Viſtic. Fol. 21.

ABuſiua cõſuetudine noſcitur eſſe obſeruatum: quòd cùm aliqui kmethones, ſeu ruſtici, vel alij Ciuiles homines, abſq; prole de hac luce decedunt, ipſorum omnia bona, mobilia & immobilia, nomine vulgari *Puśćizná* dicta, domini eorundem conſueuerunt occupare. Vnde nos eandem conſuetudinem, vt verò contrariam, & abſurdam reputantes, Statuimus: Quòd de bonis eorundem decedentium (ſi tantùm reperiatur in eiſdem bonis) Calix, pro Marca cum media, Eccleſiæ Parochiali dandus, comparetur. reliqua verò bona, ad proximos, conſanguineos & affines, ceſſante quolibet impedimento, deuoluantur. prout æquitas, & iuſtitia ſuadent.

Kmetho pro debito domini ſui non pignoretur.

Kazim. Mag. Folio 39.

EX Iure Diuino debet obſeruari: quòd iniquitas vnius alteri non debet obeſſe. Hoc Statuto igitur ordinamus: Quòd pro pœna, obligatione, aut fideiuſſoria cautione, Militis, aut ſuperioris, alteriuſque cuiuſcunque, kmetho vel ſubditus non debet impignorari: vel quouis modo aſtringi. ſed

gi. sed si Miles, aut quiuis alius, aliquo & quocunque debito, aut obligatione, vel fideiusione sit astrictus, & obligatus: ille de suis proprijs bonis & rebus, (prout æquum est) soluat, & satisfaciat.

¶ Vide & in Titulo PIGNORATIO.

¶ Si kmetho kmethonem occiderit: qua pœna punitur: Vide in Titulo HOMICIDIVM. Folio 193.

¶ Kmetho Nobili ignobilitatem obijcere non potest: nisi in certo casu: Vide in Titulo NOBILIS.

¶ Kmethones pro suis debitis, in Ciuitate arestari non debent: Vide in Titulo ARESTATIO. Folio 19.

LEX X.

Lex donum DEI, ac Reipub. anima.

QVIA omnis lex donum Dei est: huic omnes obedire oportet. vt pote sine qua Respub. veluti corpus sine anima, consistere & regi nequeat. *Sigism. Crac. 1507. Folio 1.*

Lex propter impares inuenta.

SIC æquitatis libra seruabitur: si auxilium largimur imparibus: & metum legum, pro paruulis insolentibus imponemus. *Kazi. iij. Petrico. 1447. Folio 89.*

Leges conduntur propter coërcendam audaciam.

PRopter hoc conditur Statutum, seu Constitutio: vt humana coëcea- tur audacia: & inter improbos, innocentia securitate lætetur. *Kazim. Crac. 1368. Folio 33.*

Vt honestè homines viuant, pœnæ legibus adduntur.

CVpientes, vt subditi nostri, in Regno nostro degentes, cuiuscunque *Kazim. Crac. 1368. Folio 33.* status & conditionis existant, honestè viuant: alter alterum non lædat: & Ius suum vnicuique tribuatur: præterea de consilio Venerabilis in Christo patris & domini Iaroslai, S. Gnesnensis Ecclesiæ Archiepiscopi, necnon Prælatorum, Baronum, & vniuersorum Nobilium nostrorum de terra Poloniæ, ad perpetuam rei memoriam Statuta edidimus infrascripta: volentes, vt ipsa Statuta, in prædicta terra Poloniæ, ab omnibus obseruentur. sicut nostram indignationem, & pœnas contentas in illis, volunt & cupiunt euitare. Requirit enim audacia plerunq; peruersorum: vt non simus sola delictorum prohibitione contenti, sed etiam pœnam delinquentibus imponamus.

Leges conduntur in ſuffragium bonorum morum, & euentuum definitionem.

Ioan. Albert. Petric. 1496. Folio. 96.

QVanquam tam olim genitor noſter, quàm cęteri ex ordine prædeceſſores noſtri, conſideratis moribus & conſuetudinibus adoleſcentum, & hominum vniuerſorum, præſertim huic inclyto Regno ſubiectorum, quadam effrenata ſenſualitate ductorum, & ad malum declinantium, (per quod morum & iuſtitiæ ſubuerſio, in populo frequenter obrepit) tam eas in præinſerto Priuilegio deſcriptas, quàm multas alias, in ſuffragium bonorum morum, & in miniſterium æquitatis communis, Conſtitutiones fecerint: tamen quia Iurium quantæcunquæ ſanctiones, etiam propenſiori congeſtæ conſilio, ad humanæ naturæ varietatem, machinationeſq; inopinabiles, ſæpenumero non ſufficiunt: ſimul quoque ad deciſionem lucidam nodoſæ ambiguitatis, plerunque contingentis, non attingunt: quandoquidem, vt conſtat è ſacrorum Canonum decretis, & è vetuſtiſsimorum legum præceptis: quorum quarumq; additiones & declarationes fiunt nouę, vix aliquid adeò certum clarumque conſtituitur: quin ex cauſis, paſsionibus, ac caſibus emergentibus nouis, quos Iura antea poſita mederi non poſſunt, in dubiumque reuocetur.

Legibus Reſpub. ad Dei honorem, & ad diuturnitatem regatur.

Alexand. Radom. 1505.

PErpendimus: in Regno & dominijs noſtris, ad Dei honorem, & ad fœlix diuturnumq; Regni noſtri imperium, ſingula Iure optimo, per diuos olim anteceſſores, ac auum, patruum, genitorem, & germanum, noſtros, Reges Poloniæ, ſic ordinata eſſe: vt Leges haberentur Regni, per eos conditæ vetuſtiſsimæ: quibus vniuerſi Regnicolæ, & illud ipſum Regnum, in euentibus, & in omni adminiſtratione diuina & temporali, hactenus rectum eſſet proſperè.

Propter vitia comprimenda, mores corrigendos, & Iuſtitiam ſeruandam, leges ſunt neceſſariæ.

Sigiſm. Crac. ex Priuil. 1507. Folio 2.

CAeterum inſiſtentes veſtigijs, & exemplis prędeceſſorum noſtrorum, conſulentium varijs temporum neceſsitatibus & mutationibus, per diuerſas ſanctiones ſuas: vt vitia comprimantur: boni mores adaugeantur: & quod iuſtum ac rectum, in toto Regno exerceatur: Decreuimus, de Prælatorum, Baronum, ac totius Conſilij, & Nobilitatis noſtræ conſenſu, nonnulla Statuta noſtra, perpetuis temporibus, ad communem omnium vtilitatem & neceſsitatem duratura.

Leges viam calumnijs præcludunt.

Omnis

OMnis regula Iuris præcludit viam calumnijs. *Kazi. in Nieſſowo 1454. Folio 94.*

Eorum caſus, quæ frequenter, non quæ ravò accidunt, legibus definiuntur.

DEcreuimus, dictorum Iudiciorum ſeu cauſarum, potiſsimum in his quæ frequenter accidunt, decidere & euellere varietatem. *Kazim. 1368. Folio 8.*

Leges pro ratione temporum variantur.

NOn debet ſanè reprehenſibile iudicari: ſi ſecundum varietatem temporum, Conſuetudines, & Statuta humana, quandoque varientur. præſertim cùm ingens neceſsitas, & euidens vtilitas hoc expoſcit. *Kazim. Viſtl. 1368. Folio 7.*

¶ SIMILIS. Sed nec omnis lex, omnibus vna & commoda eſſe poſsit: quin neceſſe ſit alia alijs ſtatui: eaque pro ratione temporum, & hominum, plerunq; mutari, ac variari: rectè prædeceſſores noſtri Reges Poloniæ, ſuas quiſque leges & Conſtitutiones, prout res & locus exigebat, condere ſolebant. quæ iampridem collecta, & in vnum volumen redacta conſpiciuntur. *Sigiſm. Crac. 1507. Folio 1.*

Idem Rex leges alias moderat, alias innouat.

REuoluentes certa fœlicis memoriæ Ioannis Alberti, & Alexandri, Regum, fratrum, & prædeceſſorum noſtrorum Statuta, nonnihil in illis, communi Prælatorum, Baronum, & Nũciorum Terreſtrium conſenſu moderati ſumus: quædam addidimus: & aliqua, quæ in vſu non erant innouauimus: & præſenti decreto innouamus, & ratificamus, perpetuò duratura. *Sigiſm. Crac. 1507. Folio 1.*

Diuerſitas legum periculoſa eſt.

DIuerſitas Conſtitutionum, diuerſas inter homines controuerſias generat: & diuerſos Iudices, cauſas iudicantes, diuerſa intelligere & ſentire cogit. Supplicationibus itaque crebris Nunciorum Terreſtrium moti, in proximo generali Conuentu futuro, omnibus conſuetudinibus, Iuribuſque, & Statutis vetuſtis, ex omnibus Palatinatibus congregatis, reformationem omnium Conſtitutionum, per deputatos & deputandos Iuriſperitos Regni noſtri, fauente Deo aggrediemur. *Sigiſ. Bydgoſt. 1520. Folio 25.*

Non ſolùm armis, ſed etiam Legibus decet eſſe armatum.

QVemlibet hominem virumque integrum, ex inſtituto quodam decet, non modò armorum fortitudine eſſe decoratum: ſed etiam moribus, & legibus armatum. *Kazim. Magn. 1368. Folio 7.*

¶ Reliqua de Legibus, ſeu Statutis, Vide in Titulo STATVTA.

Lepus

LEPVS.

Lepores in alieno fundo quando venandi.

VVladiſl. Iagello Craco. & Varte 1423. Folio 47.

CVm autem lepores venantes ſolent pauperibus hominibus non modica inferre nocumenta, bona eorum, & fruges conculcando: ea propter Statuendo inhibemus: Quòd à feſto S. Adalberti, vſque ad congregationem omnium frugum, hyemalium & æſtiualium, de campis, in bonis alterius, abſque voluntate eiuſdem, venari non præſumant. aliâs, paſſo damnum pro pæna tres Marcas talis nouerit ſe incurſurum.

LIBERTATES.

Libertas fundorum Nobilium.

Ludoui. Caſſouia 1374. Folio 40.

IDeo ob merita, fideliaque ſeruitia facta, & voluntates vniuerſitatis ipſorum: quæ Nobis & noſtris pueris vtriuſque ſexus, facto fideli omagio præſtiterunt: & in poſterum, loco & tempore, fidelia ſeruitia ſunt parati (dante Domino) exhibere: eos ſpeciali fauore proſequẽdo, ciuitates, caſtra, poſſeſsiones, oppida, & villas, incolas villarum totius Regni Polonię inhabitantes, ipſorum Baronum, & Nobilium omnium, abſoluimus, liberamus, & eximimus: ab omnibus & ſingulis collectis, donationibus, ſiue tributis, tam generalibus quàm ſpecialibus, quocunque nomine cenſeantur: & ab omnibus ſeruitijs, laboribus, vexationibus, angarijs, præangarijs, in rebus & perſonis committendis, purè & ſimpliciter ſolutos, & abſolutos eſſe volumus, ac exemptos. tantùm duo Groſsi &c. in feſto Beati Martini Confeſſoris, in ſignum ſummi dominij, & recognitionem Coronæ Regni Poloniæ exoluantur.

¶ Vide hoc idem de FVMALIBVS. Folio 182.

Ab omnibus Contributionibus Nobilitas libera.

Kazim. in loco campeſtri circa Cracouiam. 1455.

KAzimirus &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis: Quomodo Magnifici, Generoſi, & Nobiles terrarum noſtrarum, Maioris Poloniæ, Siradiæ, Lanciciæ, & præſertim Cuiauiæ, ſyncerè & gratè nobis dilecti, Nobis ſubſidium Fertonum, ſpontè, & de bona ipſorum voluntate, non inuiti, nec quocunque per Nos coacti, ſed ad petita noſtræ Maieſtatis, & purè conſiderata noſtra, & Regni noſtri magna & ardua neceſsitate, dederunt. Quam ſolutionem Fertonum, non de Iure, nec quouis alio modo, niſi (vt præmittitur) ſpontaneam recipimus: & loco eorundem Fertonum nobis datorum, promittimus verbo noſtro Regio, à feſto S. Martini Confeſſoris, & à data præſentium, poſt vnum

annum

annum venientem, ad ſex annos continuè ſe ſequentes, de terris prædictis, Exactionem Fumalium, ſeu *Porádlné*, aliàs *Kroleſtwo*, ſe non recipere: ſed loco iſtorum Fertonum, Nobis taliter datorum, anno quolibet, de quolibet Laneo duos Groſſos defalcari, & excutere. Demum promittimus, tales Fertones, aut huiuſmodi inconſuetas ſolutiones, ab ipſis expetitas aut datas, non in ſequelam trahere: aut eorum Priuilegijs, & munimentis, per huiuſmodi ſolutionem in aliquo derogare: ſed ipſas terras, & præſertim Cuiauiæ, circa Iura, & munimenta, Priuilegia, & ipſorum Iurium confirmationem, prędeceſſorum noſtrorum & noſtra, ac antiquas & bonas conſuetudines (prout in ſuis punctis, clauſulis, ac articulis latiùs continentur) gratioſius conſeruare: Harum, quibus Sigillum noſtrum eſt ſubappenſum, teſtimonio literarum. Datum in loco campeſtri exercituum noſtrorum, circa Choynice, Feria ſexta ante omnium Sanctorum: Anno Domini 1455.

Idem Rex liberos Nobiles à tributis facit.

KAzimirus Dei gratia &c. Rex Poloniæ, Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis, tam præſentibus quàm futuris, præſentium notitiam habituris: Quomodo Magnifici, Generoſi, & Nobiles, Dignitarij terrarum, incolæque terræ noſtræ Brzeſtenſis, ſyncerè nobis dilecti, ad preces noſtras, de ipſorum merè ſpontanea & libera voluntate, penſato periculo, quod poſsit imminere terris noſtris Cuiauiæ, ex hoſtium noſtrorum incurſu & inuaſione, prouidentes & conſulere volentes terrarum ipſarum Cuiauię indemnitati, conſenſerunt ad Contributionem pecunialem: pro ſtipendiatorum, per Nos nunc ſuſceptorum conſeruatione, in terris Cuiauiæ: pro reprimendis hoſtibus, ab inuaſione ipſarum terrarum. promittimuſque, quòd Contributio non debet in poſterum venire in ſequelam: neq; aliquam Contributionem, de prædictis Dignitarijs & terrigenis noſtris terræ Brzeſtenſis, ipſis inuitis & contradicentibus, exigere & extorquere deinceps volumus, & promittimus. In cuius rei teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt ſubappenſum. Datum in Koło, Feria quarta in Vigilia Conceptionis glorioſæ virginis Mariæ: Anno Domini 1463. Dominus Rex per ſe.

Ludouicus libertates omnium confirmat.

INſuper omnes Barones, Magnates, Nobiles, ciuitates, oppida, villas, poſſeſsiones eorundem, populum, & Kmethones, in eorum libertatibus pollicemur & ſpondemus conſeruare: nec eos contra illas intendimus aggrauare: vel per quempiam faciemus aggrauari. *Ludouicus Caſſouiæ, 1374. Folio 41.*

Wladislaus Iagello omnia quoq; Iura, & Priuilegia confirmat.

Iagello in Iedlna. 1433. Folio 50.

OMnia Iura, & ipsorum Priuilegia, (quæ dudum circa Coronationem nostram, & alijs postmodum momentis & temporibus, ipsis concessimus: vel quæ eis alij Reges & Principes, veri hæredes Regni Poloniæ, prædecessores nostri, ab antiquis temporibus concesserunt) patrocinio præsentis Priuilegij nostri ratificamus, approbamus, renouamus, & confirmamus.

Idem Fol. 51.

¶ SIMILIS. Præterea promittimus, singulos articulos & clausulas, in Priuilegijs nullo vitio fallitatis deprauatas, Sereniſsimorum Principum Dominorum, Kazimiri, & Ludouici, ac omnium aliorum Regum, Ducum, ex vera successione hæredum antiquorum Regni Poloniæ, Ecclesijs, terrigenis, & ciuitatibus concessis, nostrorum prædecessorum cõtentas, præsertim commodum & profectum nostrum, Regniq́ue Poloniæ sæpe fati, & ipsius incolarum concernentes, firmiter & inuiolabiliter obseruare, perpetuis temporibus, & tenere.

Idem Fol. 52.

¶ SIMILIS. Item attendentes, quòd dicti Regni nostri incolæ & inhabitatores, in fauorem nostræ Maiestatis, Priuilegijs ipsis, per Nos & nostros prædecessores concessis, quandoque derogarunt: eadem ipsorum Priuilegia nostra, & prædecessorum nostrorum, Regum, ac Ducum, & hæredum legitimorum & verorum Regni Poloniæ prædicti, ad statum priorem reducimus, reintegramus, restauramus: ac præsentis scripti patrocinio confirmamus, ratificamus: & declaramus ipsaq́ue robur obtinere perpetuæ firmitatis.

¶ De libertate à Bello, Vide in Titulo BELLVM. Folio 24.

¶ De libertate Fundorum, & tantùm de solutione duorum Grossorum, *Podymnê*, Vide in Titulo FVMALIA. Folio 182.

LIBER ACTORVM, tam Castrensium quàm Terrestrium: Vide in Titulo ACTORVM LIBRI. Fol. 10.

LIMITES.

Rex neque negabit, neque differet dislimitationem bonorum.

Ex Priuil. Iagel. propè Czyrzvvensko Folio 45.

ITem, nolumus amodo, nec debemus alicui petenti nostram Maiestatem granicies limitum, seu granicierum huiusmodi, cum bonis, villis, & hæreditatibus Nostris, distinctionem denegare, vel differre: dummodo per vim vel violentiam, non exigatur à Nobis.

¶ Limites non secundum literas, & signa in eis descripta, fiant. tamen de quibus, & qualibus literis id intelligendum sit, Vide in Titulo LITERAE. Folio 268.

Limites

Limites bonorum, signa, testimonia senum, & alia possibilia indicia, faciunt.

CAeterum ad tollendas difficultates in faciendis limitibus, Statuimus: vt Commissarij nostri, Deum solum præ oculis habentes, nulli partiũ fauentes, conspectis inprimis signis metalibus, & rei veritate diligenter inuestigata, tam ex senum, etiam si opus fuerit Iuratorum testimonijs, quàm alijs possibilibus indicijs, limites inter bona nostra Regalia, & hæreditaria, pro arbitrio & conscientia sua constituant. *Sigis. Petric. 1538. B 2.*

Dum limites facti erunt, Capitanei iniuriam ne faciant.

NE etiam ampliùs in disceptationem reuocetur: quod semel per Commissarios nostros, ad dislimitandum bona nostra Regalia & Nobilium datos, definitur: Statuimus, Vt post dislimitationem bonorum nostrorum Regalium, & Nobilium, iniurias Capitanei nostri, aut Officiales, in fundis Nobilium non faciant. sed & subditi nostri, talibus fundis ablimitatis, neque apisterijs, neque vlla ratione vti debent. *Sigis. Augus. 1550. 2. 4.*

¶ Si ratione limitum iniuria inferatur à Capitaneis: quo Iure sint Capitanei conueniendi: Vide in Titulo BONA REGALIA. Folio 45.

Ad limites faciendos, Rex Commissarios det.

PRæterea pollicemur: quòd omnibus, petentibus à Nobis limitationẽ, seu distinctionem limitum, inter bona Mensæ nostræ Regalis, & bona petentium, Consentiemus: & dabimus duos Dignitarios, seu Officiales, & Succamerarium. qui nomine Nostro, potestatem habebunt limites faciendi. *K Azimirus in Nieszowa. Folio 93.*

¶ Reliqua de limitibus, inter bona Regalia, Vide in Tit. COMMISSARII Folio 93. & BONA REGALIA. Folio 45.

¶ In limitibus faciendis, terminus per Succamerarium transponi non debet. Vide in Titulo SVCCAMERARIVS.

¶ Succamerarius quid spectare dẽbeat in limitibus faciendis, omnemq; rationem Limitandi, Vide in Titulo SVCCAMERARIVS.

LIS PENDENS.

Lite pendente concordiam tentantes, à pœnis quibusuis absoluuntur.

ITem, si qui terrigenæ, aut quiuis alij incolæ Regni Poloniæ prædicti, pendente lite in Iudicijs, pro quibuscunq; causis concordare voluerint: *Ex Trus. fol. [illegible]*

à pœnis Noſtris, ac Iudicum, & Subiudicum, Palatinorum, & Caſtellanorum eoſdem liberos facimus & ſolutos.

LITERAE.

Si falſitas literis Iudiciis obijciatur.

Sigiſm. Crac. vjz. A j.

VT deinceps calumniantium iniquitas, & periuriorum licentia refrænetur, & cohibeatur, Statuendum duximus, & ſtatuimus præſentibus: Vt qui in Iudicio literas, parti eius aduerſæ de falſitate ſuſpectas producit, parte contendente & poſtulante, Actis Iudicialibus Terreſtribus illas comprobare teneatur. Ad quæ Acta cùm producens literas ſe retulerit, ac remitti poſtulauerit: dari illi debet dilatio, ad primos Terminos Terreſtres, actionem introductam immediatè conſequentem. in quibus ſi docuerit, literas ſuas eſſe in Actis: comprobare illas alijs modis probationum non teneatur. Cùm autem producens literas Actis Terreſtribus probare illas non ſufficeret: in hoc caſu, nominare ibidem is ipſe producens teneatur decem & octo teſtes, Nobiles, poſſeſsionatos, bonæ integræq; fidei & famę viros. ex quibus per eum, qui ſuſpectas de falſitate aſſerit eſſe literas, viri ſex deligentur: qui, ſimul cũ ipſo producente eiuſmodi ſuſpectas literas, Iureiurando, illas non eſſe falſas, ſed legitimè ex Actis Iudicialibus emanatas, comprobare debebunt. Si verò producens literas, Actis illas veras & legitimas eſſe probauerit: ille tum demum, qui temerè falſitatem literis obiecit, quatuordecim Marcarum pecuniæ communis, pœna parti applicanda puniatur: & vltra hoc, in tribus Marcis pecunię, Iudicio ibidem ſtatim ſoluendis condemnetur. Vbi verò Acta, & libri Iudiciorum non extarent: ſiue incendio abſumpti, ſeu vi ac iniuria hoſtili, vel quocunque alio fortuito caſu perditi: ſatis eſſe cenſemus: vt in eo caſu, literas de falſo ſuſpectas probet quiſque & purget, ſecundum conſuetudinem antiquam: hoc eſt, ſuo, & duorum teſtium Nobilium poſſeſsionatorum, bonæ & non inculpatæ famæ, corporali Iuramento.

Literæ niſi ex Actis alijs, in Acta Terreſtria non inſcribantur.

Sigiſ. Petric. 1539.

MVltas & magnas ſæpe fraudes, admitti cognoſcimus: dum quidam adulteratas literas proferentes, vt hæ in Libros Terreſtres inſcriberentur obtinuerant. quæ ſimul atque inſcriptæ fuerant, exemplar ſibi perijſſe fingentes, exemplum ex Actis Terreſtribus dari poſtulauerunt: atq; eo, tanquam robur & authoritatem habente, intrepidè vtebantur. Quare fraudi huic & calliditati obuiam venire volẽtes, Statuimus hac lege noſtra, deque Senatorum & Conſiliariorum noſtrorum ſententia: Vt nullæ deinceps literæ, in Libros Terreſtres inſcribantur: niſi quæ in alijs Libris

Terreſtri-

Terrestribus, inscriptæ esse probari possint. Si enim quas inscribi quis cupit, quæ quidem alibi inscriptæ non reperiantur: eas inscribi vetamus. Quod si contra hanc Constitutionem inscriptæ fuerint: eiusmodi literas nullum pondus habere volumus. Cæterum quæ literæ alicuius Inscriptionis, ex Libris Terrestribus descriptæ sint, vt non nisi acceptæ literæ (vt fieri solet) originaliter factæ, in Iudicijs fidem faciant, decernimus.

Literas Castrenses Capitanei vel eorum Iudices subscribant.

AD obuiandum verò futuris falsitatibus, volumus & Decernimus: Vt Notarij Terrestres, omnes literas Terrestres Iudicij manibus proprijs subscribant. literas verò Castrenses subscribant, vel soli Capitanei, vel eorum Iudices Castrenses. *Sigismundus 1532. A 3.*

Qui literas super bona Regalia amiserit.

QVI literas ad bona Regalia amissas diceret: & de amissis infra annũ, à perditione literarum computandum, euidens ac legitimum testimonium, seu protestationem non fecerit: (quam protestationem coram Capitaneo, & Palatino suæ terræ faciat) ille, anno post amissas literas decurso, non obtinebit renouationem: neq; probationis viam habiturus est perpetuò. Probationem verò amissarum literarum faciet, coram Regia Maiestate. *Alexan. Petr. 1504. Fol. Cxv.*

Nobilitas ad reponendas literas, super bona hæreditaria, non cogitur. nisi omnia bona Regalia esse appareant.

QVerela subditorum nostrorum permoti, (qui se plerunq; grauari sentiunt: cùm per bonorum Regalium Tenutarios, seu Capitaneos, ad exhibendum literas, super bona eorum hæreditaria, & perpetua illorum proprietate, eo prætextu, tanquam bona ipsa Regalia essent, adiguntur) Decernimus & Statuimus: Vt nemo Capitaneorum, seu Tenutariorum nostrorum, aliquem ex Regni nostri incolis, ad exhibendum huiusmodi literas compellere audeat. nisi ipse Capitaneus, seu Tenutarius, Iudicium certum, vel literas quascunque habuerit: ex quibus, bona illa esse nostra Regalia, & non hæreditaria, conijcere possit. In tali enim casu, possessor bonorum illorum, super sua proprietate literas exhibere, & producere teneatur. *Sigis. Cracou. 1512. Bz.*

Nobilitas non reponet Priuilegia super bona: nisi doceretur, omnino Regalia esse. alioqui res perplexa & antiqua, ad Conuentum remittatur.

Sigism. Petr. 1518. B 4.

AD literas & Priuilegia reponenda, super bonis, quæ hæreditaria putata sunt, nemo cogi debet, aut poterit: nisi in causis manifestis, & claris: quando scilicet doceretur sufficienter, Regalia bona omnino esse. vbi verò res esset nimium antiqua, perplexa, & dubia: tum negotium tale & causam, non alibi, quàm in Conuentu Regni generali, cum Consiliarijs nostris iudicabimus.

Quæ sunt literæ contra Ius Regni.

Alexan. Petr. 1519. Folio 113.

LIteræ autem Iuri contrariæ intelligantur, Inhibitiones ad Iudicia: quę emanant, absque necessitate Reipub. item Commissiones inter personas: nisi granicierum diuisionis, vel de consensu partium essent. item liberationes ab Expeditione bellica.

Non secundum literas, & signa in eis descripta, sed iuxta testimonia senum, limites faciendi.

Sigis. Petrico. 1519. Folio 22.

QVia multæ literæ & Priuilegia reperiri solent, partim abusa, partim etiam incerta: Statutum Serenissimi olim Domini Regis Alberti renouamus: Vt videlicet limitationes bonorum fiant, non secundum literas, & signa in eis descripta, ad instantiam petentium, & re oculis non subiecta: sed iuxta senum testimonia, præsertim cùm illius Maiestas tam benignam, & liberalem Constitutionem fecerit: vt cognitionem & distinctionem bonorum nostrorum, Dignitarijs, & Officialibus Regni, subditis nostris committeret.

De quibus, & qualibus literis, hoc Statutum intelligendum.

Sigism. Crac. 1532. B 1.

DEclaramus Statutum, De limitibus bonorum, non secundum literas & signa in eis descripta, sed secundum senum testimonia faciendis, Statuimus: intelligi debere, tum demum literariam probationem, in limitatione bonorum non procedere: cùm literæ antiquatæ, seu datę, ac emanatæ, re oculis non subiecta, vel etiã in abusum redactæ, aut incertæ comperientur. Cùm verò literæ Commissariorum nostrorum, signa metalia, & limitationem bonorum nostrorum, cum bonis Nobilium vicinorum in se continentes, per Nos confirmatæ: vel literæ, sub titulo & sigillo Succamerarij, vel Iudicij Terrestris, limitationem bonorum vtriq; hæreditariorum subditorum nostrorum in se continentes, fuerint coram Nobis, vel aliâs vbilibet in Iudicijs productæ: literis huiusmodi fidem indubiam adhibendam fore, & limitationem bonorum, tam nostrorum, quàm hæreditariorum, iuxta illarum continentiam, firmam esse & validam decernimus.

Literæ qualiter interpretandæ.

Priuilegia

PRiuilegia publica & priuata, non debent interprætatione aliqua, in alium quàm sonant sensum verti: sed ita, vt in suis tenoribus scripta sunt, & non aliter intelligi debent. *Sigism. Crac. 1538. C 1.*

Literæ Commissariorum, super limitatione datæ, confirmatione non egent.

PEtitionibus subditorum nostrorum inducti Permitimus: Vt in arbitrio sit subditorum nostrorum petere, & obtinere à Nobis confirmationem: super literis limitum editis, à quinque Commissarijs per Nos, secundum Statuti tenorem deputatis. Quæ quidem literæ, quibus Commissio & Mandatum nostrum fuerit insertum, & Sigilla Commissariorum appositа, authoritatem & robur perpetuum obtinere debebunt: etiamsi nulla desuper interueniat confirmatio nostra. *Sigism. Petr. 1538. B 2.*

Literas limitum liberum est in librum Cancellariæ inducere.

LIberum erit vnicuique, literas Commissariorum super Limitibus, ad libros Cancellariæ nostræ inducere. Quas quidem, casu vel necessitate postulante, Cancellarij nostri, sine vlla difficultate, sicut inscribere: ita etiam describere, & literas petentibus, eiusdem tenoris, sub Sigillo nostro, vna tantùm Sexagena pecuniæ pro eis accepta, sine vlla difficultate dare debebunt, & tenebuntur. *Ibidem.*

Qui non habent, aut amittunt literas, super Telonia diu possessa.

NOn habentes literas, aut illas amittentes, super Telonia longo tempore possessa, quærent in ea re gratiam Nostram, & successorum nostrorum. *Sigism. Petr. 1519. Folio 24.*

Literæ Vectigalium reuideantur: & iniquæ abrogentur.

QVoniam ita multa sunt vectigalium, siue teloniorum genera, per quos uis instituta: vt his persoluendis, grauiter se nostri homines premi querantur. Reliquum vide in Titulo, TELONIVM. & De qualibus literis, sit hoc intelligendum. *Sigism. Crac. 1539.*

De literis, ex libris Terrestribus extractis.

AD præcludendam viam dolis, in detrimentum hominum excogitatis, Decernimus: Vt literæ ad libros Terrestres inscriptæ, & postea ex libris denuo descriptæ, non aliter in Iudicijs fidem faciant, nisi cùm originales fuerint productæ. *Sigis. Petric. 1538. B 3.*

¶ Literæ, in exemptione bonorum Regalium, quomodo interprætandæ:

tandæ : an generaliter, vel ſpecificè: Vide in Titulo BONA REGALIA. Folio 45. (lio 232.

¶ Super literas Iudęi pecunias ne dent. Vide in Titulo IVDAEI Fo-

¶ Literis Cancellariæ ſuper proprietate nihil probari poteſt. Vide in Titulo CANCELLARIA. Folio 55.

¶ De literis Reſtium, bello præmittendis, Vide in Titulo BELLVM. Folio 24. (RIA.

¶ Quantum à literis extractis ſoluendum: Vide in Titulo SALA-

¶ Qui literas ex libris Cancellariæ amiſerint, ijs Cancellarij nouas extradant. Vide in Titulo CANCELLARIA Folio 55.

LVDVS TAXILLORVM.

Kazim. Viſti. 1568. Folio 25.

VT noxius ludus taxillorum abijciatur (per quem ſæpius iuſti patres, propter filiorum exceſſum, de bonis ſuis pelluntur: & abſq; ipſorum commeritis, ad nimiam deducuntur paupertatem) Statuimus: Vt ſi filius quiſquam, vtriſque parentibus viuis & ſanis, ludo amiſerit aliquam pecuniæ quantitatem: prædicti ludentis parentes non tenebuntur ipſi victori, pro ſuis filijs, vel filio, ad pecuniæ perluſæ ſatisfactionem. Idemque dicimus de Iudæis: ſi mutuarent pecuniam tali filio, ſuperſtitibus dicti filij parentibus & ſanis. Quòd videlicet eius parentes non teneantur de mutuo: nec aliquo modo compelli debeant, nec poſſunt. Sic etiam dicimus de omni contractu inito, cum filiofamilias: quod non valet: cùm ſit in paterna poteſtate conſtitutus: (iuueturque Senatuſconſulto Macedoniano) propter quod non habet alicuius rei dominium, vel aliquam poſſeſſionis traditionem.

Neque luſor, neque fideiuſſor eius obligantur.

Kazim. Viſti. 1568. Folio 25.

AD præcludendam Luſoribus taxillorum malitiæ ſubtilitatem: qui conſueuerunt cum inebriatis, aut ad iracundiam prouocatis & deductis, nouam Taxillorum ludi formam adinuenientes, ſuper credito, aut obligandis rebus, etiam & impignorandis quibuſuis pecunijs, equis, bonis & hæreditatibus ludere: eoſque ſibi debitores taliter facere: ſpoliare bonis, & malitioſè amouere: qui tandem ſic ludis exuti, & ad inopiam deducti, vt plurimum ad vitia deteriora labuntur: propter quæ vltio Iudicialis, iuxta ipſorum cõmerita, à Nobis conſueuit in talibus exerceri: Quare ob hoc malum euitandum (quòd præſertim noſtri Nobiles, rebus abundantes, ſtrenuitati dediti pro defenſionę Regni fortiùs peruigilent) Decernimus: Quòd deinceps nullus terrigena noſter, cum alienigena, cuiuſcunque ſtatus aut conditionis, exiſtat, in Regno noſtro ludat taxillos,

ad præ-

ad præſtam, aut creditum, ſeu credentiam: ſed tantummodo pro pecunia parata. Quòd ſi quiſpiam contra hoc Statutum venerit temerariè: ipſo Iure non valeat creditum: nec ad aliquam ſolutionem, ſeu ſatisfactionem, victus victori tenebitur: nec fideiuſſor datus, ab ipſo vincente poterit, pro debito conueniri. Si quis verò contraueniens Statuto, proque pecunia ſic credita acriter monuerit ſuum debitorem, cum verbis turpibus, vel eius fideiuſſorem: quotienſcunq; maledixerit, & improperauerit, pro debito prælibato: totiens illi, pro ſua verecundia, pœnam *Piątnaćieſta* ſoluet: & noſtro Iudicio nihilominus aliam ſimilem pœnam, pro inobedientia aſsignabit.

Si filius ludit, ac perdit aliquid: & de honeſtis ludendi cauſis.

FIlius nondum emancipatus, in paterna conſtitutus poteſtate, nec à fratribus diuiſus vel ſeparatus, ſi globiſando, vel teſſeriſando, aut quemlibet alium ludum damnoſum ludendo, aut alia exercendo, aliquid perdiderit: talia omnia & ſingula, per ipſum deperdita, Volumus & Decernimus: quòd in ipſius partem ſeu ſortem computentur. Nihilominus tamen decernentes: quòd ſiue in taxillis, aut Szachis, vel quibuſcunq; alijs ludis lucroſis, ipſis ludentibus pro pecunijs, equos, aut alias res lucratas, ſeu in huiuſmodi ludis acquiſitas, mutuos fideiuſſores interpoſuerit: monendi, requirendi, petendi, ſeu vendicandi (non obſtante qualibet fideiuſſoria cautione, ſeu obligatione) penitus nullum Ius, ex prædictis ludis ſit acquiſitum. ſed duntaxat quoſlibet ludos habere concedimus & volumus, gratia temporis deducendi, & cauſa ſolatij & exercitij habendi. *Kazim. Viſli. 1568. Fol. 28.*

MARSSALCVS.

Marſſalcatus, Cancellariatus, Vicecancellariatus, de quibuſcunque terris hominibus dandi.

ITem pollicemur: quòd Cancellariatum, Vicecancellariatum, Marſſalcatum, & alia Officia Curiæ, diſtribuemus indiſtinctè viris idoneis: ſiue fuerint de terris Maioris Poloniæ, ſiue Cracouiæ. *Kazim. iij. in Nieſzo. & Opeki. 1454. Fol. 93.*

De Officijs Marſſalcorum Regni, & Curiæ.

OFficia Regni & Curiæ, & præſertim Marſſalcorum, hactenus tenta erant, de conſuetudine quadam. Licet enim quilibet eorum, ſuum ſingulare ſciat onus, ac debitum: tamen quia vel propter concurrentes in vno duos Officiales, vel quia deſcriptum non fuerat, quid eorum quilibet *Alexan. Petr. 1504. Fol. 112.*

attentare debeat, committebantur errores, & negligentię: in his, quæ Officialibus illis videnda, agendaq; incumbunt: ac inter eos ipsos dissensiones mutuæ. Quapropter rationabiliter censendum est: Quòd officium Marssalci Regni, & officium Marssalci Curiæ, siue vterque, siue alter eorum esset in Curia, debet esse omnium ceremoniarum, & Curieñ Magister. Quorum & vtriusq; istorum hoc erit officium: Vt Curieñ conscribant, soluant, Regestra teneant: & sciant diligentes & negligentes, malos & bonos: & non obsequentes, non sinant in Curia foueri: sed permoneant, vt tales à Curiæ seruitio alienentur: semper hospites & Consiliarios Regni excipiant: & attendant, vt debitus cuiq́ue honor, ex parte Maiestatis Regiæ, iuxta meritum personæ, impendatur: vtq́ue scandala & excessus, aut moderentur, aut eliminent, aut emendent, animaduersione iuxta meritum aut demeritum adhibita: sicq́ue omnia constituant, prouideant, & dirigant: tam in aula, curijs, domibus, cameris, & mensis Regis: quàm alijs Officijs, & Officialibus, ad Equestrem ordinem Maiestatis Regiæ pertinentibus. ad quod tribuitur ei potestas plena, instituendi, destituendi, & omnia cum meliori conditione, ac cũ consensu & authoritate Maiestatis Regiæ faciendi. Et licet Marssalcus Regni eam authoritatem habere consueuerit: Vt eo præsente Marssalcus Curiæ, de nulla administratione incumbentis officij se intromittat: tamen quia Marssalcus Regni sæpius abesse consueuit à Curia: Vt igitur absente eo, sciret Marssalcus Curiæ prosequi, aut exequi id, quod bono ordine per Marssalcum Regni rectum erat in Curia: Constituimus: quòd ista officia, aut inuicem debito officij indifferentia. sic videlicet: Quotiens Marssalcus Regni esset in Curia: semper ad omne officij exercitium, & actionem, vocare debet Marssalcum Curię, eo sciente omnia facturus, Marssalcatus officio incumbentia. Recedens verò è Curia, tradet Regestra, & administrationem officij Marssalco Curiæ. in quo Marssalco Regni, authoritas summa sit ad omnia suprascripta: eo verò absente, in persona minoris sit eadem, nec minor authoritas: quam eam Regni Marssalcus, in Curia personaliter existens, habere consueuit. Cui quidem Marssalco Magistratum Curiæ dirigenti, & in eo personaliter existenti, ratione administrationis sui officij, ascribitur perceptio Foralium: & authoritas imponendi precij rerum venalium, ad necessitatem Curię importatarum. Ea autem Foralia percipiat moderatiùs, quàm facere consueuit: & non aliter quàm communi Iure, & consuetudine, in ciuitatibus, & oppidis illis, ad quæ ventum esset, percipi consueuerunt. De foro tamen campestri reseruatur hęc facultas, ad Campiductorem generalem. vt cõmuni consilio, precium rebus tribueretur: & tam domi, quàm foris agente Rege, quicquid vel Marssalcus, vel Campiductor, ad precia rerum, aut communem ordinationem

dinationem seruandam constituet, debebit Constitutionem per publicationem intimare. Si verò Marssalcus, in precio rerum & Foralium, excederet modum: habeant facultatem Consiliarij, in Curia præsentes, illud moderandi, sibi quoq; præcipiendi. quibus si Marssalcus parere noluerit: extunc tanquam inobediens, ad communem authoritatem consilij generalis proximè futuram, deferatur.

MATERNALIA BONA QVANDO A FILIIS REPETVNTVR.

Pueri orbati matre, bona materna à patre non repetant.

EX communi vsu, in Regno nostro extitit obseruatum. Quòd morien- *Kazim. Mag. Vislic. Fol. 26.*
te matre, pueri omnium bonorum à patre ipsorum tollunt medietatẽ, pro portione & hereditate materna. propter quod sepe ipsi filij, in teneris annis existentes, rebusque suis consulere non valentes, sic receptam hæreditatem inutiliter consumere, expendere, & dissipare consueuerunt, patri denique, de pietate, & beneficijs ingratitudinem exhibentibus, impellunt plerunq; etiam eundem vergere ad inopiam: sicque vicissim sentiunt incommoda, & iacturas. Quare æquum visum extitit nobis, & nostræ Militiæ: vt matre moriente, filij non petant bonorum, & hæreditatis maternæ deuolutæ portionem, & succesionem, à patre: donec ad secũdas nuptias conuolabit. nisi tunc, velut famæ suæ prodigus, bona, & hæreditates illas communes indebitè dissiparet.

De pueris matre orbatis, habentibus patrem, et bona maternalia.

IN quadam Constitutione, nostri prædecessoris decretum extitit, vi- *VVladisl. Iagel. Craco. & Vart. Fol. 44.*
delicet in Capitulo, ex communi vsu. &c. Quòd moriente matre puerorum; patre cum alia contrahere volente, pueri petere valeant portionẽ maternam. & ideo considerantes in eadem Constitutione: quòd propter ingratitudinem patri factam per filios: & depressionem status sui: quem à filijs nonunquam, in tanta partis bonorum receptione & priuatione, patiebatur: & quia multotiens filij ad inopiam vergentes, ad patrem conuolabant, & recurrebant: qui superiora aduertens, eisdem succurrere non curabat, nec volebat: vnde inter vtranque partem, rancor & dissplicentia oriebatur: Quibus incommodis obuiare cupientes, nunc Statuimus: Quòd pater habens filios, dum post mortem genitricis eorum ad secundas nuptias conuolauerit, non tenebitur (nisi fortè velit sponte) prædictis filijs suis portionem hæreditariam assignare: (dummodo dissipator bonorum nõ existat) sed vsq; ad mortem suam, in bonis hæreditarijs quibuscunq;, dominari & manere valebit, & poterit. assignata duntaxat præ-

dictis filijs suis portione: quam post matrem ipsorum, ratione Dotis seu nuptiarum tulit, & recepit.

De pueris, ex duabus vxoribus procreatis dotandis, vel per patrem diuidendis.

Vladist. Angel. Cracou. & Varsa Fol. 43.

DEclarantes statuimus: Quòd si contigerit patrem, cum secunda vxore filios non habere, sed filias: & cum prima habuerit filios: extunc patre mortuo puerorum prædictorum, pars aliqua secundæ vxoris filios non continget: sed filij, siue filius primæ vxoris, superstites sorores suas, iuxta consuetudinem terræ maritabunt: assignata ipsis in pecunijs Dote competenti. bonis maternis duntaxat exceptis: Si ipsæ prædictæ sorores habuerint, quæ pro ipsis debent remanere. Cùm verò pueri primæ vxoris, portionem suam æqualem, à patre eis sponte ex diuisione perpetua oblatam, obtinuerint: tunc portio secundæ vxoris, filijs aut filiabus eiusdem, cedere debet integraliter.

MAZOVIA.

Iudicio Assessorum vnus aut duo Consiliarij Officialesue ex Mazouia adiungantur.

ET ne Constitutionibus, & Consuetudinibus Ducatus præfati nostri Mazouiæ, in aliquo derogetur, in Conuentibus præcipuè generalibus Regni nostri: vbi causæ per Appellationes, ad Iudicium nostrum deuolui solent: Pollicemur: Quòd ad Iudices, quos iudicandis causis, in Conuentu Regni deputauerimus, vnum aut duos ex Consiliarijs nostris, aut Officialibus Ducatus illius, adiungemus Iudices: qui Constitutionũ, & Consuetudinum Ducatus periti fuerint.

Ratio æqua Mazouiorum haberi non potest, atque Polonorum.

Sigismundus 1546.

NVncij exterris Mazouiæ cùm multa à nobis postularent, quæ concedi solent per Nos alijs subditis nostris, Regnum incolentibus, & Statutis communibus fruentibus, à nobis hoc respõsum tulerunt: Quòd dum essent Iure, & Consuetudine, ab alijs Regni nostri subditis seiuncti, non in omnibus eorum eadem ratio haberi posset: quæ habetur subditorum Regni. sed si aliquãdo Iuribus, & Consuetudinibus se coæquare Regni nostri subditis voluerint: (quod in eorum arbitrio est positum) tum eorum ratio, æqualis cum alijs est futura. Interim autem in eorum Moribus, Iuribus, Priuilegijs, & Consuetudinibus, Priuilegio nostro confirmatis, conseruabimus.

Causæ

Cauſæ, ex Ducatu Mazouiæ ad Comitia deuolutæ, Iure ipſius Ducatus iudicabuntur.

CAuſæ omnes Nobilium, & quorumuis ſubditorum noſtrorum Ducatus Mazouiæ, ad noſtram Maieſtatem, & Conuentum Regni, per Appellationes, & quouis alio modo deuolutæ, iudicari non debent alio Iure, & modo: ſolùm Conſuetudinibus, & Iure ipſius Ducatus: quibus omnes ſubditi, in eodem Ducatu, ab antiquo gaudent, & iudicantur: Appellationeſq; huiuſmodi teneri & ſeruari debẽt, iuxta veterem Conſuetudinem, in terris Mazouiæ ſemper ſeruari ſolitam.

MENDICI.

Mendici ſub certo numero, in ciuitatibus & villis habeantur: et ſub ſignis Conſulum in ciuitate, aut Plebanorum in villis mendicent. alioquin, in manus Capitanei, vel dominorum tradantur.

ITem cùm viderentur, in hoc inclyto Regno noſtro, mendicantes laici & fœminæ in tanta multitudine eſſe: vt dari non poſsit Regnum, (iudicio eorum, qui multas orbis partes peragrârunt) frequentiam continẽs mendicantium tantam: inter quos, plures conſtat laicos & fœminas, bonarum virium eſſe: poſſeque competenter manuum labore victum quærere: dummodo illos & illas, lex ſuper id ſtringeret, nõ voluntas: per quã, (ſeu vt veriùs loquamur) deſidiam quandam, vt primùm in eis barbæ à mento dependerent, & cani viderentur pili, poſtpoſitis domicilijs, in eleemoſynarum ſuffragijs ac impetrationibus reſiduum vitę ponunt: ſcandala nonnunquam committentes: nonnunquam verò, vbi prece non impetrant, dolis obtinent: Quapropter inſtar legum optimarum municipalium, in pleriſq; Chriſtianis dominijs ſancitarum, Statuimus: Vt in ciuitatibus, & oppidis, & villis Regni noſtri, non plures mendici habeantur: quàm quot, communitates & domini locorũ decernant habendos. Quibus in locis, ciuitatibus, & oppidis, Conſulatus pro tempore exiſtens: in villis verò Plebani, ſub quorum Parochijs villæ conſiſtunt, & locorum domini ſigna imponant ſub illis: ad deſignandum numerum eorum, quos habendos duxerint mendicaturos. Qui verò abſq; ſignis reperientur, Decernimus, ad ſeruitia capiendos: aut in manus Capitaneorum noſtrorũ tradendos. à quibus illos, pro laboribus caſtrorum noſtrorum, Turcis & Tartaris cõmetaneorum, foſſatarumq;, ſucceſsiuè recepturi ſumus. Poterint tamen & valeant domini locorum his, quos emeritos, ac ad nulla Iuris officia valentes cognouerint, ſuas ad peregninandum illis teſtimo-

Ioan. Albert. Folio 103.

niales literas concedere. ſub quarum immunitate, etiam ſigna non habẽtes admitti debeant vbique, eleemoſynas petituri.

MENSVRA.

Menſura & precia conſtituta, vt à Mercatoribus ſeruentur, Palatini cum Capitaneis prouidebunt.

Sigiſ. Petric. 1511. Folio 17. ITem, ne ſubditi noſtri, à Mercatoribus & Artificibus nimiũ grauentur, Statuimus: Vt menſura antiquitus conſtituta, à Mercatoribus ſeruetur: nec eam aliquis audeat facere breuiorem. contrarium facientes, à Palatinis & Capitaneis, iuxta Statutum puniantur. Et ſimiliter fiat de precijs rerum: vt illa Palatini conſtituant: & tranſgredientes puniant.

¶ Ne emptores à Mercatoribus fallantur, Palatini prouidebunt. Vide in Titulo PALATINVS.

MERCATORES SEV MERCES.

Mercatores debita in Regeſtris annotata, à Nobilibus ante triennium petant.

Sigiſm. Crac. 1540. STatutum de Regeſtris Mercatorum, illorum Iuramento cum teſtibus firmandis, in robore conſeruato: hoc adiecto, Vt Mercatores ipſi, debita in Regeſtris eorum ſcripta, à Nobilibus, intra trium annorum decurſum, repetant. alioquin, lapſo triennio, debitum hujuſmodi repeti non poterit à Nobili, iuxta illius Statuti diſpoſitionem: obſtante triennali Præſcriptione: verùm Iure communi, Reum in foro ſuo conuenire debebit. Hoc autem duntaxat intelligitur: vbi Mercatori, cum Nobili eſſet actio. Mercatores enim inter ſe, veterem ſuam retineant obſeruantiam, in ſoluendis & repetendis eorum debitis.

Mercatores et Artifices, res neceſſarias afferant, et faciant.

Sigiſ. Petric. 1523. Fol. 28. MErcatores, Artifices, & alij, rebus ad vſum humanum neceſſarijs mercantur.

Mercatores Regni ſi extra Regnum proficiſcantur: iurabunt non eſſe ſuas merces, quas vexerint.

Sigiſm. Crac. 1540. ET quoniam plerique Mercatores, ſubditi noſtri, ad pendendam Conſtitutionem, ſeu Edictum, de non euehendis extra Regnum, ac non inuehendis in Regnum mercibus editum, varijs ingenijs vti conſueuerunt: prætendentes, res & merces huiuſmodi eſſe proprias Mercatorum, in Vngaria, Sileſia, & alijs Regni confinijs agentium: per illos, ſeu illorũ Notarios,

Notarios, & factores, in Regno emptas esse: cùm tamen plerunq; deprehenduntur, esse propriæ subditorum nostrorum: quorum opera & impensa, ex Regno euehuntur, Ad precludendam itaq; huic illusioni viam, sic Decernimus, Consiliarijs Regni & terrarum Nuncijs censentibus: Vt huiusmodi Mercatores, subditi nostri, qui merces extra Regnum euehere procurant, corporale præstent Iuramentum, in manibus Teloneatorum nostrorum: Quia tales merces non sunt eorum propriæ: nec in illis aliquod commercium, vel interesse habent: sed sunt proprię eorum, quorum esse asseruntur, videlicet Mercatorum extraneorum, in terris extraneis agentium, Et aliter, tales merces dimitti nullatenus debebunt: sub illarum amissione.

¶ Mercatores Regni eadem libertate, in terris Prussiæ, gaudere debent. Vide in Titulo PRVSSIA.

¶ In Silesiam cũ mercibus progredi, capitale est. Vide in Tit. VIA.

¶ Regni incolis via, in Vngariam, & Silesiam prohibetur. Vide in Titulo VIA.

MILITES.

¶ De Militibus, damna inferẽtibus, Vide in Tit. BELLVM Fol. 24.

MINISTERIALIS.

Testimonia Ministerialium in libris Castrensibus inscribantur.

SI alicui necesse fuerit Ministerialem producere, ex alia terra in aliam terram: & non poterit Ministerialem educere: tunc illum debet ducere ad Iudicium Castrense illius districtus, vbi est Ministerialis: ibique idem Ministerialis facere debet Recognitionem. & ille, cui debet Recognitio esse, Literas accipiat à Iudicio illo, vbi fit Recognitio: ad aliud Iudicium, ad quod ducendus erat Ministerialis. Quæ literæ sint sub Sigillo Iudicij illius, vel Capitanei, vbi recognouit: & tandem talibus Literis credendum erit: vti Ministerialis personaliter stetisset, & recognouisset. *Consuet. terræ Crac. Fol 123.*

Ministerialis ad videndum occisum vocatus, vno Grosso contentus sit: & exuuias ne tollat.

CONsuetudine iniquissima Ministerialiũ fuit obseruatum: quòd dum ad aliquem, in via vel aliâs occisum, vocabantur, ipsum vestibus, in quibus fuerat occisus, Iure ipsorum (quod ipsi *krwáwné* nominabant) expoliabant. vnde cùm afflictis non sit addenda afflictio, eisdem Ministerialibus Prohibemus: Ne decætero quoslibet occisos spoliare, seu exuere præsumant: sed tantummodo vnico Grosso contenti sint. quem decernimus eis *Kazim. Vist. Folio 23.*

nimus eis dandum, pro labore, per eum: qui ad aliquem occisum procurauerit eosdem vocari, donec eadem homicidij quæstio totaliter fuerit definita.

Ministerialis adsit Iudicio.

Kazim. Visli. 1368. Folio 13. POssibilitas hoc dictat rationis: quòd Iudices, in exercendis suis Iudicijs, habeant suos certos Ministeriales, seu Officiales.

Ministerialium constitutio, eorumq; Iudices & defensores.

Idem Fol. 32. HOC etiam specialiter declaramus: quòd Officiales, vel Ministeriales, aliâs *Służebniki*, nullus nisi Palatini instituere: & eos iudicare: proq; afflictione, aut vulneribus, vel capite eorundem, pœnas exigendi, vel leuandi, omnimodam habeant facultatem.

¶ Vide & in Titulo PALATINVS.

Forma literarum Palatini, Ministeriali dari solitarum.

PEtrus Kmita, Comes in VVisnice, Palatinus Cracouien &c. Vniuersis & singulis, in Palatinatu nostro Cracouiensi existentibus, Iuris Terrestris municipibus, Significamus tenore præsentium: Quia cùm attendissemus iustitiam hominum forensem, ob Ministerialium paucitatem solere negligi, aut saltem difficile expediri: ne nostro officio, illorum autē vtilitati hac parte deesse videamur: prouidum A. de B. de cuius virtute, industria, ac integritate, complurium bonorum virorum accepimus testimonia, in Ministerialem Terrestrem Cracouien, creandum atque tondendum duximus: prout creamus & tondimus, in Dei nomine, per præsentes. ab eodemq; Iusiurandum fidelitatis suscepimus: ipsiq;, eo nomine, has præsentes nostras literas dedimus. simulque concessimus illi potestatem, omnia Ministerialis officia, vbiq; in Palatinatu nostro Cracouiensi legitimè exequendi. Quocirca vobis denunciamus: vt eo A. B. tanquā vero, creato, Iurato, & fideli Ministeriali, in omnibus vestris Iudicijs attestationibus, alijsque omnibus iuridicis actibus vtamini: saluo semper ipsius salario, debito & competenti. Et si (quod absit) infideliter fecerit suum officium: pœna. In cuius rei testimonium, præsentes literas nostras, sigillo nostro communitas, eidem dedimus.

Per Ministerialem Iudex citet.

Kazi. Visticia 1368. Fol. 13. QVapropter statuimus: Quòd penitus nullus Iudex, per aliquam aliam personam, quàm per certum suum Officialem, seu Ministerialem, faciat & expediat suas Citationes: Milites autem superiores, per literas.

excepto

excepto hoc: si aliquod crimen in Iudicio, vel in curia Iudicij, recenter & de nouo committatur: tunc pro huiusmodi crimine, per quemlibet familiarem, contra tales liceat fieri Citationes.

Ministeriales ne citent, Iudice non iubente.

FLebili querela sæpius recepimus: quòd Ministeriales, per terram gyrãtes & cursitantes, pauperes villanos, aut Religiosorum villas, aut pauperes Milites, cæterosque subditos Nostros, fatigandi vel vexandi modos exquisitos adinuenerũt, ita quòd si alicuius villæ pauperes Milites, aut villani Religiosorum, eos, pro beneplacito ipsorum Officialium, quibuslibet expensis non pertractant nec procurant: ijdem Ministeriales ipsos pauperes Nobiles, aut villanos, sine culpa seu causa, & absque Iudicis præcepto citant: occasione vexationis faciendæ terminos eis, pro libito suæ voluntatis, assignantes: Sicq; ijdem pauperes Milites, seu villani, volentes redimere huiusmodi vexationes & molestationes, sæpissimè de certa pecunię summa cum eisdem componunt: Vnde Nos huiusmodi malitiæ & machinationi obuiare volentes, Statuimus: Quòd deinceps Ministerialis, sub pœna priuationis sui Ministeriatus & priuatione omnium suorum bonorum, absq; speciali Iudicis mandato, aliquem citare non præsumat, aliâs præmissam pœnam, & in facie adustionem & notationem, non immeritò poterint formidare. *Kazim Vislic. 1368. Folio 12. & 13.*

Qui Ministerialem addunt ad citandum.

DEcernimus etiam declarando: Quòd Nos, vel Capitaneus noster, vel Palatinus, vel Iudex, vel Subiudex, vel Officialis, qui dicitur *Woźny*, habeant facultatem dandi Ministerialem, ad citandum. *Kazi. Vislicia Folio 37.*

Qui mos citandi olim fuit per Ministeriales.

QVoniam ex modo Citationis, nonnulla grauamina & oppressiones, per nostros Iudices, seu Officiales, nostris subditis euenire consueuerunt: & ideo eisdem grauaminibus & oppressionibus volentes obuiare, Statuimus: Quòd Ministeriales, siue Officiales, per Nos, seu quoslibet Iudices deputandos fore & esse: in hunc modum formandam, vel faciendam Citationem: Quòd ipse Ministerialis, cum suo solito baculo, debet accedere ad dominum villæ: pro quocunq; etiam excessu fuerit citandus: & omissis eiusdem villæ villanis, in pace & traquillitate illis relictis, ad domum seu ad portam eiusdem domini, suo baculo tangendo, & clamando eundem citet: Literasque Citationis porrigat: exponendo nihilominus in dicta Citatione contenta: de cuius videlicet Iudicis mandato, & ad *Kazim. Mag. Vislicia 1368. Folio 12.*

to, & ad cuius instantiam, & propter quam causam, fecit eandem Citationem. Si autem eiusdem villæ villani, & ipse dominus villæ, fuerint simul culpabiles: volumus, Quòd eodem modo tangendo portam cuiuslibet villani, seu kmethonis, & clamando, faciat simili modo (vt præmissum est) Citationem. Qui villani si non fuerint culpabiles, in delicto sui domini: Volumus & prohibemus omnino, quòd per eandem Citationem quomodolibet non grauentur, nec fatigentur. Tamen plerunq; in contẽptum, & odium villæ domini, & ex rancore, consueuerunt aliqui villanos indebitè fatigare, & molestare. Quare huic morbo mederi volentes, Statuimus: Quòd quandocunque ipsos villanos, absque iusta & legitima ratione, citatos & vocatos esse constat: quòd ille extrahens Citationem, & qui hoc malitiosè procurat, puniatur pæna quæ dicitur *Piątnadzieſta*. Et eodem modo volumus fieri Citationem prædictam: vbi sine delicto domini villæ, ipsius fuerint villani communiter vel diuisim culpabiles, vel delicto obnoxij: ita quod ad portam tangendo, quemlibet ipsorum citare teneatur, modo & ordine superiùs expresso: cessante qualibet oppressione suprascripta.

Citatio vbi ponenda à Ministeriali.

Sigism. Petr. 1543. Folio 32.

DEbet autem Ministerialis, propter mortem suam, cum vno Nobili in persona Actoris misso, ponere Citationem indifferẽter, vel apud Nobilem citandum, in curia eiusdem: vel apud VVladarium, aut kmethonẽ, siue apud hortulanum: publicando nihilominus Citationis positionem, in curia terrigenali. quæ si defuerit in eadem villa: extunc villanis idem ipsum Ministerialis notificabit: vt ad notitiam Citati deueniret.

Citatus ne respondeat, nisi viso Ministeriali.

Consuet. terræ Crac. 1505. Folio 141.

ITem, cùm aliquis aliquem citauerit, pro aliqua re: pars citata dicet: Domine Iudex, volo videre Ministerialem, qui Citationes portauit: & cùm Ministerialem videbo, volo respondere quod Iuris erit: extunc nõ tenebitur respondere, donec videbit Ministerialem, qui Citationes portauit. Et si Actor protunc non habebit Ministerialem: potest sibi differre, aliâs recipere ad proximos Terminos, pro Ministeriali statuendo.

Relatio Ministerialis, ex quibuscunque Actis valet.

Sigism. Crac. 1543.

RElatio Ministerialis, coram quibuscunque Actorum libris, de positione Citationis facta, volumus vt tantum valeat: quantum personalis Recognitio eiusdem Ministerialis valere debuit. nisi quòd recognoscat in eisdem Actis, tempus, & locum positæ Citationis: & cui eandem Citationem

tionem publicauit in bonis: & cum quibus Nobilibus, aut Nobili, hoc fecerit: iuxta Statutum.

Salaria Miniſterialis, à teſtibus & furibus.

ITem volumus: Quòd Officiales, ab vno producente teſtes, habeant quatuor Scotos: à pœna verò, quæ dicitur *Piątnaćkieſta*, bouem: & quando pro furto pignerat, bouem mediocrem. *Kazim. Mag. Viſlic. 1368. Folio 37.*

Si Miniſterialis formam Iuramenti mutet.

ITem, ſi Officialis, aliâs *Woźny*, aliter formam Iuramenti teſtibus dixerit, quàm eſt mandatum: & de hoc conuictus Iudicio fuerit: perpetuò de officio deponatur. *Kazi. Fol. 17.*

De Nobilibus, quo numero cum Miniſteriali habendi.

ITem, dum Actor aliquis teſtificatur aliquid, coram Miniſteriali, ſeu per eum: tunc Actor ipſe Nobiles duos habiturus eſt, cum Miniſteriali. Sed cùm Miniſterialis cum Citatione equitat: tunc ſufficit, eum Nobilem habere vnum. *Conſuet. terræ Crac. Fol. 123.*

(Folio 245.

¶ Miniſterialium Iuramentum. Vide in Titulo, IVRAMENTVM.

MINORENNES.

Si cohæredes citati eſſent minorennes in cauſa Limitum.

SI verò plures eſſent participes, ſeu conſortes, vnius & eiuſdem hæreditatis, citati per quempiam alium, pro faciendis graniciebus: & inter tales Citatos, eſſent aliqui cohæredes minorennes, æquè citati: extunc contra tales Iudicium procederet, tam Terreſtre, quàm Officium Succamerarij: non obſtante ipſorum minorennitate. Ad quam quidem limitationem, Iudicium & Officium Succamerarij procedet. nihilominus Succamerarius, vel eius Officium reſeruabit eis actionem, pro eorum intereſſe, cum actore granicierum. dum videlicet annos diſcretionis aſſequentur: tunc licebit eis Iure agere cum illis, à quibus putarent ſibi eſſe præiudicatum: tamen non niſi pro ſorte & intereſſe, ipſos concernente, agent. *Sigiſm. Petr. 1523. Folio 41.*

Minorennes cùm annos diſcretionis attingent, pro iniurijs acceptis agant: Præſcriptione illis non obſtante.

INfantibus præſertim egenis, ſuccurere & prouidere volentes, Statuimus: Vt ſi aliquibus, patre mortuo, per quempiam iniuria fuerit illata: venientes ad annos diſcretionis, poſſent Iuridicè agere contra iniuriantes. *Kazim. Mag. Viſlic. 1368. Folio 24.*

& exceptio Præscriptionis eis opponi non poterit: nisi tunc ætate in eis legitima completa. Et infra tempus debitum, si agere neglexerint, pro iniurijs olim eis illatis: tunc obstat eis exceptio præscriptionis: propter negligentiam allegatam.

Minorennes in tribus tantùm casibus respondere tenentur.

Kazim. Mag. Folio 11.

CItati minorennes respondere non tenentur: sed per Iudicem, anni ætatis eorum computentur. tamen in casibus infrascriptis, Iuridicè requisiti, comparere tenebuntur. Primò, si aliquis patri ipsorum hæreditatem suam aliquam obligasset: & ipsam à pueris redimere vellet: tunc pueri pecuniam obligatam recipere tenentur, pro eadē hereditate: quamuis annos legitimos non haberent. Item, si quis pro patre ipsorum cautionem incideret fideiussoriam: & viuente patre, ad Iudicium fuerit prouocatus: tunc pueri respondere, vel soluere tenentur, fideiussorem liberando, non expectando annos ætatis. Tertiò, si pater pro aliqua hæreditate citatus fuisset adhuc viuens: etiam pueri respondere teneantur, pro eadem hæreditate.

Minorennes in Iudicio ne respondeant: sed cum matre, Tutori dato à Patre subsint.

VVladist. Angel. Folio 47.

ORphanitati puerorum nostrorum subditorum consulere gratiosè cupientes: qui interdum, per patres ipsis ad annos pubertatis minimè educatis, casu mortis relinquuntur: & sic multoties, per nonnullos in Iudicium euocantur, & vexantur: qui ætate & discretione carentes, Litem contestari nequeunt, neq; causas acticare, neq; defendere. Et quanquam antea hoc, ad certā ætatem sit restrictum: (vt videlicet masculus ad quindecimum annum, fœmella verò ad duodecimum, compelli non possint, neq; alicui infra hoc teneantur respondere) tamen alijs diuersis grauaminibus, multoties opprimuntur: Quare Statuimus: Quòd pater viuēs possit & valeat pueris suis & vxori (si ipsa affectauerit) constituere certos Tutores: quos voluerit: de quibusque maior sibi fides, & confidentia apparuerit: qui tueri, & curare eosdē poterint, vsq; ad annos superius allegatos, nec eosdem Tutores, post mortem constituentis, proximiores à Tutela poterint remouere.

Pupilli nec respondent, nec præscribunt, ante legitimam ætatem.

Kazim. Mag. Folio 31.

SI impuberes cuiuscunq; pueri, ante legitimam ætatem ad Iudicia trahantur: super hæreditaria quæstione, aut alia quacunq; controuersia: & ob defectum ætatis, cum Actore litem contestari, seque tueri nequeunt: pro-

unt: propter quod, & plerunq;, infantilis ętas & pueritia consueuit offendi: Quare Statuimus: Vt ex Interlocutione Iudicis, eadem Litis Contestatio, vsque ad ætatem debitam illorum puerorum prorogetur. & dilatione pendente, aliquot anni effluere consueuerunt. Deinde pueris legitimam attingentibus ætatem, si quæstio eadem ipsis innouatur: ijdem pueri contra se agentibus, Exceptione Præscriptionis, aut tantæ taciturnitatis illorum annorum, quibus iudicati non fuerunt, obijcere & opponere minimè valebunt: Sed tantùm vtantur istius temporis Præsciptione: si qua fuit apud ipsos, vel eorum progenitores, antequam fuissent primò ad Iudicium tracti, super eadem causa, & euocati.

Pro patre tamen pupilli teneantur.

ITem, cùm aliquis bona hæreditaria vendet, aut obligabit, siue impignorabit alicui: & inscribet se pro defensione: & in hoc priuaretur vita: filij eiusdem defuncti, debent tueri residentem, in bonis hæreditarijs. & si annos discretionis non haberent: non debet dari eis, ad annos discretionis Dilatio. *Consuet. Crac. 1505. Fol. 120.*

De bonis, minorennibus pueris resignatis, per pueros non inscribendis.

ITem, quemadmodum ex Statuto communi, Tutores tenentur Resignare bona puerorum, dum habebunt annos quindecim: pueri verò bona sua accipiendo, vti debent eis. sic nihilominus Iure sit prouisum: (prout fieri consueuit) Quòd ipsi pueri bona vendere, obligareq; non debeant, sine consensu amicorum consanguineorum: donec habebunt annos viginti quatuor transactos. *Consuet. Crac. 1505. Fol. 120.*

¶ Minorennium Tutor, pro capite patris agere potest. Vide in Titulo TVTOR.

¶ Si minorennes pro homicidio citantur. Vide in Titulo HOMICIDIVM. Folio 193.

¶ De fratre minorenne, Vide in Titulo FRATER Folio 177.

MINVTA.

ITtem, simplici Minuta nihil probari potest: sed tantummodo Literis, aut Minuta sub Sigillo, aut Libris coram Iudicio. *Consuet. terræ Crac. 122.*

MODII.

QVia pauperes homines, qui cum frumentis ad fora equitant, propter diuersi- *Sigis. August. Per. 1550.*

diuersitatem Modiorũ non parum grauantur: propterea Constituimus: Vt in Prætorijs Modij sint iustæ mensuræ. qui etiam gratis debẽt dari hominibus, ad mensuranda frumenta. æqualiterque, aliâs *Rónno*, sine vlla fastigiatione mensurari debẽt: hoc est, ad amussim, seu Regulã, aliâs pod *Strych.* prætereaque non emptor, sed venditor mensurare debet. Alijs autem Modijs omnino non mensuretur.

MOLENDINATOR SEV MOLENDINVM.

Molendinatores, Sculteti, Aduocati, Molendina, Scultetias, Aduocatias, absq. consensu domini ne alienent, aut obligent.

Sigis. Cracou. 1511. Folio 15.

SAepenumero Molendinatores, Sculteti, Aduocati, Iuri dominorum per ignorantiam detrahere consueuerant: & vendebant, vel oppignorabant, Aduocatias, Scultetias, Molendina, in toto vel in parte, absq; consensu dominorum suorum. Quapropter Constituimus, ne hoc amplius facere audeant: sub amissione summæ, pro qua vendiderint, vel oppignorauerint, fisco domini sui: in bonis verò nostris, Nobis explicandæ. Petentibus autem ad oppignorandum consensum, non negabimus. sine tamen incommodo Nostro.

Molendinator multorum fratrum seu dominorum, communiter omnibus se iustificet.

Kazi. Visticia Folio 21.

FRanciscus, Falco, & Henricus, tres fratres, habentes vnum Molendinatorem: Henricus tertius frater, super quibusdam ipsius Molendinatoris excessibus, coram Iudice deputato, dato, vel electo, debito modo ipsum Molendinatorem iudicare præcepit: demum frater alter Falco veniens, conqueritur de Henrico: quòd ipsius Molendinatorem iudicasset, & condemnasset. Nos itaque attendentes, quòd licet cuilibet de Iure, suam prosequi iniuriam: Declaramus ipsum Henricum, iustè, & debitè Molendinatorem, pro sua parte iudicasse.

In Molendinum et Tabernam Intromissio ne detur: nisi fortè aliæ desint possessiones.

Consuet. Crac. Folio 122.

ITem, in Tabernam, & Molendinum, nullus debet Intromissionem dare, excepto, quòd aliam possessionem non haberet: extunc potest dare Intromissionem in Tabernam, vel Molendinum.

¶ Baiuli extra Regnum ad Molendina & fora eant, cum rebus venalibus: quantũ humeris suis ferre possint. Vide in Titulo FORA Fol. 172.

Monasterium.

MONASTERIVM.

¶ Vide in Titulo ABBAS. Fol. 1.

MONIALES.

Moniales in bona paterna & materna succedunt. ea tamen alienare non possunt: sed ex illis censuum pecuniariorum medietate, à consanguineis, quoad viuant, potiantur.

STatuimus etiam: quòd Sanctimoniales, Ordinem aliquem à sede Apostolica approbatum professę, tametsi Mundo & bonis temporalibus renunciauerint, nihilque proprij habere possint: quia tamen non sunt vbique debito modo prouisæ: & concessum sit illis, ex indulgentia sedis Apostolicæ, vt succedere possint in bona paterna, & materna, ad se reuoluta: de illisque liberè, cum authoritate Superiorum suorum disponere: quia multæ querelæ subditorum nostrorum ad nos deferebantur: qui indignè ferebant: quòd ipsæ Sanctimoniales succedere deberent, in bonis suis paternis, & maternis, ad eas post mortem parentum, aut consanguineorum earum deuolutis: Iureque illas, ab huiusmodi successionibus repellere nitebantur: volentes huiusmodi querelas cohibere: & easdem Sanctimoniales, in bona gratia & fauore consanguineorum illarum conseruare: illarumq; necessitatibus benignè prospicere: Statuimus, & ordinamus, de consilio, & consensu Consiliariorum Regni nostri status vtriusque, & Nunciorum Terrestrium: Quòd Moniales ipsæ, Ordinem Regularem professæ, & in Cœnobijs & Claustris manentes, succedere quidem possint ad bona paterna, & materna: quæ ad eas deuoluta legitimè fuerint: alienare tamen illa à consanguineis, & propinquis, aut in alienas personas quomodocunq; transferre, nullo modo valeant. sed cùm primũ ad eas, aut earum aliquam, ea ipsa bona deuoluta fuerint: Iure legitimæ successionis & deuolutionis, proximiores consanguinei, seu agnati, & cognati earum, illa tenere, eorumq; possessionem adire debebunt: & ex illis medietatem omnium censuum, & prouentuum pecuniariorum, illis, & cuilibet earum soluere erunt astricti: vita illarum durante. Reliquam verò medietatem prouentuum pecuniariorum, simul ac fructus omnes, ex bonis illis prouenientes, pro se retinebunt: & ex illis onera Reipublicæ, Regni, & Bellicæ expeditionis, sustinebunt. *Sigism. Crac. 1527. A 3.*

Quòd si bona, ad Moniales ipsas deuoluta, nullos prouentus pecuniarios habuerint: essent tamen in illis prædia, seu piscinæ, seu molendina, vel prata, vel syluæ cæduæ, aut mellificia, aut agri, quæ locari possint, & aliæ id genus vtilitates, quocunque nomine censeantur: in eo casu, Episcopus, *Ibidem.*

ſcopus, & Ordinarius loci, ſeu eius in Spiritualibus Vicarius, cum Capitaneo terræ ſeu diſtrictus illius, in quo bona huiuſmodi conſiſtunt, diſquirēt diligenter: quantum ex huiuſmodi bonis prouenire, in anno poſsit: illaque, & obuentiones, ſeu vtilitates, quæ ex illis, annis ſingulis prouenire poſſent, diligenter taxabunt, & æſtimabunt. & ad quamcunq; ſummam illa taxauerint: Conſanguinei prædictarum Monialium, qui bona eiuſmodi tenebunt, ſoluere illis, & cuilibet earum reſpectiuè, medietatem eiuſdem ſummæ, quotannis, abſque omni contradictione tenebuntur. Et ſi ijdem conſanguinei, in ſoluendo negligentes & remiſsi fuerint: & moniti literis Monitionis domini Epiſcopi, ſeu loci Ordinarij, aut eius in Spiritualibus Vicarij, ſeu Officialis, illis ſatisfacere de bonis illarum temerè noluerint: ac demum propterea Excommunicati, tres menſes Cenſuras Eccleſiaſticas ſuſtinuerint: extunc libertatem & facultatem habebūt Moniales prædictæ, bona ſua huiuſmodi, alteri cuipiam conſanguineo, aut etiam externo locādi, ſeu arrendandi: pro arbitrio ſuo, ad vitam ſuam. poſt mortem verò illarum, eadem ipſa bona earum, ad proximiores illarum conſanguineos rurſum deuoluentur, & deuolui debebunt.

Intra viginti annos, Moniales bona hæreditaria repetant.

Sigiſ. Petric 1519. Folio 23.

PRæſcriptio virginibus Monialibus, ad bona hæreditaria repetenda, fiat à Profeſsione Religionis viginti annorū. Aequum enim videbatur, fauore Religionis: vt cùm illis Præſcriptio ſtatui debuit, vt nuptæ decennium habeant: ipſæ vt ſponſæ Chriſti, & quæ in Clauſtris occluſæ, & educatæ, tam citò rerum ſuarum cognitionem habere non poſſunt, duplum habeant.

MONETA SEV PECVNIA.

Moneta Regni Poloniæ vna ſit.

Kazim. Viſli. 1368. Folio 32.

EX quo vnus Princeps eſt omnium & Dominus, Statuimus, de conſilio & aſſenſu noſtrorum Baronum, & Procerum: Quòd vna Moneta, in toto Regno noſtro, debeat haberi. quæ debet eſſe perpetua, & bona, in valore & pondere, vt per hoc cæteris ſit gratior, & acceptior.

Sed Rex non cudet Monetam, abſque conſenſu Conſiliariorum.

VVladiſl. IAgel. propè Czyrvvensk. 1422. Folio 48.

INprimis pollicemur: Quòd à modo, & in antea, nunquam abſq; conſilio, ſuaſu, conſenſu, & annuentia ſpeciali Prælatorum & Baronū Regni noſtri, Monetam nūc currentem in Regno noſtro, vel etiam extraneam, aut de nouo inuentam, cudere faciemus: aut cudi permittemus: & cudentes,

cudentes, iuxta ipsorum demerita, pœnis Legis affligemus. vt per hoc damna, & importabilis subditorum nostrorum penuria, per cuius abusum hæc vbique in Regno nostro abundarunt, tempore Nostri regiminis fœliciter auferatur. Quemadmodum diuæ memoriæ Dominus Kazimirus, olim Rex Poloniæ, antecessor noster, hoc ipsis concesserat: & in Libro Terrestri, quem cum Prælatis & Baronibus suis, quondam VVisliciæ in Conuentione generali edidit: & pro memoria sempiterna dereliquit.

Sine consensu Baronum, Moneta ne cudatur.

ITem promittimus, pro inclytis filijs nostris prædictis: Quòd postquã (dante Domino) vnus illorum in Regem electus, sceptra Regni Poloniæ amplectetur, Monetam ex quocunque genere metalli, absque consensu & consilio Spiritualium Prælatorum, & Baronum, in Regno Poloniæ cudere non permittet. quemadmodum Nos, sine ipsorum consensu & consilio, huiusmodi Monetam cudere noluimus, nec cusimus. *VVladis. IA-gello Sedan. 1433. Folio 31.*

¶ SIMILIS. Volentes nos maioribus nostris in eo adæquare, pollicemur: Quòd Monetam, præter consensum Comitiorum, iuxta Iura eo nomine conscripta, concudemus. *Sigismundus Augusti. Petr. 1550.*

Palatini cum Capitaneis, Monetam efferri prohibeant.

PAlatini, cum Capitaneis, Monetæque præfectis, custodiant: ne Moneta de Regno exportetur. *Sigismundus Augusti. 1550.*

De Moneta braccata, & falsa.

KAzimirus, Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvvaniæ, hæres Russiæ. &c. Significamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis: Quomodo agentibus Nobis in *Piotrkow*, pro Repub. Regni nostri Conuentionem generalem, inter cæteras huius Conuentionis ordinationes, super differentia, quæ inter Prælatos & Barones terrarum totius Regni fuit, vnanimiter ordinatum est ac concluſum: innitendo ordinationibus & concluſionibus aliarum Conuentionum, etiam generalium, & ab eis non recedendo: Quòd pecunia minuta braccata, indifferenter per totum Regnum nostrum Poloniæ, & Ducatum Mazouiæ, tam pro nostris, quàm etiam Prælatorum, Principum, Baronum, Nobilium, & cuiuslibet status hominum prouentibus (vt pote telonijs, exactionibus, contributionibus, censibus, decimis, necnon pœnis, memorialibus, arris seu notis Notariorum, Resignationibus, item mercibus, & singulis rebus venalibus) sine contradictione, tam per Nos, seu nostros Officiales, quàm etiam Prælatos, Principes, Barones, Capitaneos, Nobiles, & quoslibet Regni Polo- *Kazi. iij. IAgello Petric. 1451. Folio 86.* *Braccata pecunia vbique recipienda.*

gni Poloniæ, & Ducatuum Mazouiæ incolas, & subditos, modo dudum statuto (videlicet nouē Denarios, pro quolibet medio Grosso lato computando) recipiatur, & exigatur. nisi fortè aliquis de Iure, pro censibus & decimis Fertonalibus, debeat exigere latos Grossos monetæ Pragensis: quorum quilibet, pro eisdem latis Grosis, pecuniam minutam braccatā, iuxta cursum communem inter mercatores currentem, debet recipere seu exigere: & tenetur, sub pœnis infrascriptis. Quicunque Regni nostri, aut Ducatuum Mazouiæ, cuiuscunq; status incola & subditus, ipsam braccatam pecuniam minutam recipere noluerit, aut contempserit: si Prælatus, aut Spiritualis persona fuerit, quæ pro decimis eandem pecuniam minutam recipere noluerit: decimam pro qua forisauit perdet. quę per Capitaneum, aut Officiales nostros, pro bonis recipietur: & pro nostra vtilitate conuertetur. Si autem fuerit Nobilis: pro primo excessu decem Marcas, pro secundo similiter decem, & pro tertio alias decem, pro quarto verò triginta Marcas, pro fisco nostro soluat. pro quibus Capitaneus in bona eius se intromittat: & teneat eadem, ad persolutionem triginta Marcarum. Si verò in ciuitate aliqua, pecunia minuta braccata, pro quibuscunq; rebus venalibus, siue in hospitijs, siue in foro non reciperetur: extunc ipsa ciuitas, pro primis tribus excesibus, pro quolibet excessu seorsum, soluat decē Marcas: pro quarto verò excessu, soluat triginta Marcas, pro thesauro nostro Regio conuertendas. Quòd si Mercator, pro mercibus suis quibuscunque, & cuiuscunq; generis, aut speciei, eandem pecuniam minutam braccatam recipere noluerit, in valore prædicto: videlicet pro medio Grosso lato, nouem denarios computando: aut plures in minuta pecunia, quàm in Mediantibus, pro mercibus suis exigere pecunias voluerit: extunc omnes ipsæ res, & merces, eidem recipiantur: & pro thesauro nostro conuertantur. Item Kmethones, pro rebus suis pecuniam minutam recipere recusantes, & nolentes, pro quolibet excessu, in Fertone puniantur irremissibiliter ab eisdem exigendo. Item Tabernatores in villis, qui pro rebus suis, videlicet victualibus, & pabulis, recipere noluerint minutam braccatam pecuniam: pro quolibet excessu, quilibet in Media Marca puniatur, irremissibiliter ab eodem exigenda.

Exceptio.

Pœna Spiritualium.

Nobilium.

Ciuium.

Mercatorum.

Kmethonum.

Tabernatorum.

Falsariorum.

Volentes insuper Reipub. prouidere, ne habeant malefactores occasionem importandi falsam Monetam in Regnum nostrum, Statuimus, & ordinamus, de vnanimi prædictorum nostrorum Consiliariorum voluntate: Quòd apud quemcumque, cuiuscunque status hominem, in vna Marca duo Grosi falsi fuerint reperti: ipse cuius Marca fuerit, Marcam perdet. apud quem sex Grosi falsæ monetæ, in vna Marca inuenti fuerint: talis iuxta priores conclusiones puniatur. Inter Creditores verò, habentes Inscriptiones super Mediantes, taliter est statutum: Quòd quilibet tali-

De Creditorum Moneta.

bet talium, pecuniam sibi ante hanc dispositionem inscriptam, iuxta continentiam Literarum suarum, liberè exigat in moneta, in ipsa Inscriptione expressa. Deinceps verò nõ nisi minuta pecunia, vel simpliciter Marcę, moneta & numeri Polonicalium, inter Creditores inscribantur: & in minuta pecunia quæuis debita exigantur, & soluantur: duntaxat nouem Denarijs, pro medio lato Grosso computatis. Statutum est insuper omni vnanimi voluntate: Quòd Capitanei nostri quorumlibet locorum, facere exactam diligentiam tenentur: vt prædicta minuta pecunia recipiatur: & puniant modo præmisso, omnes & singulos dispositionis prædictæ cõtemptores. aliâs, Capitanei ipsi nostri prædictam dispositionem introducere, & inobedientes coërcere, & punire negligentes, per Nos, tanquam rebelles Mandatorum Regalium contemptores, puniantur. Datum in *Piotrkow*, feria quinta proxima post festum Pentecostes, Anno Domini 1451. Sigillo nostro præsentibus subappenso.

Ad idem.

NOS verò Prælati, Barones Maioris Poloniæ, Siradienses, Lancicienses, Cuianiæ, & Dobrynenses, terrarum, in euidentiam consensus & voluntatis omnium præmissorum, Sigilla nostra præsentibus etiam fecimus subappendi. *Folio 87.*

¶ SIMILIS. De minuta peccunia braccata Statuimus: Vt per vniuersum Regnum capiatur commodè: quòd pro medio lato Grosso, nouem Denarij minutæ & braccatæ pecuniæ recipiantur. ad latos autem Grossos Pragenses, qui eos in suis obtinent censibus, fiant additiones, secundum cursum communem inter Mercatores currentem. Si autem aliquis præfatam pecuniam minutam recipere recusauerit: si Nobilis fuerit: pignoretur per Capitaneum in pecoribus, quotiens excesserit. si verò Ciuis, aut Mercator pro suis mercibus recipere renuerit: merces amittere debet, fisco nostro Regio confiscandas. si Kmetho: captiuetur, & in turrim imponatur. Verumtamen si in ipsa pecunia minuta, duo Grossi falsi apud quempiam, in vna Marca reperti fuerint: talis Marcam ipso facto amittat. si verò in vna Marca sex Grossi, de falsa Moneta (vt præfertur) fuerint inuenti: capite puniatur. Statutum insuper est: vt Capitanei vbicũque locorum exactam, & diligentem habeant curam: vt præfata pecunia minuta recipiatur: & contrariantes modo præmisso puniantur. negligẽtes Capitaneos, Dominus Rex puniet, tanquam contemptores Laudi præfati, & Decreti. *Kazim. Petr. 1447. Fol. 91.*

Moneta Swidnicensis proscribitur: & falsa prohibetur.

Sigism. Crac. 1527. Aj.

ET quia Moneta Svvidnicensis, quæ vniuerso Regno nostro inæstimabilem iacturam facit & detrimentum, hactenus cohiberi non potest: ignorantia simplicium hominum: & licentia eorum, qui Decreta & Prohibitiones nostras transgrediuntur: Decreuimus cum vniuerso Senatu Regni nostri, non solùm prorogandā & custodiendam diligentiùs occlusionem viæ, in Silesiam: sed etiam eandem Monetam prorsus ex Regno extirpandam. ita quòd deinceps nemo illam recipere, expendere, aut in Regnum & dominia nobis subiecta inferre audeat: sed quisq; intra hunc annum, aliàs, hinc ad duodecimam diem Martij anni futuri, illam extra Regnum exportet: aut permutet, per modum cambij, aut rerum emptionis: seu quocunque negotiationis genere. sub pœna nostra Regia quatuordecim Marcarum: & amissione huiusmodi pecuniæ. Et qui illam intra hoc tempus permutare, & alienare à se non posset: expendat illam & permutet, intra spatium huius anni. Sed non cariùs: quàm quemlibet eius medium Grossum, per quinque denarios: aut ad officinam nostram monetariam portet: pro qua dabitur bona moneta: & soluentur similiter illi, pro quolibet medio Grosso Svvidnicensi quinq; denarij. Post exactum autem annum, ea ipsa moneta, per quam splendor & decus Maiestatis nostræ Regiæ imminuitur, omniumq; statuum & ordinum hominibus non mediocre damnum infertur, nullo modo recipiatur: sed tanquam falsa & noxia vitetur. Et apud quemcunque hominem, cuiuscunq; status & conditionis, reperta fuerit: & perdere illam debeat: & pœna quatuordecim Marcarum puniri. Sic quòd apud quemcunque duo Grossi illius, in vna Marca inuenti fuerint: totam illam Marcam perdat, absque spe alicuius veniæ. Constituemus etiam custodes, in finibus Regni: qui custodiant, & diligenter inquirant: ne deinceps ea ipsa moneta Svvidnicensis, in Regnum inferatur. qui quidem custodes apud quemcunque illam inuenerint, recipere eam possint, & debent. Quia verò, præter ipsam externam monetam Svvidnicensem, magna etiam vis falsæ monetæ, tam in Regno nostro, quàm etiam alibi excussa est, & excuditur: in magnum damnum & detrimentum Reipub. ipsius Regni, & dominiorum nostrorum: proinde ne malefactores, cudendi illam deinceps, & importandi in Regnum, occasionem habeant, prouidebimus: & Braccatores constituemus, in Ciuitatibus, & oppidis: qui illam signent: & notam, seu signum percussionis illi imponant. quò faciliùs ab omnibus cognosci, & vitari possit. Capitanei autem locorum exactam diligentiam facere debebunt: vt prædicta Constitutio, tam de Svvidnicensi, quàm etiam falsa Moneta, ab omnibus strictissimè, & inuiolabiliter obseruetur.

Si quis inculpatur, pro cusione monetæ.

Ad corri-

AD corrigenda autem tam enormia facinora, & falſitates: à quibus etiam nec Nobiles aliqui (vt ea eſt huius temporis malignitas) ſeſe cõtinent: Statuimus: Quòd accuſatus ſeu inculpatus de falſa Moneta, aliquis vir Nobilis, cuiuſcunque ſtatus & dignitatis, citari debet ad præſentiam Noſtram, ex Officio noſtro. & ſi conuinci poterit, per duos teſtes Nobiles, in ſimili crimine falſæ monetæ deprehenſos, & condemnatos, ac vltimo ſupplicio affectos: qui confeſsi ſint, illum reum eius criminis eſſe: & falſam Monetam cudiſſe: aut conſilium, auxilium, patrocinium, ad illam excudendam præſtitiſſe: ac in illa confeſsione perſeuerauerint: & morte ſua confirmauerint: talis pœna capitis plectetur: bonaque eius confiſcabuntur. quæ Nos pro Nobis, & fiſco noſtro Regio retinebimus, ad præcludendam viam calumnijs hominum: & nemini illa conferemus. aliàs vita, ſalus, & ſtatus eius ipſius Nobilis inculpati, & hoc modo conuicti, erit in gratia noſtra Regia. Si verò teſtes contra illum teſtificantes, non fuerint Nobiles: ſed alterius inferioris ordinis, & conditiõnis, domeſtici, ſeu externi: qui in eo ipſo crimine deprehenſi, & contra illum teſtificantes, & non reclamantes, ſeu confeſsionem ſuam non reuocantes, vltimo ſupplicio affecti fuerint: in eo caſu Nobilis ille accuſatus, ſeu inculpatus, expurgabit ſe cum decemocto viris Nobilibus, bonæ famæ, ſibi in genere ſimilibus: quos nos ipſi deligemus, ex ter decem octo, hoc eſt, quinquagiuta quatuor teſtibus Nobilibus. quos ille, qui ſe expurgaturus eſt, ſtatuere coram nobis debebit: in ſex Septimanis, à die indictæ, & decretæ ſibi huiuſmodi expurgationis. Qui ſi in probatione, & in ſui expurgatione defecerit: pro conuicto habebitur: & pœna falſi punietur: Si verò in ſe expurgando non defecerit: abſolui à crimine illo obiecto debebit. Vbi tamen poſthac de hoc ipſo crimine falſæ monetæ, ex quo ſe ſemel modo præmiſſo expurgauerit, accuſatus, inculpatus, & teſtimonijs hominum, ciuilis, plebeiæ, aut alterius conditionis, conuictus modo ſupradicto fuerit: ad aliam expurgationem non admittetur: ſed vt falſarius, pœna debita punietur: ac bona eius confiſcabuntur: caputque, vita, & ſalus eius, erit in gratia noſtra Regia. Citatus autem literis Citationis noſtræ, de falſa Moneta, comparere coram Nobis debebit, non reuocando ſe ad diſtrictum. Et ſi in primo termino non comparuerit: Citabitur ſecunda Citatione: & terminus tam primæ, quàm ſecundæ Citationis, debet illi aſsignari, & præfigi: in quatuor Septimanis, à die poſitionis, & executionis eiuſdem Citationis. qui ſi in ſecundo termino non comparuerit: pro conuicto habebitur: ſiue is fuerit poſſeſsionatus, ſiue non: debebitque banniri de Regno, & bona eius confiſcari. Et præſens Statutum durabit ad vitam noſtram.

Sigiſm. Crace.

Decretum per Conuentum generalem Petriconiensem, de Moneta factum: quæ à Principe Prussiæ cuditur, in alijs Ciuitatibus Pruthenicis.

Sigism. 1543. VNiuersi Senatores, & terrarum Nuncij, attendētes Monetam, quæ in terris Prussiæ cuditur, adeo auctam & noxiam esse: vt diutiùs sine ingenti detrimento Regni tolerari non possit: Statuerunt & decreuerunt, vnanimiter iterum Sacræ Maiestati Regiæ humilimè supplicandum: vt Maiestas sua ipsam cusionem Monetæ, vbique, tam in terris Prussiæ, quam etiam alibi sistere mandaret. Et quamùis Maiestas sua Regia, iam de cessanda ipsa cusione, suam benignam & propensam voluntatem declarare dignata sit: tamen quia Illustrissimus Dux Prussiæ, ab illa cudenda desistere recusat: & indignum videretur, antequam ille cesset, Maiestatem Regiam desistere debere: requiritq; Maiestas sua Consilium, qua ratione ille contineri deberet: omnium vnanimis est sententia: Quòd cùm neq; Illustrissimus Princeps, neque Regiæ ciuitates in Prussia, vllam vnquam aliam facultatem habuerunt, neque habent, Monetam æqualem monetæ Regni, & quæ à regnicolis recipi deberet, cudendi: nisi à Maiestate Regia nouissimè concessam: sua verò Maiestas, vt ex Iure Regni, ipsam facultatem monetam cudendi, non nisi de consensu & decreto Senatus sui habeat: neque illam sibi Maiestas sua, vt Illustrissimus Princeps hactenus vsurpauit: ita hac facultate maiorem & ampliorem facultatem, alijs concedere iustè non potuit: neque illi eam sibi vsurpare possunt: cùm id non solùm Iuribus Regni, sed etiam transactioni & superioritati Regiæ, contra ipsorum Iusiurandum, & tenorem transactionis planè repugnaret: Proinde supplicarunt vniuersi, etiam atq; etiam: vt sua Maiestas Regia, habita ratione tanti detrimenti Regni sui, iam tandem & suam, & aliorum quoq; omnium cusionem eiusmodi monetæ, in Regno recipiendæ, sisti iubeat: & rebelles, Iure & potestate sua Regia coërceat. Porrò cùm vniuersi regnicolæ persuasum habeant, eam ipsam Monetam esse deprauatam, & precij æquo vilioris: mandare dignaretur sua Maiestas Regia: vt tam Præfecti, & Procuratores rei monetariæ, quàm etiã Ciues, qui eam cudunt, in futuro proximo Conuentu Regni se sisterent: & se palàm iustificarent. & vt interim in præcipuis locis, & Ciuitatibus, probatio ipsius Monetæ fieret: ne (cùm antecessores Maiestatis suæ, tales excessus & peculatum impunitum non sinebant, etiam magnis Regni Proceribus) nunc his modernis Præfectis & Procuratoribus, in ea opinione & suspicione hominum existentibus, aliqua ob hãc causam sinistra existimatio, graues quærimoniæ, ac demum aliquæ turbæ, inter homines excitarentur. quæ hac potissimum ratione sopiri posse videntur.

Moneta

Moneta Prutenica abrogetur: aut more antiquo cudatur.

SEd ex eo quoq; magnum, ad Rempub. Regni, incommodum peruenire videmus: quòd cùm Nos, iam inde ab aliquot annis nummos cudere defierimus: Prutheni tamen in instituto suo perseuerauerunt. Quare facturos Nos recipimus, & serio mandamus Prussiæ Ciuitatibus: vt si velint Monetam cudere, quemadmodũ Priuilegia eorum in se continent, vetera illis signa inprimãt: nostro verò signo vti non audeant. Quòd nisi dicto audientes fuerint, Edicto cauebimus: ne quispiam, quos ipsi contra voluntatem nostram, sub signo nostro nummos cuderint, his vtatur: eosq; omnes Regno nostro eijciendos, atque exterminandos curabimus. *Sigism. Craco. 1539.*

De Moneta Pruthenica.

DE Moneta Ducis Prussiæ, & Ciuitatum Pruthenicarum, vnà cũ Consiliarijs nostris, & terrarum Nuncijs Constituimus: vt hæc illorum Moneta deponeretur, per eos Proceres: qui in Statuto ad id sunt designati, ad iustum pondus seu valorem, ac mensuram ipsius monetæ: & hoc vt sine damno Reipub. fieret. Nolumus enim, vt aliquis alius id damni ferat: nisi is qui vtilitates ex ea percipiebat. proindeque huius rei realis executio ad hoc tempus esse debet. *Sigim 1543.*

Poloni ad externam Monetam non cogantur.

VOlentes nos in eo adequare maioribus nostris, pollicemur: Quia Regni nostri subditos, ad vllam aliam aliorum nostrorum dominiorum Monetam non cogemus. *Sigi. Augusti. Petricou. 1550.*

Communi Moneta, vel Pragensi, soluantur Contributiones Regiæ

INsuper licèt Collectores nostri, per literas nostras Cracouienses & Sandomirienses, pro Exactionibus nostris, vulgariter *Kroleſtwo* nuncupatis, in signum subiectionis & veri dominij, nobis solui ibidem in moneta currenti, & consuetis Grosis Pragensibus, à kmethonibus receperint: & nostro infiscauerint thesauro: ne tamen hoc valeat, in posterum dictis terris parêre aliquod detrimentum, vel luribus earundem derogare, Decernimus, & edicto perpetuo Statuimus: vt amodo in dictis terris, Cracouiensi & Sandomirieñ, non alia nisi currens, & communis in Regno moneta, pro huiusmodi Exactionibus nostris exigatur. hoc prouiso: Quòd si aliqui subditi nostri, in dictis terris, à suis Kmethonibus, pro ipsorum censibus Grossos Pragenses receperint, vel recipere voluerint: illi etiam kmethones *Ex Priuilegio Iagellon. Vlia dissas prope Czervvienko. Folio 49.*

thones, ad ſoluendum nobis ſimiles Groſſos Pragenſes, pro Exactionibus noſtris, per noſtros Collectores arceantur.

¶ Vide hoc idem in Titulo CONTRIBVTIO. Folio 113.

MORTVVS CITATVS.

¶ De Citato mortuo, Vide in Titulo ACTOR. Folio 6.

MOTIO IVDICIS.

Motio intermiſſa reſtituitur.

Sigiſmundus 1538. C 2.

QVia Iudicum incuria, & negligentia, frequenter euenire ſolet: quòd Sententiæ, contra Iuris & Conſuetudinis diſpoſitionem, ab eis ferũtur: ad petitionem Nunciorum terrarum, Motionem Iudicis, quæ olim fuit in vſu, & nunc quoque in maiori Polonia ſeruatur, in vſum priſtinum reſtituimus, vbiq; in Regno noſtro ſeruandam.

Formula mouendi Iudicis.

Ibidem.

VErùm ne quis Iudicem mouens, ob ignorantiam Formulæ, ea in re ſeruari ſolitæ, in cauſa ſua labatur & ruat: eam hîc volumus adiungere. Pars ergo, contra quam lata fuerit Sententia, ſeu Decretum, per verba inſcripta Motionem faciet dicens: Domine Iudex, Decretum hoc, ſeu Sententiam tuam, tanquam iniquam & iniuſtam, pro Iure non ſuſcipio: ſed te Moueo ad Conuentum generalem Regni, proximè celebrandum.

Termini aſſignatio poſt Motionem factam.

Ibidem.

MOtione hoc modo facta, Miniſterialis mox, ſine quauis additione Iudicij, diem Iudicij ſextam, in Conuentu generali proximè celebrãdo, ad comparendum cum Decreto, ſeu Sententia ab eo lata, aſsignare poterit', & debebit.

Et hæc omnia, puta Motio, & Termini aſsignatio, debitè in Acta Iudiciorum, per Iudicium & Notarium inſcribi debent. Reliqua verò in robore ſuo, ſecundum antiquum Statutum conſeruamus. Pars verò Motionem faciens, non plùs quàm vnum Groſſum, pro ijs ſoluere tenebitur.

In quibus caſibus, Motio non admittenda.

☞ 1. Primò, pro Telonijs, & Foralibus, iniquè extortis.
☞ 2. Pro adminiſtratione Iuſtitiæ. (datur.
☞ 3. Pro redimendis bonis obligatis. niſi hæreditas eſſe prętен-
☞ 4. Et ſi quis ſponte in Inſcriptiones Motioni ſeu Appellationi renuncia-

renunciauit. Generaliter verò à Sententijs interlocutorijs Decretis, & alijs Acceſſorijs, per quæ partes ſe grauari prætenderint à Iudicibus Regni, ante Sententiam definitiuam appellari non poteſt: niſi à Decreto fundationis Iuriſdictionis: vbi Iudex aliquem ratione diſtrictus perſonæ Priuilegij vel cauſæ ſuæ Iuriſdictioni non ſubiectum iudicare vellet.

¶ Motio Iudicis, ſeu Appellatio Caſtrenſis, omiſſo Capitaneo, ad Regni Comitia fiat. Vide in Titulo APPELLATIO Folio 17.

MVNIMENTA.

POterint tamen & Actores, in faciundis documentis, habere Dilationem: cùm Citato idipſum ſit permiſſum. *Sigiſm. Petr. 1523. Folio 33.*

Qui ſe recipit ad Munimenta, & non probat, cauſa cadit,

QVi verò recipit ſe ad aliquam ſuam Exceptionem, vel Allegationem probaturum aliquibus munimentis, nec probat: quo lucrari voluit ipſam cauſam perdit. *Conſuetudo Folio 123.*

MVTVVM.

Si Ciues, aut Mercatores, dant mutuò aliquid.

FInem litibus imponere cupientes, Statuimus: Vt ſi quis Ciuis, aut creditor, pannos, aut alias res, ſeu mercantias alicui terrigenæ mutuo conceſſerit: præter literam obligationis, in qua conſtare poſſet de debito ſuo: Ciuis agens probabit per teſtes, talem contractum initum ſecum: & probans Iudicialiter obtinebit. aliâs Reus negans debitum, per proprium Iuramentum præſtitum, ab impetitione agentis abſoluetur. *Kazim. Mag. Viſtic. 1368. Folio 16.*

Qui mutuant, nec habent Inſcriptionem, Iuramento negantis abſoluuntur.

ITem, Si quis alicui pecuniam mutuauerit: & Inſcriptionem non habuerit: citaueritq; Mutuarium: tunc mutuarius, aliâs Citatus, Iuramento præſtito, ab inſtantia petentis, & debiti petitione abſoluetur. *Conſuetudo Crac. Fol. 123.*

NOBILIS.

Nobilitatem probare volens, ſex teſtes producat: duos de ſua genealogia: & quatuor, ab Auis & matre.

NObilitatis ſtirpes, ex progenitoribus eorum ducunt originem ſemper. quorum nati progreſſum de genealogia approbare, eorum fideli teſtimonio conſueuerunt. Si quis itaque dicat, & aſſerat ſe Nobilem, aut Illuſtrem: & cæteris Nobi- *Kazim Viſtic 1368. Folio 16.*

ris Nobilibus hoc negantibus, asserat se parem: ad probandam suæ genealogiæ Nobilitatem, debet inducere sex Nobiles, viros seniores: duos, de sua stirpe genitos. Et hi duo iurati dicāt: Quòd sit eorum frater: & de domo, ac stirpe eorum paterna procreatus, de secunda & tertia genealogia, etiam per duos testes producendo.

Nobilis est, cuius vterque parens Nobilis, ex familia Nobili genitus, iuxtaq; morem patriæ, inter Nobiles viuit. vel etiam, qui ex patre Nobili, matre plebeia nascitur.

Alexan. in Rad. Folio 117.

ET quoniam quæstio incidere de genere Nobilitatis, quæ diuerso modo à quibusdam interpretari solet, Declaramus: (quantum ad præsens Statutum pertinet) Eum tantummodo vocari Nobilem, & capacem Dignitatum & Beneficiorum: cuius vterq; parens Nobilis, & ex familia Nobili sit progenitus: & quòd tam ipse, quam parentes eius habitarent & habitant, in suis possessionibus, Castris, Oppidis, vel villis: iuxta morem patriæ, & consuetudinem Nobilitatis, viuentes Legibus & Iuribus Regni nostri Nobilium. In quo genere Nobilitatis, eos quoque Nobiles appellandos censemus: qui licèt matre populari, patre tamen Nobili sunt procreati. quorum tamen parentes, & ipsimet, viuant & vixerint, ad instar aliorum Nobilium in Regno: (vt supra) & non exercuerint, vel exerceant eas artes, & actiones: quas communiter Ciues, & qui in Ciuitatibus morantur, exercere solent. Per contrarium enim vsum, Nobilitas ipsa in popularem & plebeiam conditionem transire solet.

Si improperauerit Nobilis Nobili asserendo illum esse filium Meretricis.

Kazim. Visit. 1568. Folio 27.

CVm omnis scurrilitas verborum, & turpiloquium, homines ad rixas prouocans, apud virtuosos homines non immeritò debeat euitari: atq; (nisi metu pœnæ, quandoq; aliqui prohibentur à talibus, & refrænātur) nequeunt aliâs prohiberi: vnde Volumus: Vt si quispiam linguam suam non refrænans, Nobilis Nobili improperauerit, asserens eum esse filium meretricis: & statim non reuocat: aut negat, quod dixit: neq; probat eum esse talem, vt asserebat: pro vituperio illius, quem sic vituperauit, ratione pœnæ soluat 60. Marcas grossorum: veluti ipsum occidisset. Idem dicimus, si matrem ipsius meretricem nominauerit, nec probauerit, quod asseruit: in similem pœnam ipsum decernimus incidisse. & reuocādo debet dicere: Id quod sum loquutus, mentitus sum, sicut canis.

Qui vituperat Nobilem, & postea negat, iurabit se non dixisse.

Si quis

SI quis Nobilis, aut asserens se de Nobili genere procreatum, dicat: quòd aliquis sibi, impar existens in generatione, vituperosa verba intulisset: Quòd tunc ille Reus, eidē æqualis non existens, & negans se improperationē fecisse, proprio Iuramento ab increpatione eius absoluatur. *Iagell. Cracc. 1423. Fol. 46.*

Nobilitati kmetho vituperio suo nocere non potest: excepto vno casu.

KMetho verò non poterit alicui Nobili, vel pro Nobili se gerenti, Nobilitatem eius increpare, nisi fortè idem Kmetho audierit, per alium Nobilem ipsum increpatum esse: & ipse se de huiusmodi improperio minimè expurgauit. Hoc tamen volumus intelligi, de illis Nobilibus: qui ad Expeditionem seruiunt: & Iudicijs Terrestribus subsunt: non autem de illis Nobilibus: qui in ciuitatibus residēn, ceruisiam propinant: aut fortè alij sunt vagi, in terra nihil habentes: cùm tales teneantur se expurgare. *Ibidem.*

Nobilis nisi Iure victus fuerit, non captiuetur.

CAptiuari etiam nullus Nobilium debet, nisi Iure conuictus. iuxta Statuta & Priuilegia. *Sigis. August. Petric. 1550.*

Nobilis prius Iure victi, bona confiscanda.

VT gratia vberiori consolentur à nobis Nobiles, & nos fide & seruitijs amplioribus prosequantur, Promitimus: Quòd ex nunc & decætero, nunquam alicuius subditi Regni nostri, cuiuscunque Dignitatis, eminentiæ, status, aut gradus fuerit, bona hæreditaria recipiemus, confiscabimus: recipi, aut confiscari faciemus: nec se de eis per nos, vel Officiales nostros, vel alios quoscunq; homines, intromittemus: vel intromitti faciemus: pro quibuscunque excessibus, aut culpis, nisi priùs super hoc præcedat Iudicium nostrorū: quos ad hoc deputauerimus, cum nostris Prælatis, Baronibus: matura cognitio & Sententia sequatur. *VVladisl. Rex. Folio 48.*

Nobiles possunt habere domos, in Ciuitatibus.

QVò Nobiles tanto faciliorem viuendi rationem habere queant: vt eisdem liberum sit, in ciuitatibus areas, domos, & promptuaria, aliâs *Spiklirze*, eruere admittimus: ita vt hoc ipsum eisdem negari non possit. tali tamen ratione: vt ne Iurisdictionem ciuilem deuitent: & omnia debita, & onera ciuilia, ex illis areis & domibus seruientia, subeant. *Sigis. August. Petric. 1550.*

Qui Nobiles capiendi sunt, vel non.

Alexan. Radom. 1505. Folio. Ccv.

QVanquam propter deprauatam adoleſcentium Nobilium multitudinem: quorum hac tempeſtate, adeò aucta eſt licentia: vt etiam tanquam prodigioſè iſtud commiſſum eſſet, quòd non poſſet coërceri eorũ temeritas: Conſtitutionibus antiquis decernentibus, nullum captiuandum fore, niſi Iure victus eſſet: Quapropter innitendo veteri prædeceſſorum noſtrorum inſtituto, Decernimus: Nullum Nobilem captiuandum, qui bonæ eſſet famæ: niſi prius Iure eſſet conuictus. Non cenſebitur verò bonæ famæ eſſe quilibet, ter in Regeſtris maleficorum deſcriptus. Is ergo, vti malæ famæ, abſque Iuris proceſſu, præſentis duntaxat Statuti patrocinio capi, detineriq́ue poterit.

Ad biennium hæc lex prorogatur, de ſuſpectis in crimine.

Sigiſm. Crac. 1514.

IN Statutis Radomienſibus, Statutum de his, qui ſuſpecti fuerint in crimine (qui videlicet ter in Regeſtris maleficorum reperti fuerint, vt infames eſſe cenſeantur) non in perpetuum, ſed ad duos annos, robur ſuum habiturum decernimus.

Eadem ad quinque annos prorogatur.

Sigiſ. Petric. 1510. Folio 15.

STatutum autem Sereniſsimi olim Alexandri Regis, de malefactoribus, & prędonibus, ſiue ipſorum fautoribus, in Radomieñ Conuentu quondam editum, ab hinc ad quinq; annos exercendum etiam & exequendum, Conſiliarijs noſtris idipſum ſuadentibus & petentibus, promittimus, & pollicemur. de quibus etiam Capitanei locorum, nos certiores facere teneantur, Regeſtra examinum nobis tradendo: ſub pæna præmiſſa.

Cauſam Nobilitatis non Spirituales, ſed Iudicium Seculare iudicabit.

Bodzanta Epiſco. Cracouien. Folio 56.

PRæterea ne propter cauſam Decimalem, Iudicem Eccleſiaſticum de Nobilitate Nobilẽ iudicare contingat, Statuimus: Quòd vbi quis Clericus petens Decimam illiberam, ab aliquo, qui ſe dicit Nobilem, ipſumq́: propter hoc ad Iudicium Eccleſiæ reuocaret: volumus, vt cauſa Nobilitatis eius, vel nobis, vel Officiali noſtro per ipſum propoſita, clypeoq́; ſuo & parentela nominatis, per Nos, vel Officialem noſtrum, nullatenus iudicetur: ſed remittatur ad Iudicium Seculare. vt ibi Nobilitatis quæſtione primitus expedita, doceatur Eccleſia: quo Iure talis Decima conferri debet, circa ſolutionem Decimæ prædialis. (TIA.

¶ De violentia quæ à Nobilibus infertur, Vide in Tit. VIOLEN-

¶ De vulneribus Nobilium, Vide in Titulo VVLNVS.

De libertate

¶ De libertate à Telonio Nobilium, Vide in Tit. TELONIVM.

¶ Nobili, extra metas Regni Expeditionem facienti, quinque Marcæ, super quamlibet haſtam dari debent, Vide in Tit. BELLVM. Fol. 24.

¶ Nobilitati, damna extra metas Regni paſſæ, Rex reſarcire debet, Vide in Titulo BELLVM. Folio 24.

¶ Nobiles ad Expeditionem bellicam ſunt obligati, & debent ſeruire armati, Vide in Titulo BELLVM. Folio 24.

NOTARII.

Notarij terrarum, etiam circa poſitionem Librorum præſentes eſſe debent, alioqui, electio ad Palatinum & Nobilitatem de more deuoluitur.

NOtarij Terreſtres ſint præſentes, circa poſitionem Librorum Terreſtrium: & moniti ſecus facientes, pœna Statuti puniantur: & electio de more, ad Palatinum & Nobilitatem deuoluatur. *Sigiſ. Petric. 1519. Folio 21.*

Notarius cum Camerarijs, pro kmethone profugo iudicent,

STatuimus: vt pro Kmethonibus fugientibus, à die data præſentium, in futurum Citentur, qui citandi ſunt, ad Iudicia terrarum. in quibus Iudicijs Terreſtribus, in primo termino tanquam peremptorio, comparere & reſpondere citati tenebuntur. Et ſi Termini non celebrarentur tunc, cùm Terminus ipſe penderet partibus: nihilominus, non obſtante abſentia Iudicis, Subiudicis, & aliorum Dignitariorum Officialiumq́; Iudicijs præſidere ſolitorum, Notarius & Camerarij, qui intereſſent poſitioni Librorum, fugitiui Iudicium iudicabunt ſententiabuntq́ue. *Ioan. Albert. Folio 98.*

Bonorum exemptiones etiam, Notarius cum Camerarijs iudicabit.

EAndemq́ue authoritatem, in abſentia Iudicis & Subiudicis, habituri ſunt, in cauſis, Citationumq́; Terminis, pro bonorum exemptionibus præfixis: ſic, vt redempturus bona, pecunias coram Notario, & Camerarijs reponat: quas Notarius ipſe, cum Camerarijs, decernat recipiendas, & exemptionem faciendam. Quorum decreto ſi fortaſſe reniteretur eximendus, & de obligatione cedere nollet: nihilominus ipſi cum Libro Iudicio præſidentes, pecunijs iuxta tenorē obligationis receptis, ad Cancellariamq́ue Terreſtrem repoſitis, decernant exemptionem factam. ita quoque exempti poſſeſſionem aſsignandam, eamq́; iuxta formam Iuris, aſsignabunt parti, pecunias reponenti. *Ibidem.*

Vt Iudices, ita Notarij eligantur.

Kazi. in Nieſzo. & Opoki. 1454 Fol. 94.

VAcante autem Notariatu terrarum, in qualibet terra, terrigenæ illius terræ, vbi Notariatus vacat, in Conuentione Terreſtri nominabunt quatuor perſonas idoneas, pro eodem Officio aptas, prout de Iudicibus, & Subiudicibus, ſeruari ſolitum eſt. ex quibus quatuor, ſic nominatis perſonis, vni illorum conferemus Notariatum, ad placitum noſtrum.

Ex Spiritualibus neque Notarij neque Vicenotarij ſint.

Sigiſm. Petr. 1538. B 4.

PEtitionibus Nunciorum Terreſtrium permoti, & ad ſopienda odia, (quæ aduerſus Eccleſiaſticos viros, ob quorundam inſolentiam, apud ſeculares excitari contingit) Statuimus: Vt Eccleſiaſtici viri. Beneficiati aut Sacerdotes, non ſe immiſceant deinceps Iudicijs Secularibus: neque officium Notariorum, aut Vicenotariorum, in Secularibus Iudicijs obeant, ad quæ per Iudices Terreſtres non admittantur.

Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550.

¶ SIMILIS. Quia quodlibet Officium habet ſua negotia: ideò Spiritualis perſona Notarius Terreſtris eſſe nequit.

Notarij quoque electi, coram Palatino aut Caſtellano iurent.

Sigiſ. Petric. 1519. Folio. 24.

TErreſtres Notarij ſint iurati: & in primis Terreſtribus Terminis, Iuramentum præſtent: ſub pœna priuationis Officij: videlicet coram Palatinis ſuis, aut Caſtellano illius terræ.

Sigiſm. Crac. 1532. B 1.

¶ SIMILIS. Notarij Terreſtres ſint iurati: iuxta tenorem Statuti, ſuper eo conditi.

Iuramentum Notarij.

EGo A. Iuro, quia iuſtè ſecundum Deum, Ius ſcriptum, æquitatem, & partium controuerſias iudicabo, conſulam Iudici, fideliterq; partium, recognitiones, controuerſias, affectationes, ſeu proteſtationes Iuridicas, vel Iudicis decreta, in librum Actorum terreſtrium inſcribam, & inſcribi curabo, diuitis, & pauperis, amici, & inimici, ciuis & peregrini, diſcrimine ſublato. Et neq; fauorem, neq; odium, neq; premium, neq; pœnam mihi propoſitam curabo: ſed in iudicando, conſulendo, & ſcribendo, ſolum Deum & iuſtitiam ſanctam, & æquitatem, partium recognitiones, Controuerſias, ac Iudicis ſententias, in hiſq; omnibus iudicium conſcientiæ meæ ſequar, & audiam: aliaq; negotia mihi incumbentia fideliter & pro poſſe meo peragam. ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Crux Chriſti.

Notarij per ſe in Iudicijs reſideant.

Item

ITem Notarij Terreſtres, ad officium Notariatus promoti, ſemper ſoli Iudicijs, & non per alios, vel ſubſcribas, vel ſurrogandos reſideant: vbi commodè poterint, aliâs, liceret habere eis Subſtitutos: quos Baronibus, Iudicibus terrarum, in quibus Officium huiuſmodi poſsident, ſubſtituendos præſentare teneantur: & quòd tales ſint bonæ famæ: & à dictis Baronibus, & Iudicibus, ad Officium huiuſmodi approbati. Aliâs, nobis continuò hoc ipſorum Officium, alijs habilioribus, & magis aſsiduis eſt conferendum. Nulla autem leuis cauſa, abſentiam Notariorum poterit excuſare. *VVladiſl. Lagello Iedlna, Folio 52.*

Notarij Vicenotarios habere poſſunt circa ſe: ſed ipſi Literas ſubſcribant.

NOtarij Terreſtres, officia illis incumbentia diligenter curent: & per ſemetipſos expleant. Notarios tamen Terreſtres Subſtitutos ſeu Vicenotarios, qui in ſcribendo duntaxat illos adiuuent, habere permittamus. hoc expreſſo: vt ipſemet præſentia ſua, tam Iudicijs Terreſtribus, quàm repoſitioni Librorum, & alijs Iuridicis actibus interſint: & Literas, & Reſcripta quæcunque, ex Actis Terreſtribus, in Pergameno & papyro extradenda, manu ſua ſubſcribant. *Sigiſm. Craco. 1532. Bi.*

Pœna abſentis Notarij: niſi abſit ex cauſa.

QVia inanimaduertentia Notariorum, multæ negligentiæ fiunt: itaq; reuocantes antiqua Statuta, Conſtituimus: Vt ſoli Notarij Iudicijs aſsideant: & litigantiũ cauſas abſoluant: non per ſuffectos vicarios. Quòd ſi in eo negligentes fuerint: Palatini terrarum Nobilitati diem nouæ electioni præſtituere tenebuntur, ad eligendum nouum Notarium. excepto, ſi Notarius Reipub. cauſa ſit occupatus: vel ægrotet. *Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550.*

Neque Notarij: neque Vicenotarij cauſas procurent.

PRæcauendo difficultatibus hominum, Prohibemus: Ne vllus Notarius, & Vicenotarius, apud Iudicium, circa quod reſident in Officio, cauſas vllas procurent. *Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550.*

Quæ eſt Notarij & Camerariorum poteſtas: abſente Iudice.

TErminos verò ac eorum Iudicia, Statuimus in terris & diſtrictibus ſingulis, ſic: vt conſueuerunt teneri, celebrariq́ue. At vbi pro aliqua vice celebrari non poſſent, pro qua celebranda erant: nihilominus pro eiſdem, die, & loco, prout in quibus ipſa Iudicia fieri conſueuerunt, volumus & Decernimus, vt totiens, quotiens Iudicia celebranda erant, ad minus Nota- *Ioan. Albert. 1496. Folio 97.*

nus Notarius Terreſtris, perſonaliter (ſub eadem pœna, per eum, ſi ſecus fecerit, ſoluenda: quam ad Iudicem, & Subiudicem, abſentes, coſtituimus) vnà cum Camerarijs (ſi cæteri Officiales venire non poſſent) conſtituatur, cum Libris Iudiciorum. Coram quibus, Notario & Camerarijs, homines ad Librum venientes, Inſcriptiones facient in Libro: aut deſcribant. prout cuilibet inſcribendi, vel deſcribendi, neceſsitas incumbet.

Cùm aliquis redarguit ſententiam Notarij.

Kazim. Mag. Viſlicie 1569. Folio 28.

CVm aliquis arguit, aliâs *Nágáni*, ſententiam cuilibet Notario Terreſtri, pelliceas vulpinas, abſque omni contradictione, & antequam ad aliquam audientiam admittatur, dare & ſatisfacere teneatur.

Si Notarius inſcribere nollet.

Sigiſ. Petrico. 1523. Folio 38.

QVòd ſi Notarius Terreſtris, inſcribere in Acta Iudiciaria, ea quæ Iudex cum Subiudice decernendo præceperunt, noluerit: vel ipſe Notarius rebelliter de ſede Iudiciaria abierit, acticare nolens ea, quæ ad officium eius pertinebant: per quod partibus aliquid poterit præiudicari: talis Notarius, per Iudicium Regiæ Maieſtatis, delatus priuatione ſui Officij punietur.

¶ De Salarijs Notariorum, ab Inſcriptionibus, Vide in Titulo, SALARIA COLLEGARVM IVDICII.

NVNCII.

Qui, quales, & quot Nuncij Nobilitatis, ad Conuentum ſunt mittendi.

Sigiſm. Craco. 1540.

CVm cerneremus numerum Nunciorum Terreſtrium, qui ad Conuentum generalem deſtinantur, eouſq; proceſsiſſe: vt theſaurus Reipub. in illos neceſſario plus æquo grauaretur: & magna pars Cõtributionum publicarum, in illos expenderetur, defenſioq; Reipub. per hoc minueretur: ac item omnes tractatus & actiones, in Conuentibus neceſſariò cum illis agendæ, in longum traherentur: propter numeroſam illorum multitudinem: (quorum plerique in hoc munus ſeſe ingerunt: vt actiones, cauſas Iudiciarias, in Iudicijs, & negotia priuata, quæ in Conuentibus eis incumbunt, poſſent commodius peragere) Propterea Conſiliarijs noſtris cenſentibus, in præſentia Nunciorum Terreſtrium, ante concluſionem Conuentus præſentis edici fecimus: & hac Conſtitutione noſtra decernimus: Vt in Conuentibus particularibus, Nuncij ad Conuentum generalem non plures eligantur, quàm olim eligebantur, regnantibus fœ-

tibus fœliciter prędeceſſoribus noſtris. Quodq; nullus Nunciorum eligatur qui cauſam & actionem Iudiciariam, in Conuentu agendam haberet. Per hoc enim & Iudicia Conuentionalia interturbãtur: & tractatus Nunciorum plerunque intermittuntur: cùm vtrique negotio ſimul ſatisfacere non ſufficiant.

Pœna à Sigiſmundo Rege ſtatuta, contra violatores Conſiliariorum & Nunciorum, ad Conuentus publicos, ſiue ex illis proficiſcentium, ſiue in eiſdem commorantium. quod etiam de violatoribus Iudicum Ordinariorum, ſiue Commiſſariorum, eſt intelligendum.

ITem contra eos, quorum licentia eouſque progreſſa eſt: vt ita promiſcuè, ſiuè in vijs publicis, ſiue in villis, & oppidis, non ſolum priuatas, ſed etiam publicas perſonas, violare non formidant: Itaque talium hominum inſolentiam cohibere & coërcere volentes, cum conſilio omnium Regni Conſiliariorum, Statuimus & decernimus: Vt quicunq; Prælatos, Barones, & Conſiliarios Regni ſtatus cuiuſlibet, & itẽ Nuncios, ſiue Noſtros, ſiue Terreſtres, noſtra ac Reipub. negotia obeuntes, ad Conuentus publicos, ſiue Terreſtres, ſiue Generales, proficiſcentes, in eiſdem Conuentibus manentes, ſiue ab eiſdem in domos ſuas redeuntes, quatuor ſeptimanis ante Conuentus, & pòſt alijs quatuor ſeptimanis, ſiue in vijs, ſiue in villis, & oppidis, quoquo modo inuadere & violare auſus fuerit: crimine læſæ Maieſtatis reus iudicabitur. Idem verò de his, qui in Iudicijs, ſiue Ordinarijs, ſiue Commiſſarijs, Commiſſarios, Iudices, vel Officiales, publica Officia exercentes, violare præſumpſerit, taliter erit intelligendũ, vt eiuſdem criminis læſæ Maieſtatis obnoxij iudicentur. *Sigiſm. Craco. 1510. Fol. 13.*

NVNDINAE.

Nundinæ in Polonia per Germanos inſtituendæ.

SIgiſmundus, vniuerſis ſubditis noſtris, cuiuſcunq; ſtatus & conditionis fuerint, in Regno noſtro vbilibet exiſtentibus. Syncerè & fideles dilecti, Non incognitum eſt vobis: nos propter varias & multiplices iniurias, & grauamina, q'iæ ex Sileſia & Marchia, Regno & ſubditis noſtris inferuntur, omnia itinera in ipſam Sileſiam & Marchiam, de conſilio vniuerſi Senatus noſtri, & inſtantia regnicolarum noſtrorum, ad decennium, à feſto Reſurrectionis domini proximè futuro computando inhibuiſſe: ſimul ac vobis ſtrictiſsimè mandaſſe: vt hoc toto decennio nemo veſtrum auderet. illuc in Sileſiam & Marchiã, res & merces aliquas, tam grandes, quàm exiguas, cuiuſcunq; qualitatis fuerint, (præterquam ſal noſtrum) vehere *Sigiſm. Craco. 1524.*

& inferre: sed nec ad alias quascunque remotiores partes, easdem res & merces, de Regno nostro, per ipsam Silesiam, aut Marchiam ducere: & boues etiam, ad alia aliqua bona, extra ipsum Regnum nostrum, (praeterquam ad ea, quae per nos designarentur) quouis modo, praetextu, vel colore pellere praesumeret: nedum sub amissione ipsorum boum, & mercium: verùm etiam omnium bonorū suorum confiscatione. Proinde cùm ipsum festum Resurrectionis Domini, iam appetat, à quo executio eius inhibitionis, ac edicti nostri, inchoari debet: Consulere volentes, tam subditorum nostrorum, quàm etiam hominum externorum commoditati: Nundinas, seu fora annua publica, pro vendendis & emendis bobus, in oppidis Regni nostris infrascriptis, & finibus eius existentibus, loco Nūdinarum, in Germania & Silesia priùs agi solitarum, designandas & instituendas duximus: designamusque, ac instituimus praesentibus nostris literis: Videlicet in Maiori Polonia, & oppido Srzem, quatuor fora annualia: primum scilicet pro festo Sancti Erasmi, loco Nundinarum in Budsthet pro festo Sancti Ioannis Baptistae agi solitarum. Secundum, pro festo Visitationis glorioßissimae Virginis Mariae, loco Nundinarum Herfordiensium: pro festo Sancti Iacobi celebrari consuetum. Tertium pro festo S. Laurentij loco Nundinarum in Geruasth, pro festo Sancti Bartholomaei teneri consuetarum. Et quartum pro festo S. Heduigis loco aliarum Nundinarum, Budstheteñ. pro festo omnium Sanctorum, institutarum. In Minori verò Polonia in oppido *Krzepice*: similiter alia quatuor fora annualia, pro ipsis etiam bobus vendendis & emendis instituimus. Primum pro feria secunda proxima post festum Ascensionis Domini, pro Nundinis in *Brzég* pro festo Sanctae Trinitatis, teneri consuetis. Secundum pro festo diuisionis Apostolorum loco Nundinarum in *Nissa*, pro festo Sancti Iacobi agi solitarum. Tertium pro festo Sancti Augustini loco aliarum Nundinarum in *Brzég*, pro festo Natiuitatis sanctae Mariae institutarum. Et quartum pro festo Sancti Francisci Confessoris, pro Nundinis in *Swidnicá*: ad festum Sancti Galli agi solitas. quo locorum & viarum compendio & pascuorum copia, quae circa duo praedicta oppida, maior quam alibi suppeditari fertur possint facilius, tam subditi nostri, ad pellendos illuc boues, quàm etiam ipsi homines externi ad eos, in eisdem locis emendos, ac inde commodius expellendos adhortari. Conseruantes nihilominus, prout conseruamus praesentibus, in robore suo omnia alia, & singula fora in alijs Ciuitatibus, & oppidis Regni nostri, alijs quibuscūque temporibus in venditione & emptione ipsorum boum, dudum agi & celebrari solita, Inhibentes praesentibus: ne quisquam cuiuscunq; status, conditionis aut praeeminentiae existat, ad alia remotiora loca, extra Regnum nostrum, boues ipsos pellere praesumat: sub poena superius expressa, & gra-

sa, & grauissima indignatione nostra. Ne autem de præfatis Nundinis in oppido *Srzem*, quater in Anno, in *Krzepice* tot etiam vicibus pro emendis, & vendendis bobus, per nos institutis nundinis in Germania & Silesia prius celebrari solitis correspondentibus, quispiam suam ignorantiam prætendens, pœnam eandem incurrat: Mandamus vobis Locorum Capitaneis, ac Ciuitatum, & oppidorum proconsulibus, & Consulibus: vt eas ipsas Nundinas diebus forensibus, ac festis circa Ecclesias Parochiales, per publicas proclamationes, ad vniuersorum & singulorum, quorum interest notitiam, deduci faciatis, pro debito officij vestri, & gratia nostra, aliter non facturi. Datum Cracouiæ feria quarta proxima post Dominicam Palmarum. Anno Domini 1524. Regni nostri. Anno 18.

Palatini prouideant: vt omnes res liberè, per talenta & vlnas, in Nundinis Ciuitatum vendantur: Priuilegijs Posnanienſium, aliorumúe non obstantibus.

LIcèt Priuilegia, Ciuitatibus & oppidis, pro Nundinis habendis dari consueta, liberam facultatem contineant mercandi, vendendi, & emēdi: tamen quia delatum est ad nos, per querelas subditorum: quòd non obstante eadem libertate, Mercatores Posnanienses prohibere consueuerint: ne tempore Nundinarum externi Mercatores, & qui non sunt Ciues Posnanienses, minutim, ac per talenta & vlnas, merces suas venderent: considerantes hoc fieri in præiudicium Priuilegiorum Regni, pro eisdē Nundinis dari consuetorum, Statuimus inhibentes: Ne in futurum, per eosdem Ciues Posnanienses, aut quoscunq; alios, libertas eorundem Priuilegiorum impediatur: dātes facultatem Negotiatoribus, ad Fora & Nūdinas venientibus, negotia exercendi, merceſq; suas vendendi, ad libras, talentum, & vlnas: & prout poterint. quod vt obseruetur inuiolabiliter, ipsis Palatinis prouidendum committimus. *Sigism. Crac. 1507. Folio 6.*

In Nundinis etiam Leopolien. Lublinen. Posnanien. & Warsauien. alijsque libera sit omnium rerum, per talenta & vlnas venditio: sub pœna centum Marcarum.

INnitentes priori Statuto, Decernimus: Vt libera sit venditio rerum omnium, per talenta, & vlnas, in Nundinis Ciuitatum, & oppidorum: præsertim in Leopolienſi, Lublinenſi, Posnanienſi, & VVarſſauienſi Ciuitatibus: & in alijs omnibus, in Regno consistentibus. Quòd si Ciuitates ipsæ præmissis contrauenerint: citatæ ad præsentiam nostram, præmissorum occasione, vbicunque fuerimus constituti, peremptoriè, in pœna centum Marcarum (vbi aliqua earūdem ad minus tribus testibus conuicta fu- *Sigism. Petri. 1538. A 6.*

uicta fuerit) irremissibiliter eandem cõdemnabimus. cuius medietas pro fisco nostro Regio, altera verò pro parte instigante, spectare debet. Huiusmodi verò libertas incipere debet, à proximo festo Sancti Ioannis Baptistæ.

OBLIGATIO BONORVM.

Modus obligatoriæ Præscriptionis interrumpendæ, causa eximendorum obligatorum bonorum.

Kazim. Mag. Distinct. 1368. Folio 18.

SI verò aliquis dedit bona quædam hæreditaria, in obligationem, seu pignorationem: volumus, & Decernimus: Quòd idem sic obligans, aut eo deficiente eius consanguinei, aut proximiores in gradu, coram Iudice nostro, (si saltem ipsius præsentiam habere poterint) vel in Parochia illa, vbi pignorata illa hæreditas sita est, aut præsertim in Colloquio generali, faciat fieri publicè, semel ad minus in anno vnam Protestationem: ad denunciationem illius obligatæ hæreditatis: nomenque, & summam pecuniæ, pro qua impignorata extat, exprimere faciat. Qua Protestatione sic facta, & denunciatione, dictus obligans, aut proximiores eius in gradu, (vt præmissum est) infra triginta annos, redimendi & liberandi prædictam hæreditatem, plenam & liberam habeant facultatem. Quòd si non curauerint, vel neglexerint, per continuos quindecim annos, dictam facere Protestationem: ab omni Iure hæreditatis sic obligatæ, sentiant se cecidisse.

VVladist. Iagello Cracouiæ. 1423. Fol. 44.

¶ SIMILIS. Quamùis Præscriptio possessionis, siue hæreditatis, in pecunijs obligatæ, seu impignoratæ in quibusdam literis nostris, ad decemocto annos seruabatur, & currebat: quibus ansactis, eadem possessio per mutuatorem pecuniæ solebat perpetuò obtineri: visum tamen fuit Nobis, & nostræ Militiæ, æquum consonumque rationi: quia talis breuis Præscriptio, non sine pacto fuit obseruata. Vnde ex nunc Statuimus, in præfatis Obligationibus, Prescriptionem triginta annorum esse obseruandam. quibus infra quinquennium, aut decennium, vel cùm sibi placuerit, coram Iudicio, in actis suam Obligationem poterit innouare.

Si quis in foro Spirituali obligat se: pareat.

ETiam ad forum Spirituale pertinet eorum Iudicium: qui se sua sponte, in Spirituali Iure obligant, & inscribunt.

¶ Obligare Sculteti, Aduocati, Molendinatores, non possunt Sultetias, Aduocatias, Molendina, sine consensu dominorum. Vide in Titulo MOLENDINNM. Folio 286.

Obstacu-

OBSTACVLVM.

¶ Vide in Titulo FLVMEN. Folio 173.

OFFICIVM CASTRENSE.

Officium Castrense in quibus causis debet semper esse paratum.

DEbebit autem Officium Castrense, vnicuique semper paratum esse, in recenti crimine, in ministranda Iustitia, & exequenda re iudicata: exceptis duntaxat festis solennioribus, & diebus Dominicis: non expectatis Terminis Castrensibus. quæ causæ non debent differri, ad Terminos Castrenses: sed sine celebratione Terminorum debent exequi. *Sigism. Petri. 1523. Folio 36.*

Motio Officij, quæ libera est vnicuique granato, ad R. Maiestatem fit simpliciter.

AB officio verò in causis Officij, simpliciter ad nos Iudex Castrensis moueatur. *Sigis. Petric. 1538. B3.*

In maiori Polonia, Tenutarius bonorum, etiam coram Iudicio, vel Officio Castrensi conuenitur.

CONsiliarijs, Nuncijsque Maioris Poloniæ terrarum nobis recensentibus, in terris illis veteri consuetudine receptum esse, itaq; semper obseruatum: vt ad redimenda bona reemptitia, seu obligata, aut reformata, ad Iudicium seu Officium Castrense, vnicuiq; liceat Citare bonorum huiusmodi possessorem: ad tollendum pecuniam, & de bonis cedendum: nihilominus tamē plerosq; consuetudini huiusmodi reluctari: & cauillis, ac Exceptionibus varijs, in possessione bonorum redimēdorum sese confouere: Proinde vniuersis Consiliarijs, & terrarum Nuncijs Regni nostri censentibus, Statuimus: Vt consuetudo illa in omnibus, & per omnia obseruetur: vimq; Statuti obtineat: liceatq; bona sua cuilibet redimere volenti, ipsorum possessorem, ad tollendam pecuniam; ad Iudicium seu Officium Castrense Citare: Citatusq; pecunias teneatur recipere, forum Castrense non declinando. *Sigism. Cracou. 1540.*

¶ Officium Castrense, pro expulsione de bonis iudicabit. Vide in Titulo RESTITVTIO IN BONA.

OFFICII CAVSAE.

Causæ Officij, ad Regem per Motionem deuolutæ, citò expediantur: neque cum terminis Regalibus suspendantur, quorum suspensio publicari debet.

Sigiſm. 1540. IN grauamen ſubditorum noſtrorum maximum fieri cenſentes: vt cauſæ Officij, ſeu ad querelas ad tribunalia Capitaneorum Regni noſtri deductæ,& deinde ad nos per viam Motionis ſeu Appellationis deuolutę, cum Terminis noſtris Regalibus generaliter ſuſpenderẽtur: (vt pote quia celeri expeditione indigent: ne eorum, qui de iniuria queruntur, iuſtitia differatur): Statuimus, Conſiliarijs & Nuncijs terrarũ ita petentibus: Vt huiuſmodi cauſæ Officij, ſeu ad querelas ab Officio Caſtrenſi ad nos deuolutæ, nunquam deinceps cum alijs cauſis differantur, ad Terminos noſtros Regales: verùm ijſdem diebus, quibus Terminus ex Motione & Appellatione aſsignatus ceciderit, iudicentur & expediantur: dilatione generali Terminorum noſtrorum Regalium non obſtante. Hoc etiam adijcientes: vt Suſpẽſio generalis Terminorum noſtrorum Regalium, ita publicetur vniuerſis ſubditis Regni noſtri: vt ad illorum notitiam indubitatam deueniat. ne de illa ignorantes, ad tribunal noſtrum fruſtra fatigentur, laboribus & impenſis ſeſe grauando.

Cauſæ officij debent conſeruari in ſuis Conſuetudinibus.

Sigiſm. Crac. 1543. CAuſæ Officij debent in ſuis Conſuetudinibus conſeruari: & Motio ad nos in illis fieri. Quòd ſi tum à Regno abfuerimus: etiam ad Colloquia, cum negotio principali eas deuolui volumus.

Sigiſm. 1511. Folio 18. ☞ Officij cauſæ diſtrictum non habent.

PABVLA.

Nullus Pabula pro equis in via, hoc eſt, in villis, tabernis, aut in locis ſolitarijs, violenter recipiat: aut ad vendendum cogat nolentes. quin vnuſquiſque re ſua, pro libito ſuæ voluntais vtatur.

Kazim. Mag. Viſlic. Fol. 39. VM itaq; omnis violentia, non immeritò varijs Iuris ſanctionibus prohibeatur, & coërceatur: Maieſtas igitur Regia æquũ cenſuit, ſubditorum commoda in his præſertim prouidere. Statuimus ideo: vt tranſeuntes per viam, ad dominos ipſorum, vel in proprijs etiam negotijs procurandis, ſiue ſint Principes, Milites, aut alterius ſtatus, & cuiuſcũq; conditionis homines exiſtant, pro ſe expenſas, aut pabula equorum, in villis, tabernis, aut locis ſolitarijs, non recipiant: aut aliquam vim inferant, vendere nolentibus, aut à venditione ſe retrahentibus: ſed vnuſquiſque liberè vtatur re ſua, pro libito ſuæ voluntatis.

PALATINI.

De Iudici-

De Iudicibus Palatinorum.

ITem, vt Palatini certo numero suorum Iudicum sint contenti, Statuimus: Quòd secundum tempora antiquiora, Palatinus Sandomiriensis vno, & Palatinus Cracouiensis, pariter vno suis Iudicibus contententur declarantes, Quòd pro capite quolibet, Castellanorum Iudices, quilibet in sua Castellania, iudicandi & cognoscendi habeant facultatem. *Kazim Vislic. 1468. Folio 11.*

Duo Camerarij, Palatini & Succamerarij, Iudicis particularibus olim præsidebant.

IN Terminis particularibus, Camerarij Iudicum, & Subiudicum, alij duo Camerarij, videlicet Palatini, & Succamerarij, eligendi per eosdē, ad illos adiungendi. sine quibus Iudex, & Subiudex, & Camerarij eorum, non habeant iudicandi facultatem. Prædicti etiam Camerarij, seu Officiales Iudicij, sic locandi, non debebunt alias causas, nisi proprias procurare: vel ad procurandum, se de Iudicio leuare. *Iagel. Crac. & Varia. 1423. Folio 45.*

Palatinis, eorumúe Camerarijs redargutis quid debetur.

CVm aliquis arguit, aliâs *Nágáni*, sententiam Palatini: cuilibet Palatino pelliceas mustellinas: Camerarijs autem istorum, & aliorum omnium nostrorum Dignitariorum, per sex Scotos, absq; omni contradictione, & antequam ad aliquam audientiam admittatur, dare & satisfacere teneatur. *Kazim. Mag. Visl. Fol. 28.*

Palatini soli habent Ius creandorum Ministerialium.

HOc etiam specialiter declaramus: Quòd Officiales seu Ministeriales, aliâs *Służębniki*, nullus nisi Palatinus instituere, & eos iudicare, proque afflictione aut vulneribus, vel capite eorundem pœnas exigendi & leuandi omnimodam habent potestatem. *Kazim. Visl. 1368. Fol. 32.*

Palatini in Capitaneos non constituantur.

ITem, cùm singula officia suis actibus sunt deputata, Pollicemur: Quòd in nullis terris Regni nostri, Palatinum, aut Castellanum, in Capitaneum præficiemus: præter Capitaneum Cracouiensem. *Kazi. in Nieszo. & Opoki. 1454. Fol. 92.*

Pretia rerum ex æquo bono moderentur Palatini.

ITem, plerunque Ciuitatenses & oppidani mercatores, & artifices, Nobiles & aduenas, per inordinatam venditionem consueuerunt grauare, & opprimere: ideo Statuimus: Quòd Palatinus cùiuslibet terræ habeat facultatem *Kazi. in Korczyn. 1447. Folio 11.*

facultatem, huiusmodi immoderatam venditionem moderandi, & ad bonum ordinem ponendi, & constituendi.

Ciues renitentes ordinationi puniantur.

Item Rex. Folio 88.

ITem, si Ciuitatenses & oppidani, aliquo decreto in Statuto Palatini, contrarios & inobedientes se exhibuerint: huiusmodi Palatinus habebit facultatem, renitentem suo statuto & ordinationi, puniendi, mutilandi. iuxta antiquam Consuetudinem.

Mensura, pretia, ac modus vendendi, constituantur per Palatinos.

Item Rex in Anno 1454. Folio 95.

ITem Volumus: Vt quilibet Palatinus, in suo Palatinatu habeat potestatem, in singulis Ciuitatibus, artificibus quibuscunque, etiam pincernis, certam mensuram & modum, vendendi res suorum artificiorum constituere. ne terrigenæ nostri, & eorum homines, eorum venditionibus aggrauentur. quodque præfatus Palatinus, annis singulis tenebitur facere: sub pœna magua Regali, in terris singulis consueta, contra non facientes per nos statuenda.

Pretia & mensuræ rebus venalibus constituantur: & Fraternitates artificum ne sint.

Ioan. Albert. Petri. Fol. Cv.

ITem, quemadmodum Rex VVladislaus, prædecessor noster, in Conuentione Vartensi, recensendo artis mechanicæ homines, venditione rerum non ex æquo vtentes, Legem desuper instituit singularem: sic Nos scientes, rationabiliter atque consultò factam Constitutionem illam, decreuimus approbandam, & ratificandam: approbamusq; & ratificamus: Statuentes: Quòd Palatini terrarum, in singulis Palatinatuum suorum terris, ascitis sibi Capitaneis locorum, & Dignitarijs, quos commodè habere poterint, singulis annis, & certis diebus, tam frumentorum, quàm pannorum, & aliarum rerum terrestrium, quæ ad fora per kmethones ducuntur, & quæ in Regno nostro inueniuntur, pretia atque mensuras indicere, instituere, moderari, & erigere debeant: secundum Consuetudinem antiquam: prouidendo, ne circa easdem mensuras, & pretia, fraudes committantur. quòdque, iuxta illud mechanicorum KAzimiri Statutum, Fraternitates destruantur. Si tandem Palatinus ipse, aut aliqui Palatinorum nostrorum, illius antiqui atq; præsentis Statuti nostri executionem facere postposuerint: & in videndis, instituendisq; eisdem pretijs, negligentes aut incurabiles fuerint: seu aliquis eorum fuerit: extunc talis negligens Palatinus, pro pœna suæ huiusdem negligentiæ, equum ambulatorem no-

torem nobis dare debeat, & tenebitur: totiens, quotiens negligentiam in præmissis commiserit, eadem pœna per nos successoresque nostros puniendus.

Palatinorum Constitutiones Capitanei exequantur.

DIgnitarij & Officiales sua noscant Officia. Si verò quibus incognita sunt: à Regali Maiestate, & Dominis doceantur: eademque tam domi, quàm in bello debitè exerceantur. ne per quempiam commodo suo fraudentur Regnicolæ: defectuq; ordinis, grauaminibus mechanicorũ, & monopolijs mercatorum grauentur. Et quicquid Palatini ex Officio constituerint, præsertim in Ciuitatibus: id Capitanei ex Officio exequantur: sub pœna amissionis Officij. si autem obligatorius esset: centũ Marcas de inscriptis summis amittat, totiens quotiens negligens conuictus fuerit. *Alexan. 1504. Folio 111.*

Pretia rebus venalibus, ad instar externarum gentium constituantur.

QVamùis de pretio & valore rerum venalium, satis superque constat scriptum esse, & in nostris superioribus, & antecessorum nostrorum Priuilegijs: tamen cùm fortasse per negligentiã non fiat executio decretorum: idcirco Nos iterum, iterumq; decernimus & Statuimus: Quòd Palatini, in suis Palatinatibus, pretia mercantiarum, & rerum venalium constituent: perdiscentq; veris testimonijs, & documentis, pretia rerum: qualia sint, in partibus externis, vnde adducuntur. & iuxta hoc etiam constituent, iusta æstimatione facta. Contumaces verò, & contemptores huiusmodi Constitutionum, per Palatinos factarum, puniantur pœna amissionis mercium. *Alexan. in Pa d. m 1505. Folio 116.*

Palatino Consules assistant: et illius Constitutiones exequantur.

NE Consules Ciuitatum, & reliqui Ciues, negligentes & inobedientes sint, in exequendis Constitutionibus, super pretijs rerum venalium factis & fiendis, Statuimus: vt ijdem Consules & Ciues, Palatinis, per quos pretia mercium, & rerum reliquarum, imposita fuerint, vel imponentur, assistentiam facere teneantur: & executioni auxilium præstare: quotiens opus fuerit. Quod si sub quouis colore facere neglexerint: pro quolibet excessu, pœna centum Marcarum pecuniarum puniantur. cuius tertiam partem Palatino, reliquas duas pro Nobis reseruamus. *Sigism. Crace. 1507. Folio 4.*

Palatini prouideant: ne in mensuris, et pretijs, homines grauentur. alioquin, Palatinus puniet Ciues. Si verò ipsemet officium suum facere neglexerit: centum Marcis à Rege puniatur.

Sigism. Crac. 1510. Folio 9.

QVerelis communiter omnium subditorum nostrorum finem imponere volentes, Decernimus, & authoritate nostra mandamus: Vt Palatini officia sua exerceant, circa artificia ordinanda, Statuto veteri innitendo: & in alijs rebus, ad suum officium pertinentibus, communi vtilitati, & iustitiæ prouideant: ne in mensuris, & pretijs, homines grauentur: & ne Iudicia, ipsis non curantibus, cum detrimento communis iustitiæ, temporibus debitis negligantur. Qui quidem Palatini, formam artificibus rei fiendæ, & pretium imponere debent. Si quis verò alia inusitata forma, res mechanicas habere voluerit: eas sic soluet, vt cum artifice conuenire poterit. Hæc autem Constitutio non solùm in nostris ciuitatibus, & oppidis: sed etiam in omnium Spiritualium, cuiuscunq; status & conditionis existant, per Palatinos fieri debet. facta verò, per Consules Ciuitatum & oppidorum seruari, custodiri, & exequi debet. Qui quidem Consules, transgressores quatuordecim Marcis punient, Palatino soluendis: Palatinus autem Consules, officium negligentes sibi commissum, totiens quotiens deliquerint, centum Marcis puniet. quarum duas partes fisco nostro applicamus: & tertiam partem Palatino damus. Vbi verò Palatinus deliquerit, & officium suum qualecunq; neglexerit: promittimus ipsum puniẽdum centum Marcis fico nostro applicandis: quoties de hoc compertum habuerimus.

Palatini officia sua, in constituendis rebus venalibus, diligenter exerceant: præsertim ingruente belli necessitate.

Sigismundus. 1523. Folio 21.

QVia mercatores, artifices, & alij, qui rebus ad vsum humanum necessarijs mercantur, eas ipsas res, pro arbitrio suo, & hominum necessitate, præsertim ingruente expeditione bellica, plùs æquo æstimare & vendere solent: in magnum Nobilium, & totius populi grauamen: Volumus, vt Palatini officia sua, in constituendis rebus venalibus, diligenter, iuxta vetus Statutum, exerceant. quos Capitanei locorũ, in eisdem officijs obeundis, minimè impediant: sed illos omni ope sua adiuuent. Vtq́ue ipsi Palatini ita pretia rebus imponant: vt non pluris vendantur, post emissas literas restium: quàm aliâs, per mercatores & artifices vendi consueuerũt.

Itaque de Palatinorum, Vicepalatinorum, & Ciuium negligentia, super taxatione rerum, sic statuitur.

Sigism. Petr. 1538. A5.

COnsentientibus Regni nostri Ordinibus, Decernimus: Vt de rebus, in Ciuitatibus & oppidis taxandis, Palatini ipsi dispositioni Statutorum omnino satisfaciant: &, quam hactenus admittebant, nullam deinceps in hoc committant negligentiam. Nam alioqui liberum erit vnicuique, negligentiam

gligentiam Palatini nobis deferre. Vbi verò, ignorante Palatino, per negligentiam Vicepalatini, taxatio rerum prædictarum intermitteretur: Palatino debet deferri Vicepalatini negligentia. Verùm si Palatinus, sciens ciusmodi negligentiam committi, officium suum in ordinem non redegerit: resq; non taxauerit, pretio illis constituto: citatus ex officio peremptorie, pœnam centum Marcarum pecuniæ luere debet. cuius medietas pro fisco Regio, alia verò pro parte instigante, spectare debet. *Idem Rex anno eodem.*

Vbi verò Constitutioni Palatini, Ciues vel oppidani quicunq; cõtrauenientes, plus ab aliquo emente extorserint: citati pro hac iniuria, si erunt Ciuitatum nostrarum incolæ, ad Palatinum loci illius, vel eius vices gerentẽ, pœnam quatuordecim Marcarum pecuniæ luent, & succumbent: si per Actorem fuerint conuicti. Si autem Spiritualium, Baronum, vel Nobilium subditi fuerint: ad eorum dominos, vel ipsorum locum tenentes citati, & rei in hac parte reperti, condemnari in pœna quatuordecim Marcarũ, totiens quotiens de inobedientia prædicta conuicti fuerint, debebunt. Quòd si Palatinus loci, ad querelam huiusmodi, iustitiam ministrare cũ Ciuibus & oppidanis neglexerit: citatus ex Officio, pœnam centum Marcarum, modo præmisso luere debet. Domini verò Spirituales & Seculares, in simili casu iustitiam ministrare negligentes, pro non administrata iustitia citati, ad Ius Terrestre peremptorie, pœna quatuordecim Marcarum pecuniæ puniantur. cuius media pars Iudicio, alia parti actoreæ cedere debet.

De eodem.

DOmini Palatini, iuxta Statuta antiqua, debent ex Officio suo prouidere, vnusquisque in suo Palatinatu: incipiendo à Ciuitatibus, & oppidis nostris Regijs, postea Spiritualium & Secularium Dominorum, & aliorum subditorum nostrorum: vt res mechanicæ, modij, mensuræ, vlnæ, venditio frumentorum, ceruisiarum, & aliæ res, sub Constitutionem cadentes, iustè conseruarentur, & venderentur. Et quicunque eius Constitutionibus aduersaretur, vel eas non admitteret: talis debet puniri pœna centum Marcarum. pro qua executionem debent facere ipsi Palatini. *Sigism. Crac. 1543.*

¶ Palatini Colloquijs adsint. Vide in Tit. COLLOQVIA. Fol. 85.

¶ Qui mensura breuiori vtuntur, per Palatinos puniantur. Vide in Titulo MENSVRA. Folio 278.

PANNVS.

Panni strictioris vel breuioris venditores, qua pœna puniendi.

QVia posset fraus contingere in textura pannorum, qui in Regno vendi solent. *Sigism. Cracc. 1507. Folio 4.*

di solent: non modò in diminuenda bonitate: sed etiam mensura longitudinis: Statuimus: Quòd si quis vel strictiorem pannum, vel breuiorem, quàm sit consuetum, vendere ausus fuerit: pœna falsi puniatur. Et nihilonus vniuersum pannum illius generis, ipso facto amittat. cuius tertiam partem Palatino, nobis autem reliquas duas, cedere volumus.

PASTOR.

Pastor oues ad villam pellat.

Kazi. Visliciæ 1368. Folio 25.

PRæterea de villanorum pastore Egidius deposuit: quòd ouem ad gregem depulsam, & custodiæ pastoris commissam, de grege amisit: nec per pastorem sibi esse restitutam dicit. Pastor verò asserebat, se ouem prædictam, vnà cum alijs ad villam reduxisse. Nos in tali casu Decernimus: pastorem hoc videlicet, quòd ouem cum cæteris ad villam impulit, Iuramento firmare debere.

¶ De pascendis pecoribus, Vide in Titulo PECVS. Folio 318.

PATER.

Pater pro scelere filij non tenetur: nec contra. sic nec frater pro fratre punitur.

Kazim. Mag. Vislic. 1368. Folio. 19.

CVm dicit scriptura, Quòd filius non portabit iniquitatem patris, nec è conuerso: ideo Statuimus: Quòd pater pro nequam filio, & è conuerso, minimè coërceatur, vel puniatur. Et idem de fratribus germanis, vel quibuscunque consanguineis, declaramus fore seruandum. nisi pater de culpa filij, vel filius de culpa patris, aut frater de culpa fratris, participando in crimine, delatus vel accusatus se nequierit expurgare. quia tunc: secundum exigentiam culpæ, puniendum esse crimen decernimus. Sed committens crimen, secundum magnitudinem eiusdem, percellatur: & puniatur, in bonis mobilibus, seu in parte hæreditatis, sibi contingente, Nobis & nostræ curiæ applicanda.

¶ Parentes non tenebuntur soluere pro filijs: si aliquando per lusum aliquid amiserint. Vide in Titulo LVDVS TAXILLORVM. Fol. 272.

PAX.

Ad pacem & vnionem Deus nos inuitat.

Ex Priuilegio Vladislai & Magistri Prus sie. 1404. Folio 132.

AVthor pacis, ad vnitatis & pacis Spiritum, suis rigorosis mandatis quotidie nos inuitat.

Pacis & belli, Charitatis & Odij antitheſis.

Attenden-

ATtendentes, quòd non nisi in pace, pacis opifex Deus perfectè coli valeat: & eanihil in Mũdo exoptari possit pretiosius, aut desiderabilius concupisci. Hinc est, quòd nos non absq; interna compassione, & graui cordis amaritudine recensentes: quot & quanta mala, ex guerris, & dissensionibus procedant: quotque ex contentionibus, & bellis, (si ea mortales agant) odia hominum, non sine etiam animarum & æternæ salutis dispendijs, ac excidijs ciuitatum, prouinciarumque & terrarum, ac in illis degentium, interitus subsequãtur: Diuinus deperit cultus: & sangninis effusio oritur: Cumq; talium discordiæ atq; bella, non solùm se, suosque, sed etiam alios plurimos tractura sunt, verisimiliter in præcipitium & ruinam: propterea supremis affectibus exoptamus: vt non crescant iurgia: sed iuxta magistram bonorum omnium Charitatem: quæ nihil sapit extraneum, nil asperum, nil confusum: imò propria virtute nutrit concordiam, dissociatos iungit, pacem & vnitatem consolidat: ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & beatæ Mariæ virginis glorioſæ, totiusque hierarchiæ cælestis, propagationem Fidei, cultum iustitiæ, & religionis Christianæ salutiferum incrementum. &c. *Ex Triuil. pacis & concordia inter Regẽ & Magistrum Prussiæ 1436. Fol. 133.*

Iterum pax laudatur.

INter humanæ voluntatis desideria, quæ in aliquem citra Deum finem, atque rerum omnium opificem diriguntur, nulla res optabilior, nulla gratior, (quemadmodum quotidianis experimur effectibus) nulla denique humano generi æquè salutaris, necessaria, iucundior, & vtilior, quàm pax habetur: in ortu redemptionis Domini nostri Iesu Christi, hominibus bonæ voluntatis denunciata per Angelos: & in recessu ad Patrem, cœtui Apostolico, & vniuersis Apostolorum sequacibus, geminata donatione relicta & repromissa. *Idem Rex Fol. 142.*

¶ SIMILIS. Attendimus, quales sint veræ pacis fructus: & quãta belli pericula: qualisque vastitas discordiam subsequatur. *Ibidem.*

Expedit Reipub. vt eius municipes quietè viuant.

EXpedit Reipub. vt subditi quietè viuant. quod fiet: si nulli noceant: & in virtutibus conualescant. *Sigis. Petric. 1523.*

Quales ciues esse oporteat: & quòd pax & concordia Regib. custodienda.

QVamùis disponente Domino, subditi debeant esse pudici, modesti, iusti, ac pacifici: effrænata tamen cupiditas eousque progressa est: vt nisi à custodibus iustitiæ frænaretur: tunc profectò concordia & pax inter homines deperirent. *Kazim. Mag. 1468.*

PECVNIA.

¶ Vide in Titulo MONETA. Folio 288.

PECVS.

De pecore ex feminibus abacto.

Kazim. Mag. Vistic. 1368. Folio 23.

VT quilibet de proximi indemnitate vigilet: à damnisque & iacturis diligentiùs caueat inferendis: Statuimus: Quòd si quis alterius semina, iumentis, vel quibuscunque maioribus pecudibus depascat: quòd ille homo, cuius pecora reperta fuerint, pro quolibet iumento, vel pecore, vnam quartam denariorum damnum passo soluere teneatur.

Pecora quando ad foreſtam Regiam dantur.

Kazim. Mag. Vistic. 1368. Folio 23.

AD euitandam autem quamlibet altercationem, Decernimus: Quòd ad proximiorem Castellaniam, seu curiam Castellaniæ, siue fuerit Regalis, siue alterius cuiuscunq; Iudicis, iumenta damnum passus depellendi habeat facultatem. ita tamen, quòd testimonio vicinorum, in propria domo iumentis, siue pecoribus, per noctem seruatis: in crastino autē, ad proximiorem curiam Castellaniæ, prædicta iumenta depellere teneantur.

Si pecus triduo detineatur.

Consuet. terræ Crac. 1505. Folio 123.

ITem, si aliquis alicuius pecora habuerit, quocunque modo: & ea non dederit, ad foreſtam Regalem, aliâs Do *obory*, ad diem tertium: tunc si apud eum areſtabuntur: per Miniſterialem, & per duos Nobiles citatus, in Castro respondebit: & restituet pecora, cum pœna trium Marcarū. Sed Iudex Castri, pro damno partes non iudicabit: sed eas remittet, ad terræ Iudicium.

Si pecus è damno abactum, ad fideiuſsionem non detur.

Ibidem.

ITem, si aliquis alicui pecus detinet, aliâs *Zaymuie*, de damno: & noluerit illud dare ad fideiusionē, cùm fuerit monitus per Nobiles, & Miniſterialē: pro tali non datione debet citari ad Ius Castrense: & luens pœnā trium Marcarum, debet dare pecora ad fideiusionem; cùm deducetur priùs, quia illud dare noluit ad fideiusionem. Fit autem istud ideo: vt ne pecora destruerentur: propter longeuam detentionem. & item ea ratione: quia Iure Terrestri non citò adiri possit restitutio pecoris illius abacti. Pro pœna autem illa, Iudicium Castrense non iudicabit: sed pro damno illato, Iudex Castri partes ad Ius Terrestre remittet.

De eodem.

De eodem.

ITem, si quis pecus alienum in damno abegerit, aut simpliciter seruauerit: teneatur illud dare intra triduum, ad forestam Regiam, aliàs *do obory*. vbi si aderit dominus pecoris: dabitur sibi ad cautionem fideiussoriam: & pro damno, remittentur partes ad Iudicium terræ. Si autem dominus pecoris non esset tunc, cùm pecus daretur ad forestam Regiam: tunc iste qui seruat abactum pecus, fideiubebit. qua fideiussione facta, dādum erit ei viceuersa ad seruandū, in cautione fideiussoria, ad duas septimanas. quibus decursis, iterū pecus presentabit in foresta: & iterum Burgrabius forestæ restituet ei pecus, in cautione fideiussoria, per alias duas septimanas. Fieri autem istud potest, ad alias tertias duas septimanas: videlicet pro tertia vice fideiubendo. & qualibet vice, abactor seu conseruator pecoris dabit Burgrabio Fertonem Iuris Regij, in vltimis duabus septimanis, conseruatori in Cautione præfixis. Si dominus pecoris veniet: dandum erit sibi pecus, in cautione fideiussoria. pro damno verò, remittantur partes ad Ius Terrestre. Si non veniet dominus pecoris: tunc conseruator pecoris, præsentando pecus Burgrabio in foresta, habebit medietatem pecoris, tanquam Iure lucratam: & medietas debetur mensæ Regiæ, seu ad mensam Regiam. Cùm autem fit ipsa pecoris diuisio, inter partem Regis, & partem conseruatoris: conseruator & pro damno, & pro illis tribus Fertonibus, pro Iure Regio in foresta datis, medietate contentus sit pecoris, seu pecudum. *Ibidem.*

Si Tenutarij bonorum Regalium, pecora de damnis abigant.

ITem Statuimus: Vt Tenutarij bonorum mensæ nostræ Regiæ, si vicinis, aut alijs hominibus iniuriati fuerint, teneantur stare Iudicio Terrestri: postquàm fuerint per iniuriam passos euocati. Et si pellant pecora, seu pecudes, ad domos, aut curias Regales, occasione differentiæ granicierum, aut ratione destructionis seminatorum: tenebuntur ea dare ad cautionem fideiussoriam, super decretum dominorum. iuxta Consuetudinē terræ, diutiùs obseruatam. Quòd si secus fecerint: luent pœnas, sicut alij Nobiles. quæ pœnæ poterint peti & exigi ab eis, etiam in pecunijs: si quas habuerint, in bonis Regalibus inscriptas. *Kazimirus in Nuszowa & Opoki, 1454. Folio 94.*

Iumenta quatenus pascenda.

STatuimus: Quòd omnes habentes iumenta indomita, à vigilia sancti Adalberti, vsque ad festum Sancti Michaëlis, illa sub custodia pascere teneantur. aliâs qui secus fecerit: extimatione damni conuictus Iudicio, & damnum *Kazim. Mag. Visl. 1369. Folio 55.*

& damnũ passo, cum pœna vnius Marcæ, ad soluendum sit astrictus. Sed denique ipsa iumenta damnum patiens, ad suam domum propriam pellere nõn præsumat.

Si quis pecudem, aut iumentum vulneret, aut occidat.

Kazim. Magistricia 1368. Folio 54.

STatuimus insuper: Quòd interficiens iumẽtum indomitum cuiuscunque, quatuor Marcas: poledrum verò interficiens, tres Marcas: & vbi iumentum ictu, vel plaga, culpa alicuius læsum fuerit ad dorsum, Marcam cum dimidia: & pro poledro secundi anni, quinque Marcas, huiusmodi ictum vel plagam inferens soluere teneatur. Vbi verò tertij, quarti, vel quinti anni poledrum, vulgariter *Zrzebcá*, occiderit: iuxta quod passus damnum, super existimatione eiusdem poledri occisi iuramento suo firmauerit, satisfacere teneatur.

Pecus pro pignore captum, ad Palatinum vel Castellanum datur.

Kazim. Visli. 1368. Fol. 52.

ITem, vbi curiæ nostræ sunt remotæ: terrigenæ nostri possunt pignora recepta, ad curiam Castellani, aut Palatini, in terra illa commorantis, propellere.

¶ Pro pecude furto ablata, Præscriptionem: Vide in Titulo PRAESCRIPTIO.

¶ Præscriptio agendi pro pecudibus quæ sit, Vide in Titulo PRAESCRIPTIO.

POENAE.

Pœnas Iudicialiter decretas, Subditorum suorum nemini Rex debet conferre.

Ex Priuil. Iagellonis prope Czervvienisko Fol. 48.

PRæterea, vt inter Nobiles Regni nostri, & alios subditos, iurgia, contentiones, dissidia, strages, homicidia, submoueantur: quæ possent verisimiliter suboriri: dum pœnas nostras, quę nobis de Iudicijs nostris proueniunt, familiaribus, vel alijs subditis nostris, ad eorum importunas petitiones, ab illis concedimus exigendas: qui ad illas nobis condemnantur. Proinde præsenti scripto Pollicemur, nunquam alicui huiusmodi pœnas in subditis nostris dare, assignare, & deputare, ex quacunq; causa, vel ratione: sed eas per Officiales nostros, pro nobis faciemus exigere: aut eas illis, qui nobis ad eas sunt obnoxij, pia mansuetudine indulgere: vel aliâs de exactis disponere: iuxta nostram Regiam voluntatem.

¶ Reliquas pœnas, proprijs in locis reperies. quæ occurent, dum res ac leges, quibus indigebis, quæres.

¶ De pœna *Siedmdziesiąt*, Vide in Tit. INCENDIARII. Fol. 203.

Perlucra-

PERLVCRA.

Omnes Capitanei ſuorum diſtrictuum perlucra exequantur: ſub pœna centum Marcarum.

PRopter differentias, inter Capitaneos Terreſtres, & Particulares diſtrictuum, pro executione perlucrorum nonnunquam excitatas: cùm eorum alter in alterum executionem differret: conſueuerant negligi ſubditi noſtri, in effectu habendæ iuſtitiæ, iampridem decretæ: Idcirco ſtatuimus: Quòd Capitanei diſtrictuum, tenentur & debent exequi omnia perlucra, cõtra omnes diſtrictus ſui ſubditos. ſub pœna centum Marcarũ. *Alexand. in Rulom 1505. Fol. 119.*

¶ Pignorationem de perlucris, Vide in Titulo PIGNVS Fol. 321. & reliqua de perlucris, eodem loco.

De iniuſta concitatione, ad ſatisfaciendum.

ITem, Concitatus ad ſatisfaciendum, non poteſt aliquid ſibi in auxilium recipere, contra Actorem: excepto quòd condemnatio minus iuſta eſſet, in perlucro: vel ſi nomen aliud eſſet ſcriptum in Citatione, quàm in Concitatione. Et ſi Concitatio ex hoc eſſet mala, videlicet ex conditionibus ſuperiùs deſcriptis: tunc Actor amittit id, pro quo citauit. *Conſuetu. terre Cracc. Folio 122.*

¶ Reliqua de perlucris, Vide in Tit. PROCESSVS IVRIS.

PIGNORATIO SEV PIGNVS.

De pignoribus: & quòd ad curiam Palatini, vel Caſtellani, pelli poſſunt.

ITem, vbi curiæ noſtræ ſunt remotæ: terrigenæ noſtri poſſunt pignora recepta, ad curiam Caſtellani, aut Palatini, in terra illa commorantis, propellere. *Kazim. Viſtic. 1568. Fol. 32.*

Pignorando pro Exactionibus Regalibus, quid accipiendum.

ITem Statuimus: Quòd quotienſcunq; per Capitaneos noſtros, aut eorum vices gerentes, impignorationes fieri contingat, ex decreto Iuris Terreſtris: aut pro Exactionibus Regalibus: vt non exigant ipſi Palatini plus, quàm illud, quod pro pignore recipitur. quod pro ſuis pignoratoribus, aut Miniſteriali, conſueuerunt ipſi pignoratores facere. quod omnino fieri prohibemus. *Kazimir. in Nieſzowa Fol. 94.*

Bos pro pignore recipiatur: ſi furtum redimatur.

VOlumus quòd Officiales, aliàs Miniſteriales, quando pro furto pignorant, habeant bouem mediocrem. *Kazim. Mag. Viſtic. 1568.*

Mos antiquus pignorandi, pro pœnis Judicialibus.

Kazimir. Visticæ 1368. Folio 9.

VT in rapinis, aut pignoribus noſtrorum ſubditorum, aliquis modus habeatur, & obſeruetur: conſueuerunt enim hactenus auari Iudices, & eorum Officiales: vt, poſtquàm pro pœnis, aut mulctis, in Iudicio condemnatis, aliquos pauperes, aut Nobiles, cuiuſuis ſtatus, impignerant & obligant, ſtatim ſpolia & pignora diuidunt: nullam gratiam & beneuolentiam pignerato facientes, ad ſuccidendam itaq; & amputandam hanc conſuetudinem perniciosam, eamq; obſeruari amplius nolentes & prohibentes, Statuimus: Vt ſi quis Iudex, Palatinus, Caſtellanus, aut ipſorum Officiales, vel maleficiorum Iudex, qui *Opranczá* dicitur, aut alius quicunque, pro pœnis Iudicialibus per eos latis, aut alijs exceſsibus, aliquem noſtrum terrigenam, diuitem vel pauperem, Nobilem vel ſimplicem, impignerauerint, vel pignerare iuſſerint: pignora in equis, pecudibus, aut in alijs ſubſtantijs quibuſcunque, ſic recepta non diſtrahendo, vel minuendo, (ſi fuerit in æſtiuo tempore, duabus ſeptimanis integris: Si autem hiemali tempore, octo diebus) illibata per recipientem debeant obſeruari: ſiue iuſtè pignerati fuerint: vel indebitè rapina in eos commiſſa. Et ſi extunc per illum, vel illos, quorum vel cuius ſunt pignora, pro commiſsis pœnis, non fuerit illis qui pignorauerint ſatisfactum: vel ſuam innocentiam non oſtenderint: tandem licitum ſit illis, qui pignora detinent, illa diſtrahere, diuidere: & pro libera ipſorum voluntate conuertere. Quod ſi tales Iudices, aut alij ſuperiùs nominati, ſuæ auaritiæ non parcentes, infra prædicta debita tempora inter ſe diuiſerint, aut diſsipauerint, vel etiam alienauerint: vnum animal de prædictis, damna paſſo, iuxta valorem animalis deperditi (quod ſuo comprobabit Iuramento) cum pœna *Piątnadziesta* tenebuntur reſtituere. Hoc itaq; Statutum ſalubre, propter noſtrorum Iudicum, & Procuratorum rapinam enormem, quam ſæpius committunt, ad ipſos, & ad Iudices eorum extendimus, & promulgamus.

Pignora, pro contumacia ac pœnis.

Kazim. Mag. Viſtic. 1368. Fol. 14.

EXperientia nos edocuit: quòd quandoq; non Contumaces pro Contumacibus, vel ipſi Contumaces etiam, modum & illud quod iuſtum & æquum eſt excedendo, pro Contumacia puniuntur, & grauantur: (in eo videlicet: quòd cùm in aliqua villa pignora recipiuntur, vbi ſex boues fuerint recipiendi, triginta vel quadraginta recipiebantur: & antequam ad locum debitum depellebantur, per modum rapinæ, in non modicam pauperum deſtructionem diuidebantur, & conſumebantur) ideoq; ad ſubueniendum huic morbo peſtifero, Statuimus, & ordinamus certam quandam menſuram, & obſeruantiam: videlicet, Quod pro prima Contumacia puni-

cia punienda, Miniſterialis cum duobus famulis Iudicis, ad villam accedens, (ſicut aliâs præmiſſum eſt) ſi dominus villæ tantummodo fuerit culpabilis, in duobus bobus duntaxat impignoretur. ſi autem Kmethones, aut villani, extiterint culpabiles, & citati Contumaces: quilibet eorum tantùm in vno boue pignoretur. Et idem decernimus pro ſecunda Contumacia eſſe faciendum, & obſeruandum. Si autem tertiò dominus cum villanis, fuerint contumaces, decreuimus: quòd Contumax cauſam, pro qua dignoſcitur eſſe citatus, perdat: & cadat ab ea, per ſententiam iudicantis. Declarantes nihilominus: quòd dicti boues pignoraticij, per ipſos Iudices, in æſtate duabus ſeptimanis, in hyeme verò octo diebus, abſq; aliqua diſtractione obſeruentur. Volentes denique, & decernẽs: Quòd dicti boues pignorati, ſine pœna cuiuſlibet Contumaciæ, tantummodo Nobis & Iudici noſtro applicentur. Decernimus etiam, & Statuimus: Quòd ſi prædicto Miniſteriali, deputato ad eandem pignorationem, cum familia ipſius Iudicis, villa pignoranda per dominum villæ & villanos non permittatur pignorari, iuxta præmiſſam ſeu prædictam imitationem: vel ſi ipſa pignora habita, per eoſdem dominum aut villanos, in villa, vel ante villam, ſeu in via recipiantur violenter: dolum & rebellionem eorum puniendo, volumus: quod pœnam *Piątnadćieſta* quæ dicitur 15. aliâs, ijdẽ rebelles Nobis, & Iudici ſoluere teneantur. & nihilominus cum alia pœna *Siedmadćieſta*, eadem pignora denegata, vel violenter ablata, integraliter obſeruare aut aſsignare teneantur. Qui ſi in dandis pignoribus prædictis, & in ſatisfaciendo de pœnis prædictis, fuerint doloſi & rebelles: ita quòd fortè Iudex, propter potentiam eorundem, ad puniendum & pignorandum eoſdem paueſceret: Volumus & decernimus, quòd pœna *Siedmdćieſiąt* dicta, noſtræ Cameræ applicanda, puniantur.

Pignorationis modus.

PRæterea quia per frequentem & immoderatam pauperum pignorationem, pleriq; plurima damna, & oppreſsiones multiplices patiuntur: (videlicet in eo, quòd Cateruatim, & in turmis, non per modum iuſtitiariæ poteſtatis, ad aliquam villam pignoratores accedentes, damnabiliter, & interdum abſq; Iudicis mandato, & ſine culpa domini villæ, vel villanorum, committere plurimas præſumunt rapinas, prætextu pignorationis) quapropter ſuper hoc prouidere volentes, Statuimus: Quòd deinceps Iudex, vel Subiudex, ad impignorationem faciendam, non plures quàm duos familiares, cum Miniſteriali tranſmittat: & quòd ſine culpa vel cauſa, aut non condemnatos ſeu conuictos, aut in Iudicio non confeſſos, ipſe Iudex, vel Subiudex, non præſumat vel permittat pignorari. Quòd ſi ipſe Iudex, vel aliqui alij, quauis auhoritate, vel potiùs propria temeritate vel *Kazim. Mag. Viſlic. 1368. Folio. 15.*

præsumptione pignorare, vel potius rapinas committere præsumant: præcipiendo decreuimus: Quòd pecora, vel quaslibet alias res, ratione impignorationis ablata & recepta, Iudex domino villæ, & villanis villæ eiusdē, asserētibus se indebitè, & cōntra iustitiam esse pignoratos, remota & cessante qualibet difficultate, eadem pignora integraliter, & ex toto (prēmissa tamen, & recepta fideiussoria cautione) restituere teneantur: Termino eidem villæ domino, aut villanis pignoratis, ad ostendendum suam innocentiam & iustitiam, assignato. Et nihilominus, vt audacia & temeritas pignorantium restringatur, Decernimus: Quòd dum præmisso modo patefacta fuerit eorum innocentia, Iudex & Subiudex, qui tenent Iurisdictionem, ab omnibus & singulis, qui fuerint in dicta impignoratione, vel potiùs rapina, qui vel auxilium præstiterunt, & à quolibet illorum in speciali, recipiant pœnam *Piathnadkiesta*, domino villæ pignorato, damnumque passo persoluendam.

Pignoratio in perlucris.

Consuetu. terræ Crac. 1505. folio 121.

CVm aliquis super aliquo rem habuerit iudicatam, aliás perlucratus fuerit Ius: & dabitur ad brachium Capitanei: extunc ille, qui perlucratus est, duabus vicibus debet ire ad pignorandum: & duabus vicibus ad intromissionem. & pro qualibet repercussione, debet condemnare pro pignore, & pro intromissione. Et post hoc Capitaneus debet destinare cum eo, authoritate sua aliquem, suo nomine: & intromittere victorem, vadiumque imponere tenebitur.

¶ Quòd pro pœna Nobilis, vtpote Obligatione, fideiussoria Cautione, non debent pignorari Kmethones: Vide in Tit. KMETHO. Fol. 252.

¶ De pignoribus apud Iudæos oppigneratis: Vide in Titulo IVDAEI. Folio 232.

PISCES.

De furto piscium.

Vazim. Mag. Vistul. 1561. folio 38.

PRæterea Statuimus: Quòd si quis in alterius villa vel possessione, in lacu, piscina, in aqua fluenti, in fœno, frumentis, furtum fecerit: Iudicio conuictus, damnum passo satisfacere teneatur: & domino villæ, in qua huiusmodi furtum commissum est, ipse fur pœnam soluere teneatur. Depascentes verò & incidentes gramina cum falce, in tunica vel pallio impignorentur.

PYXIDES.

Capitaneus prouidebit: ne vel equites, vel pedites pyxides deferant, præterquam in terris Russiæ.

Nemo

NEmo deinceps tempore pacis, siue eques, siue pedes, pyxides breues, quas *Rucznice* vocant, deferre audeat. ab hac tamen Constitutione terras Russiæ liberas esse volumus: quæ parata arma, contra insultus hostium, habere semper solent, & debent. *Sigism. Petri. 1519. Folio 24.*

Qui aliquem ex pyxide occiderit, aut vulnerauerit.

SI aliquis ex pyxide aliquem vulnerare, aut occidere præsumpserit: talis duplici pœna puniri debet. pro occisione tamen, scrutinium fieri debet. Nemo tamen audeat cum onerata, aliâs *Znabitą ruczniczą*, in Ciuitatibus incedere: sub pœna 14. Marcarum. Qui verò contra eiusmodi Statutum incedere præsumpserit: illam Officium Capitanei cum pœna recipere debet. Qui verò illam tradere nollet: tum pœnam duplicem 14. Marcarum succumbet. pro qua Capitaneus, in Officio suo facere debet. Cùm verò Nobilis impossessionatus, vel Ciuis, vel Kmetho illam gestaret: tamdiu in turri per Capitaneum, vel Officium illius detineri debet: donec pœnam soluat. *Sigis. Augusti. 1557.*

PONDVS.

Pondus & Mensura Cracouiensis cum Posnaniensi, sint æqualia: Leopoliensis verò cum Lublinensi.

VT æqualitas seruetur in Regno, ponderis & mensuræ, Statuimus: Quòd pondus stateræ, & similiter vlna Cracouiensis, cum Posnaniensi, sint perpetuò æqualia. pondus autem & vlnam Leopoliensem, ac Lublinensem, ex rationabili causa in suo statu remanere volumus. *Sigism. Crac. 1567. Folio 7.*

Mensura Plocensis Posnaniensi exæquatur.

LIbram & pondus, quam adæquari Nuncij terræ Plocensis libræ & ponderi Ciuitatis nostræ Posnanien petierunt, Palatinus, Capitaneus, Castellani, cæteriq́ue Officiales terræ Plocensis, aduocatis ad se Ciuibus & mercatoribus Ciuitatis nostræ Plocensis, illam mandato nostro coæquabunt: & æquiualentem constituent. prout eis meliùs & commodiùs videbitur. *Sigism. Craco. 1538. B 2.*

PORCVS.

Si alienos porcos, in tua sylua reperias.

STatuimus etiam: Quòd quicunq; scrophas proprias, ad glandes syluæ alterius depulerit: hic cuius sylua fuerit, pro prima vice, porcum vnum: secunda vice si inuenerit, duos porcos mactare poterit, & valeat: & tertia *Kazim. Mag. Visiat. 1568. Folio 35.*

vice si inuenerit, omnes scrophas pellere poterit ad curiam nostram viciniorem: easdem nobiscum per medium diuisurus. ita tamen: quòd vbicunq; prædictos porcos, infra suos limites mactauerit, signum in arbore facere teneatur. Et si pars aduersa, damnum ibidem illatum esse negauerit: tunc impignerans tenetur signum, in arbore incisum & factum, exhibere: & hoc proprio suo Iuramento firmare: videlicet, ibidem porcos esse inuentos.

¶ Quando quis porcos, per bona alterius pellere voluerit: quomodo id facere debeat: Vide in Titulo SYLVA.

POSSESSOR.

De possessore ad probationem admittendo.

Walt. Mal. Angelli Ordinat. & Variat. Folio 44.

AD præcludendam viam calumnijs, per Nos Prouisum est: quòd si quis vellet quempiam, pro hæreditate impetere: dicendo, possessionem eandem in obligatione aut pignoratione possidere, & tenere: quam fortasis legitimè & liberè possidet: quòd tunc possessor, Actore repulso, ad probationem testium admittatur. & maximè, vbi vtraque pars literatoria & legitima testimonia, super huiusmodi possessionem non habuerit. In tali itaque casu, possessoris probatio admittatur.

¶ Possessor quam habeat in bonis emptis Præscriptionem: Vide in Titulo PRAESCRIPTIO.

POSSESSIONATVS.

Nullus etiam terrigena possessionatus, pro aliquo excessu, nisi sit Iure conuictus, Captiuandus.

Ex Priuilegio Ingelran Iedna 1453. Folio 52.

CAeterum promittimus & Spondemus: Quòd nullũ terrigenam possessionatum, pro aliquo excessu aut culpa, capiemus, seu capi mandabimus: nec aliquam vindictam in ipso faciemus: nisi Iudicio rationabiliter fuerit conuictus: & ad manus nostras, vel nostrorum Capitaneorum, per Iudices eiusdem terræ, in qua idem terrigena residet, præsentatus. Illo tamen homine, qui in furto, vel in publico maleficio, vt pote incendio voluntario, raptu virginum aut mulierum, villarum depopulationibus & spolijs deprehendetur. similiter illis, qui de se nollent debitam facere cautionem vel dare, iuxta quantitatem excessus vel delicti, exceptis. Nulli autem bona seu possessiones recipiemus: nisi fuerit iudicialiter per Iudices competentes vel Barones nostros nobis condemnatus.

¶ Possessionati pecunia quomodo arestetur: & vbi arestentur impossessionati, Vide in Titulo ARESTATIO. Folio 19.

Plantæ.

PLANTAE.

De plantarum destructione, vel euulsione.

STatuimus & decernimus: Quòd si aliquæ plantationes, iam insertæ & radicatæ, euellentur & extirpentur: etiam si fuerint propriè ipsius extirpantis: qui debet medietatem illarum plantationum dimittere in solo, seu area: pœna sex Marcarum teneatur. *Kazim. Visti. 1468. Folio 27.*

PLEBEII.

Plebeij ad maiores Ecclesias non recipiantur.

ITem quamùis per diuos olim Reges Poloniæ, prædecessores nostros, ex antiquo fuerit constitutum, & aliquanto tempore inuiolabiliter obseruatum: vt propter defensionem Ecclesiarum, ac bonorum Ecclesiasticorum, in principalibus videlicet, Gnesnensi, Cracouiensi, Posnaniensi, Wladislauiensi, & Plocensi Ecclesijs, non susciperentur (prout non suscipiebantur) ad Dignitates, Personatus, & Officia, ac Canonicatus, & Prębendas ignobiles Plebeiæque personæ: quæ ad defensiones Ecclesiarum, in Regno nostro per necessarias, (præsertim propter homines licentiosos, & crebras expeditiones bellicas) parum aut nihil prodesse possunt Ecclesiis: sed duntaxat recipiendi erant Barones, Generosi, & Nobiles: è quibus prompta, & facilis Ecclesiarum defensio esset: tamen cùm per dissimulationem quandam, in obseruando Statuto & Priuilegio veteri habitam, quamplures ignobiles ad Ecclesias prædictas his temporibus sumerentur: ita quòd Ecclesiarum bona, cernerentur omni defensione destituta: exindeque magna in parte vastata, & destructa esse: & in nonnullis locis, adeò annihilata: vt non extent domus, in possessionibus Ecclesię habitatoribus commodæ, Ignobilibus illa minimè defendentibus: Simul etiam animaduertentes grauissima, nedum Cleri, verùm etiam Regni nostri ac Reipub. incommoda: quæ ex reseruatione Beneficiorum, viuente possessore nuper adinuentam, ac etiam ex pensionibus, personis extra Regnum nostrum Poloniæ genitis, & habitantibus (vt quotidianis experimur effectibus) euenire consueuerunt: per quas cultus diuinus minuitur: deffensio Ecclesiasticæ libertatis adimitur: & abstrahitur facultas personis idoneis, Reipub. Christianæ Regnoque nostro prodesse volentibus: Scandalaq; exinde à Clero, in plebem subiectam nobis, oriuntur: Pro tanto nos indemnitati non minus Reipub. quàm Ecclesiarum Regni nostri, in hac parte prouidere (vti tenemur) cupientes, Statuimus: Vt in singulis Capitulis Ecclesiarum suprascriptarum, ad Dignitates, Personatus, & Officia, ac Canonicatus, & præbendas recipiantur personæ, tantummodo *Ioan. Albert. Petric. 1496. Folio 100.*

Regni

Regni Roloniæ indigenæ, Nobiles ex vtroq; parente. Quorum Nobilitatem sic constaret probabilem esse: vti in Iure Regni nostri communi, Nobilitas irreprehensibilis probari consueuit.

Quot tamen plebeij, & quales, ad Ecclesias Cathedrales recipiendi sunt.

Ioan. Albert. Petr. Fol. 11.

VErùm ne quid in ea re actum videretur esse, in odium Plebeiorum: (quorum conditio, perinde ac vt consueuit, prærogatiuis gaudet specialibus in Regno nostro) idcirco tametsi Nobilium nati videantur æquè docti, & plerunque doctiores plebeiorum natis: non fueritq; Capitulum, quod doctos ac doctissimos Prælatos, & Canonicos, Nobiles haud contineret, non minus necessitati, quàm etiam honori & decori Ecclesiarum sufficientes, consulereq; scientes, atq; solitos: tamen vltra eosdem Doctores natorum Nobilium, in Capitulis existentium, Decernimus admittendos plebeij generis eosdem Doctores, numero & ordine infrascriptis. Videlicet quòd in Ecclesijs prædictis, in quibus habentur Doctores, aut Lectores, Iuris ac Theologiæ, ex antiquo siue etiam nouiter fundati, aut vbi habendi sunt per nouam fundationem fiendam, ad eos datos, vnus in Theologiæ, vnus in Iure Canonico, & vnus in Medicinæ Facultatibus promoti. In eisdem verò Ecclesijs, vbi non habentur fundati Doctores prædicti, Decernimus non plures, quàm duos in Theologiæ, duos in Iuris Canonici, & quintum in Medicinæ Facultatibus promotos. Qui tamen non alici, & quintum in Medicinæ Facultatibus promotos. Qui tamen non alicter suscipiantur per Capitula: quàm quos loci Ordinarij idoneos, & in Facultatibus ipsis doctoratu dignos, approbauerint: ac vt tales censuerint, sub eodem numero recipiendos. Quodq; nullus subditorum nostrorum, aut aliâs vndecunq; fuerit, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existat, ac quacunq; præfulgeat dignitate, Beneficium Ecclesiasticum quodcunq; Regni nostri Poloniæ, vel per impetratam in vita possessoris reseruationem, nuperrimè adinuentam, vel sub aliqua pensione annua, etiam si tale Beneficium sibi motu proprio, & ex certa scientia daretur aut prouideretur, acceptare: seu sibi de eodem, sub ipsa pensione, vel aliâs ex cessione Iuris, aut Resignatione cuiuscunq; extraneæ personæ, quæ fortasse possessionem Beneficij ipsius non habeat, vt sub eo pallio pensiones ipsæ celarentur, prouidere, facere, vel procurare audeat, aut præsumat. Sin autem aliquis, aut aliqui Plebeiorum, in contrarium præsentis & antiqui Priuilegij, & Consuetudinis Regni Poloniæ, Beneficia in Ecclesijs & Capitulis prædictis acceptare, aut se recipi procurare, petereq; præsumpserint: demum etiam si aliquis subditorum nostrorum, aut vndecunq; fuerit, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ

eminentiæ existens, Beneficium vel Beneficia Ecclesiastica in Regno nostro, vel per viam reseruationis prædictæ in vita, vel sub pensione, (vt horum meminimus) acceptauerit: & similiter si quispiam Beneficia Iurispatronatus nostri Regij, aut subditorum nostrorum, in præiudicium & derogatus Iurispatronatus nostri, & subditorum eorundem nostrorum, ex causa quacunq; impetrauerit: Statuimus, decernimus, & mandamus, omni bonorum suorum, communium & priuatorum, mobilium & immobilium secularium, ærario seu fisco vel mensæ nostræ applicandorum priuatione: Ecclesiasticorum verò Aresto confiscatione, & extra Regnum nostrum bannitione, immediatè puniendos. Verùm ne quispiam Constitutionibus, & ordinationibus præsentibus nostris, per media aliarum personarum contrauenire tentaret: Statuimus & decernimus, simili mulctæ subiacere, & esse puniendos omnes & singulos Prælatos, Spirituales & Seculares, ac Capitula, Canonicos, Plebanos, Vicarios, Beneficiatos quoscunq;, & Præsbyteros omnium Ecclesiarum, necnon Tabelliones & Notarios Regni nostri Poloniæ, & aliâs vndecunq; existentes: qui literas quascunque, suprascriptis ordinationibus nostris contrarias, personis extraneis, siue indigenis, & alijs quibusuis, cuiuscunq; status, gradus, conditionis, & præeminentiæ existant, & quacunque præfulgeant dignitate, Ignobilium prouisiones, prædictas quoq; in vita reseruationes, cum pensionibus, prouisiones, & processus desuper fortasse obtentos, portarent, afferrent, & publicarent, palàm aut priuatim: vel qui pensiones huiusmodi celando, illas summarie pecunijs redimerent: & prædictas Cessiones, seu Resignationes susciperent, vel acceptarent: seu qui Monitoria, Censuras, Priuationes, & Sequestra, ob non solutionem pensionum, etiã motu proprio impositarum, in se continentes, quacunq; authoritate datis vel concessis, admitterent aut exequerentur, vel ea ad eas, admitti, exequi, prosequi, foueri, & promoueri, procurare præsumerent, vel auderent: seu aliquis præsumeret, vel auderet: Mandantes præsentium per tenorem, atq; decreti præsentis publicitus promulgati vigore, Constitutiones, Ordinationes, & Decreta præsentia, ab omnibus Prælatis, Capitulis, & vniuerso Clero Regni nostri Poloniæ inconcussè teneri, obseruari, easque in Ecclesijs publicari suprascriptis: tandem earum & eorum originalia, vel transumpta in Capitulis haberi. ne de præmissis quispiam ignorantiam allegaret in futurum.

De eodem numero Plebeiorum, ad Ecclesias Cathedrales susciendorum.

AD Ecclesias Cathedrales in Regno nostro non suscipiantur, in Episcopos, Prælatos, & Canonicos: nisi Nobiles ex vtroque parente, & *Alexand. Rex in Radom. 15.5. Folio 116.*

more Nobilium educati: vtq; Plebeiorum certus sit numerus, circa eas-dem Ecclesias. Et qui ex eis, ad Episcopatus & Prælaturas euecti sunt, qui non essent ex vtroq; parente progeniti, & educati more Nobilium: ad altiora non ascendant. sub pœna perpetui exilij, & confiscationis bonorum, parentum & consanguineorum, eorum qui niterentur venire contra huiusmodi Ordinationem: sub prætextu authoritatis cuiuscunq;. Quapropter præsens & infrascriptum Statutum, super hoc publicitus editum, nostris præsentibus, & alijs per nos approbatis prædecessorum nostrorum Statutis, ac Priuilegijs perpetuis, ascribimus huiusmodi sub tenore.

Statutum Ecclesiarum, seu de Plebeijs, ad vota Serenissimæ Principis dominæ Elizabet, Dei gratia Reginæ Poloniæ, genitricis nostræ sancitum: continens, qui, & qualiter ad Episcopatus, & Dignitates Ecclesiarum recipiendi: & qualiter Nobilitas talium probetur in futurum.

Folio 117. VOlentes tempore nostri fœlicis regiminis, obuiare tempestiuè periculis dissensionum, & seditionum intestinarum: quæ omni externo bello sunt grauiores: quarum dissensionum nonnulla indicia iam pullulāt, ex eo: quòd Dignitates, & loca Ecclesiarum Regni nostri Cathedralium, inferioris status homines sæpe per ambitionem quærere consueuerunt: cum periculo manifesto earundem Ecclesiarum, & Dignitatum: & cum præiudicio nostræ Nobilitatis: quæ ab antiquis temporibus, laborum & virtutum suarum officio, eisdem Dignitatibus Ecclesiasticis semper præficiebatur: tum quòd eadem Nobilitas suis proprijs ceruicibus, à casibus bellicis Regnum ipsum defendere consueuit, & astricta est: tum etiam eidem Ecclesiæ, propter genus & assistentiam sui ipsius, inuicem sub pace & defensione debita existebant: quod esse nequaquam posset: si per eos regerentur, qui eadem assistentia, & cæteris adminiculis protegendi ipsas, carent: Proinde de communi omnium Consiliariorum nostrorum consilio & assensu, atq; eiusdem vniuersæ Nobilitatis expostulatione, hoc præsenti Statuto & decreto, perpetuis temporibus duraturo, Sanximus, constituimus, & irreuocabiliter decreuimus: Vt de cætero ad Cathedrales Ecclesias, in Episcopos in eisdem Ecclesijs, in Prælatos: in Collegiatis verò Ecclesijs, ad principales Dignitates, homines tantummodo de corpore eiusdem Nobilitatis possint promoueri. Inhibentes strictissimè, sub pœna perpetui exilij, & confiscationis bonorum omnium: cui pœnæ tam eos, qui præsenti Constitutioni quoquo modo, vel aliquo colore, aliquando auderēt contrauenire, ambiendo vbiuis locorum suprascriptas dignitates, vel etiam oblatas acceptando, quàm eorum parentes, propinquos, ac promotores,

promotores, adiutoresq;, clandestinos, ac etiam manifestos, subiacere volumus: ita vt cùm primùm huic decreto aliquis, quocunque titulo insignitus, non existens Nobilis, inuentus fuerit contraueniſſe: ipſo facto prædictæ pœnæ ſit ſubiectus, cum eiſdem parentibus, & propinquis ſuis. In Canonicatibus verò earundem Cathedralium Eccleſiarum, per alios quàm Nobiles obtinendis, ſeruari volumus Priuilegium & Decretum, aliâs per prædeceſſores noſtros editum. Adijcientes hoc etiam: ne quiſpiam, cuiuſcunq; generis vel conditionis exiſtat, audeat Beneficium quodcunque noſtri Iuriſpatronatus, quoquo modo impetrare: vel oblatum à quouis ſuſcipere, ſine noſtro conſenſu. ſub incurſu præfatæ pœnæ exilij, confiſcationis ſuorum bonorum, & parentum ac propinquorum eius. Et quoniam quæſtio incidere de genere Nobilitatis, quod diuerſo modo à quibuſdam interprætari ſolet, Declaramus; quantum ad præſens Statutũ attinet: Eum tantummodo vocari Nobilem, & capacem dictarum Dignitatum, & Beneficiorum: cuius vterque parens Nobilis, & ex familia Nobili ſit progenitus: & quòd tam ipſe, quàm parentes eiuſdem, habitârunt & habitant, in ſuis poſſeſſionibus, caſtris, oppidis, & villis: iuxta morem patriæ, & conſuetudinem Nobilitatis, viuentes Legibus & Iuribus Regni noſtri Nobilium. In quo genere Nobilitatis, eos quoque Nobiles appellandos cenſemus: qui licèt matre Populari, patre tamen Nobili ſunt procreati: quorum tamen parentes, & ipſimet viuant, & vixerint, ad inſtar aliorum Nobilium in Regno: vt ſupra: & non exercuerint, vel exerceant eas artes & actiones: quas communiter Ciues, & qui in Ciuitatibus morantur, exercere ſolent. Per contrarium enim vſum, Nobilitas ipſa, in Popularem & Plebeiam conditionem tranſire ſolet. *Nobilis quis?*

Sigiſmundus quoque confirmat priores leges, contra Plebeios & Cortiſanos editas.

AD tollendas murmurationes vniuerſæ Nobilitatis, (quæ plerunque fiunt, propter Plebeios: qui exquiſitis conatibus, ſe ad Eccleſias Cathedrales recipi procurant) Decernimus: Statuta, quæ contra Plebeios, & Cortiſanos, à prædeceſſoribus noſtris ſancita ſunt, in ſuo robore obſeruanda: decernimuſque & volumus: vt eadem debitæ executioni, quotiens opportunum fuerit, etiam per Officiales noſtros, demandentur: ſub pœnis, in Officiales inſtitutis. *Sigiſm. Craco. 1510. Folio 14.*

Tertiò Rex Sigiſmundus contra Plebeios & Cortiſanos ſtatuit. quos etiam ex vrbe Romana, ad Sacerdotia, quæ tantopere venantur, ſub pœna Proſcriptionis & infamiæ, reuocat.

Sigism. Petr. 1538. Bt. STatuta de numero Plebeiorum, ad Ecclesias Cathedrales recipiendorum, & de pensionibus submouendis, ac de pœna contra Cortisanos edita, quotiens opus fuerit exequemur: & executioni debitæ demandari facienius.

De eodem.

Sigis. August. Petrico. 1550. QVandoquidem in ordine militari multum situm est in Regno, videtur nobis res esse competens, & conueniens: vt specialibus Priuilegijs, ac prærogatiuis communiatur. Et quia hoc est Statutis antecessorũ prouisum: vt homines plebeij, ad primarias seu Cathedrales Ecclesias ne dentur: sed tantùm homines ex genere, alias ordine Nobilitatis, gentis Polonicę: Quocirca mandabimus Capitulis: vt nc illos inter se, supra prę-scriptum numerum suscipiant.

PRATVM.

Prati demessor probet se emisse.

Kazim. Visli. 168 Folio 29. BArtholdus deposuit querelam, contra Andream: quòd pratum ipsius falcastrasset, & gramina abscidit: Andreas licèt sit confessus, prædictũ pratum se falcastrasse: tamen adijciendo proposuit: quòd idem pratum Wladarius Bartholdi, pro pecunia certa sibi falcastrandum vendidisset: & pro eodem prato, pecuniam idẽ Wladarius recepisset. quem tamen mortuum asserebat. Nos autem considerantes confessionem prædicti Andreæ, & mortem ipsius Wladarij, in tali casu decernimus: eũdem Andream probare, prædictam prati emptionem & solutionem, taliter vt præmititur esse factam.

¶ Idem repetitur in Titulo FOENVM. Folio 168.

¶ Qui demetit alicuius fœnum, Vide in Tit. FOENVM Fol. eodẽ.

PRAEDONES.

Sigism Craco. 532. A4. DE incendijs, & alijs violentis inuasionibus domorum, & iniurijs, quæ à *Myßká*, *Berká*, & reliquis prædonibus Silesitis, Regno Poloniæ & eius incolis inferuntur, censemus cum toto Senatu ita prouidendum, vt ex publicis contributionibus, certus numerus equitum, in præsidijs finiũ terrarum maioris Polonię & Silesiæ collocetur: qui huiusmodi violentias & iniurias hostiles inferri non permittant: tenerique & seruari ipse numerus equitum debebit hoc anno: aliâs quandiu fines & terræ illæ non pacificabuntur. Restituta autem pace & pacificatione, sublatoq; metu, à violentijs prædonum prædictorum, numerus ille equitum seruari amplius non debebit: & amplius declaratis Serenissimo Regi Ferdinãdo, & Principibus,

cipibus, alijsq; ordinibus Sileſiæ, iniurijs & damnis ſubditorum noſtrorũ, niſi prædones poſt declarationem factam à vi & iniurijs inferendis contineantur, & pro illatis damnis ſatisfaciant, Statutum, quod de non inferendo bello vel inimicitijs non denunciandis cauet, relaxabimus: &, vt vnicuiq; in poſterum vim vi repellere liceat, permittemus.

Exequutio Statuti Sereniſſimi olim Regis Alexandri de malefactoribus, prorogatur ad quinque annos.

STatutum autem Sereniſsimi olim Alexandri Regis de malefactoribus & prædonibus, ſiue ipſorũ fautoribus, in Radomienſi Conuentu quondam editum, ab hinc ad quinque annos exercendum etiam & exequendũ, Conſiliarijs noſtris idipſum ſuadẽtibus & petentibus promittimus et pollicemur. De quibus etiam Capitanei locorum nos certiores facere teneantur: Regeſtra examinum nobis tradendo: ſub pœna præmiſſa. *Sigiſ. Petric. 1510. Fol. 13.*

PRAESCRIPTIO.

Poſſeſſionis Præſcriptio animaduertenda eſt, & fines oſtendendi.

EX conſuetudine, & Iure antiquo ſeruabatur: quòd vendens hæreditatem, emptorem per tres annos, & tres menſes, ab impetitione quacũque, ad interueniendum & liberãdum eundem ſit aſtrictus. ſed quia multotiens contingit: quòd vicini illius venditæ hæreditatis, quorum limites etiam ipſam contingunt, infra præfatos tres annos & tres menſes, emptorem vexare poſtponunt: donec venditor & interceſſor Præſcriptione emptionis euadat: qua elapſa, primò emptorem pro Limitibus inquietare non formidant: licèt venditioni prẽſentes extiterint: Eapropter volumus & Statuimus: Quòd cùm aliqua hæreditas emptori, per venditorem oſtẽditur, vicini illius hæreditatis per emptorem cum Miniſteriali euocentur: quòd illi oſtenſioni interſint. Qui ſi venire noluerint, ſic per Miniſterialẽ vocati: & infra tres annos & tres menſes, poſſeſſori quæſtionem pro Limitibus non moueant: tunc poſſeſſor, ad probationem ſuæ emptionis, cum teſtibus admittatur: Præſcriptioneq; tanti temporis iuuabitur. *Wladiſla. Iagello Folio 44.*

Præſcriptio agendi pro Capite, trium annorum eſt.

VT calumnijs malorum hominum via præcludatur: Conſueuerunt enim quidam homines litigioſi, calumniosè viros innocentes, de crimine homicidij, commiſsi ante multos annos, querulosè accuſare: cuius probatio vel expurgatio, propter facti vetuſtatem, haberi non poteſt: vnde Statuimus: Vt ſi quis de crimine homicidij, vult accuſare, vel agere cõ- *Kazim. Mag. Viſlic. 1368. Folio 31.*

tra aliquem: pœnam pro capite ſibi cupiens vendicare & obtinere, antequam tres anni elabentur, à die criminis commiſsi, hoc in Iudicium deducat. aliâs tribus annis elapſis, petenti & agenti pro pœna capitis, obſtabit Præſcriptio, & exceptio Præſcriptionis.

De eadem Præſcriptione.

Sigiſ. Auguſt. 1550. PRæſcriptio currere debet pro capite, iuxta Statuta.

Mulier maritata decennio præſcribit.

Kazim. Mag. Viſlic. 1368. Fol. 18. MVlier maritata, ad aliquam hæreditatem dicens, & credens (ratione dotis, vel quolibet alio modo) ſe Ius habere, & ad eam pertinere, ſi infra decem annos non curauerit, vel neglexerit, pro eadem hæreditate quæſtionem intentare: ita quòd infra idem tempus decem annorũ, tempore pacis & Concordiæ, patiatur poſſeſſorem pacificè, & quietè poſsidere: extunc decernimus: quòd eadem mulier, ab omni Iure hæreditatis eiuſdem, ſe agnoſcat cecidiſſe.

Vidua ſexennio præſcribit: & Præſcriptiones tempore belli amittunt robur.

Kazim. Viſlic. 1368. Fol. 18. VIdua, eodem modo aſſerens aliquam hæreditatem, ratione dotis, vel quomodolibet alio Iure ad ſe pertinere, quam hæreditatem alius poſſidet, ſi infra ſex annos, tempore pacis & Concordiæ, ſuſtinuerit vel paſſa fuerit, poſſeſſorem ipſam hæreditatem quietè poſsidere: Decernimus: Quòd vidua ſentiat, ſe ab omni Iure illius hæreditatis cecidiſſe. ipſi verò poſſeſſori, ratione Præſcriptionis, in eadem hæreditate plenum Ius ſit acquiſitum. Volumus tamen & declaramus: quòd præmiſſæ Præſcriptiones, tempore pacis & concordiæ, vendicant ſibi locum: tempore autem guerrarum, ſeu diſcordiarum, nullatenus ſibi locum debeant vendicare: ſed tunc oportebit ſe ſalubri remedio eiuſdem Præſcriptionis prouidere: iuxta diſcordiam, guerrarumque qualitatem. ſicut & captiuis per Tartaros, nullam volumus fieri Præſcriptionem.

De eiſdem: viduarum & maritatarum Præſcriptionibus: tum & virorum.

Kazim. Mag. Viſlic. 1368. Folio 31. CVm realis diſtinctio perſonarum habeatur: inter quas, quædam perſonæ ſunt liberæ: vt virorum: aliæ autem, vt mulierum, quæ minus libere agere poſſunt in Iudicio, ſuper rebus & hæreditatibus, ipſis debitis & obligatis: Propter quod Statuimus: Vt viris, & maſculis, tantùm Præſcriptio triennalis currat: viduis, ſex annorum Præſcriptio, propter fragilitatem

gilitatem ſexus, apponatur: mulieri autem maritatæ, cùm non habeat ſui ipſius poteſtatem liberam, propter maritum, decem annorum opponatur Præſcriptio.

De maritatarum Præſcriptionibus.

NVptæ decennalem habeant Præſcriptionem. *Sigiſm. Petri. 1519.*

Præſcriptiones in Rußia eadem.

PRæſcriptiones Terreſtres, quæ in alijs terris Regni noſtri currunt, etiam in terris noſtris Ruſsiæ currere volumus, & Decernimus. præter eaſdem terras, & diſtrictus: in quibus, propter hoſtilitatem, Iudicia celebrari & agi non poſſunt, nec celebrantur. *Sigiſm. Craco. 1532. Bl.*

Qui emit villam, nec maiorem partem eius ſoluit, quæ Præſcriptione vti debet.

FRanciſcus vendidit Georgio hæreditatem, pro centum Marcis: pro qua ipſe Georgius ſtatim quadraginta Marcas exoluit: reſiduam pecuniam promittens, in certis Terminis per annos ſoluturum. & ſic idem Georgius, per quatuor annos pacificè & quietè, non facta totali ſolutione, tenuit & poſſedit prædictam hæreditatem. Denium propè finem quarti anni, idem Georgius emptor reliquam pecuniam offert ſe daturum, & ſoluturum Franciſco venditori: Franciſcus verò nititur, & quærit, quòd poſsit reſcindere, & reuocare eandem venditionem: cùm per tantum tempus, ſibi totalis ſolutio non fuit facta, nec ſubſecuta. Quapropter nos Statuimus, & declaramus: propter quietam & pacificam poſſeſsionem, habitam per tres annos, & tres menſes, venditionem prædictam perpetuā habere firmitatem: obſtante tanti temporis taciturnitate, & Preſcriptione. *Kazim. Mag. Viſlic. 1368. Fol. 19.*

Emptor villæ, contra Propinquos, Creditoresq; vendentis, triennio & tribus menſibus præſcribit.

DE cetero Statuimus: Quòd cùm aliquis emens hereditatem, & ipſam tenens tribus annis, & tribus menſibus, pacificè & quietè: & ſi ipſam aliquis conſanguineus, vel affinis, poſt prædictos annos impediat, volens ipſum ab eadem emptione, per proximitatem videlicet repellere: Statuimus: Quòd ex quo idem proximior tacuit tribus annis, & tribus menſibus prænotatis: vt amodo non ſit ei licitum, prædictam acquirere hoc modo hæreditatem. Hoc etiam volumus intelligi: Quòd ſi aliquis debitor diceret: Hæc hæreditas eſt mihi propinquior, quam tu tenes: Quia venditor ipſius, fuit mihi priùs debitus, antequam ipſam comparaſti: Si talis, cu- *Kazim. Mag. Viſlic. 1368. Fol. 13.*

talis, cuiuscunq; conditionis fuerit, Christianus, vel Iudæus: & tacuit tribus annis, & tribus mensibus: silentium sibi perpetuum, pro eadem hæreditate imponatur.

Præscriptio, pro pecoribus, vel iumentis, vi vel furto ablatis.

Kazim. Mag. Vilic. 1562. Fol. 38.

STatuimus insuper: Quòd passus damna, per furtum vel spolium, in pecoribus, vel pecudibus, vel rebus minutis, infra annum tantummodo, euocandi ad Iudicium, quem voluerit, habeat facultatem: sed in iumentis, vel equis, violenter vel furtim ablatis, infra duos annos. post annos verò supradictos, ad agendum non nisi cum testibus admittatur.

De Præscriptione Librorum Terrestrium, & Castrensium.

Ioan. Albertus Petri. 1446. Fol. 109.

ITem dubia declarantes, super Librorum Terrestrium & Castrensium Præscriptionibus, Statuimus: Quòd Libri Terrestres Præscriptiones habeant sic: vt Statuta antiquiora Kazimiri Magni, & aliorum successorum eius, continent. De Castri verò Præscriptione, meminimus satis suprà dictum, circa tribunalia Capitaneorum loca: sic vt ibidem specialiter colligitur, quamdiu Inscriptiones in eis contentæ sint valituræ.

¶ De Præscriptione furti, Vide in Titulo FVRTVM. Fol. 188.

¶ Præscriptio diuisionis inter fratres factæ, tribus annis & tribus mensibus ratificatur, Vide in Titulo DIVISIO. Fol. 145.

¶ Moniales bona hæreditaria, intra XX annos repetant, Vide in Titulo MONIALIS. Fol. 287.

De Præscriptione obligatæ hæreditatis, redimendæ vel non redimendæ.

Kazim. Mag. Visl. Fol. 18.

SI aliquis dedit bona quædam hæreditaria, in obligationem seu pignorationem: Volumus & decernimus: quòd idem sic obligans, aut eo deficiente eius consanguinei, aut proximiores in gradu, coram Iudice nostro, (si saltem ipsius præsentiam habere poterint) vel in Parochia illa, vbi impignorata illa hæreditas sita est, aut præsertim in Colloquio generali, faciant fieri publicè, semel ad minus in anno, vnam Protestationem & denuntiationem obligatæ illius hæreditatis: nomenq; & summam pecuniæ, pro qua impignorata extat, exprimere faciat. Qua Protestatione sic facta, & denuntiatione, dictus obligans, aut proximiores eius in gradu, (vt præmissum est) infra XXX annos, redimendi & liberandi prædictam hæreditatem, plenā & liberam habeant facultatem. Quòd si non curauerint, vel neglexerint, per continuos quindecim annos dictam facere Protestationem: ab omni Iure hæreditatis, sic obligatæ, sentiant se cecidisse.

De Præscri-

De Præscriptione hæreditatis petendæ.

CVm Præscriptio, propter segnitiem & pigritiam dominorum, sit instituta: proinde Statuimus, & decernimus: Quod si aliquis credit, vel reputat se habere aliquod Ius, ad aliquam hæreditatem: quam aliquis præsentialiter possidet: si infra tres annos, & tres menses, tempore pacis & concordiæ, sustinet & patitur pacificè ipsum possessorem possidere eandē hæreditatem: ita tamen, quod licèt possit de facili, infra prædictum tempus & spatium trium annorum, & mensium, ad ipsum possidentem venire, vel coram Iudice conuenire eundem: tamen immotam eandem reliquit quæstionem, & passus est possidentem: extunc ab omni Iure hæreditatis, quomodolibet sibi competenti, Censemus eundem, post decursum trium annorum & trium mensium, cecidisse. *Kazim. Mag. Visluc. Fol. 18.*

¶ Præscriptio sepis: Vide in Titulo SEPES.

¶ Præscriptio virginis, seu orphanæ: Vide in Titulo VIRGO.

¶ Præscriptio frumēti mutuati: Vide in Tit. FRVMENTVM. Fol. 181.

¶ Præscriptio fideiussionis: Vide in Tit. FIDEIVSSIO. Fol. 169.

¶ Præscriptio furti: Vide in Titulo FVRTVM. Folio 188.

¶ Præscriptio Kmethonis petendi: Vide in Tit. KMETHO. Fol. 252.

¶ Præscriptio possessionis siue hęreditatis in pecunijs obligatę: Vide in Titulo OBLIGATIO. Folio 308.

PRIVILEGIVM.

Priuilegia ab initio concessa, quibus derogatum est, quoquomodo ad statum priorem deducuntur, & confirmantur.

ITem attendentes, quòd dicti Regni nostri incolæ & habitatores, in fauorem nostrę Maiestatis, Priuilegijs ipsis, per Nos & nostros prædecessores concessis, quandoq; derogarunt: eadem ipsorū Priuilegia nostra, & prædecessorum nostrorum, Regum, ac Ducum, & hæredum legitimorū & verorum Regni Poloniæ prædicti, ad statum priorem reducimus, reintegramus, restauramus: & præsentis scripti patrocinio confirmamus, ratificamus, & declaramus, ipsaq; robur obtinere perpetuæ firmitatis. *Wladisla. IAgello Fol. 52.*

Priuilegium Ludouici Regis, confirmans omnes Literas, Jura, et Libertates, per antecessores eius indigenis Regni Poloniæ concessas: per quod nouas exemptiones suas Regno dedit, Pulchras, & perutiles. vt Priuilegium continet.

Ludouic. REx 1374. Fol. 40.

IN Nomine Domini Amen. Cùm gesta Principum debeant inuiolabiliter futurorum memoriæ enodari: & Confirmationes, Libertates, immunitates, Priuilegia, instrumenta, ratificationes, perpetuis temporibus perennari: Proinde nos Ludouicus, Dei gratia Vngariæ, Poloniæ, Dalmatiæ &c. Rex, ad vniuersorum, tam præsentium quàm futurorum, notitiam volumus deuenire: Quòd ex puro animo, & synceris affectibus, Regnum nostrum Poloniæ in bono statu & robore permanere anhelantes: Licet aliâs promissionibus Instrumentorum, seu Priuilegiorum, Nobilibus ipsius Regni Poloniæ fuissemus obligati: quòd decedentibus nobis de hac luce, masculinam prolem nostram tantùm, & non fœmineam, deberent habere & sibi recipere nostrum in hæredem, & successorem Regni Poloniæ: demum Baronum, Militum, Nobilium, & aliorum omnium consensu & voluntate accedente, filias nostras, non extante prole masculina, sibi in dominos & hæredes Regni prædicti acceptârunt: quas fieri nostros successores, & Coronam Regni Poloniæ ipsas volunt, & voluerũt obtinere: Tamen in eo casu, quo filium vel filias (Diuina nobis prouidẽte clementia) habuerimus, vnum ex eisdem masculis, illis deficientibus vnam ex nostris filiabus, nunc natis & extantibus, ac in futurum nascituris, quem vel quam Nos, vel excellentissima Regina mater, & consors nostra charissima, ipsis assignabimus, & assignabit, illum vel illam habeant, pro hærede & successore nostro: & ipsi regnicolæ assumere teneantur, & habere: prout eisdem, per Barones, Nobiles, Proceres, Ciuitatenses, & singulos inhabitatores Regni Poloniæ, fit & facta est, de nostra voluntate, obligatio omagialis, & promissio fit & facta est: exnunc, prout extunc, & extunc, prout exnunc, recipient in Principem, hæredem, & legitimum successorem: & deinde vel abinde, successores eorundem vel earundem: locũ regiminis habeant obtinere, in Regno Poloniæ prænotato. ¶ Sed quia Corona Regni prædicti, per has successiones posset aliquo modo diuidi, rumpi, vel quouis modo violari: Promittimus bona fide, absq; omni dolo cuiuslibet fraudis, sub Sacramẽto fidei nostræ, ipsam Coronam Regni Poloniæ semper saluam, & integram, ac illibatam conseruare: & nullas terras, vel partes earum, ab ipsa alienare, vel minuere: sed eam augere, & recuperare. velut in Coronatione nostra, sumus & fuimus obligati nostris munimentis. ¶ Et quia prædicti nostri Nobiles, affectum ad nos habentes specialem: quòd etiam prolem nostram fœmineam, veluti masculum, eis in Principem & dominum (vt dicitur) acceptârunt: ideo ob merita, fideliaq; seruitia facta, & voluntates vniuersitatis ipsorum, quę Nobis & nostris pueris vtriusq; sexus, facto fideli omagio præstiterunt, & in posterum loco & tempore fidelia seruitia sunt parati (dante Domino) exhibere, eos speciali fauore prosequendo: Ciuitates, Castra, possessiones, oppida,

Successores Regni post Ludouicum.

Terræ Regni Poloniæ non alienandæ.

Libertates Polonis data &c.

nes, oppida, & villas, incolas villarum totius Regni Poloniæ inhabitantes, ipſorum Baronum ac Nobilium omnium abſoluimus, liberamus, & eximimus: ab omnibus & ſingulis collectis, donationibus, ſiue tributis, tam generalibus quàm ſpecialibus, quocunque nomine cenſeantur, & ab omnibus ſeruitijs, laboribus, vexationibus, angarijs, præangarijs, in rebus, & perſonis committendum, purè & ſimpliciter, ſolutos & abſolutos eſſe volumus, ac exemptos. ſed his tantùm volumus eſſe contenti: quòd duo groſsi, vſualis monetæ in dicto Regno currentis (quorum quadraginta octo Marcam faciunt Polonicalem) de quolibet manſo, vel ſorte locatis, vel poſſeſsis, ſingulis annis, Nobis & noſtris ſucceſſoribus, in feſto beati Martini Confeſſoris, in ſignum ſummi dominij, & recognitionem Coronæ regni Poloniæ, exoluantur: Eo expreſſo: Quòd ſi inſultus hoſtium, in dictum Regnum inualeſceret: tunc Nobiles ipſius Regni, ad repellendum eorum ſæuitiam, occurrant cum omnimoda eorum poteſtate. Demum ſi noſtro & noſtrorum ſucceſſorum regiminis tempore, pro aliqua expeditione facienda, vltra fines ipſius Regni, procedere nos expediat: vel eoſdem nobiſcum, cum inimicis quibuſcunque, in eadem expeditione, conflictum ſeu bellum facere & inire contigerit: & aliqui ex ipſis, in eodem conflictu, ſi capti vel detenti fuerint: damnaq; parua, vel magna, perceperint: in rebus, & perſonis, ipſis plenariam ſatisfactionem impendemus. ¶ Item ſi aliquod Caſtrum vetus reparatione indigeat: tunc tempore pacis Burgrabius, ſeu poſſeſſor, & conſeruator illius Caſtri, tenebitur reparare. Oriente autem guerra & diſcordia, Caſtra noſtra in confinibus Regni noſtri Poloniæ ſita & exiſtentia, homines illorum diſtrictuum, vbi ipſa caſtra ſita exiſtunt, adiuuare ad reparationem, reformationemq; teneantur. Item ſi aliquod Caſtrum, pro defenſione & vtilitate ipſius Regni, cum conſilio & conſenſu eorundem Baronum conſtruere voluerimus: tunc ad eius conſtructionem, ijdem Regni Proceres tenebũtur adiuuare. Si verò ſine ſcitu & conſenſu eorundem Nobilium, & Procerum, ædificare voluerimus: tunc ad eius conſtructionem, noſtris ſumptibus & expenſis faciemus. Item promittimus: quòd tales honores & dignitates, vtpote Palatinatus, Caſtellanatus, Iudicia, & Succameriatus Officia, & his ſimilia, qui vel quæ vſque ad vitam conſeruari conſueuerunt, alijs quibuſpiam hominibus extraneis hoſpitibus non conferemus: niſi talibus, qui ſint regnicolæ terrarum eiuſdem Regni: in quibus huiuſmodi dignitates, vel honores conſiſtunt. Quas etiam dignitates, & omnia Officia ac ſingula, volumus in eorum Iuribus, prout fuerunt tempore Sereniſsimorum Principum dominorum, Wladiſlai aui, & Kazimiri auunculi, noſtrorum, Regum Poloniæ, conſeruare plenariè. Promittimus: Quòd nullum Baronem, Militem, ſeu Nobilem, vel alium quemcunque, Fol. 41.

cuiuſcunque conditionis exiſtat, extraneum, hoſpitem, ſeu alienigenam, præterquam natione Polonum, in Capitaneum præficere debemus: niſi talem, qui ſub eadem Corona, de gente Polonica ſit oriundus. dummodo non deſcendit de ſtirpe Ducali. Cæterum promittimus: Quòd nullum Caſtrum, ſeu Fortalicium Regni Poloniæ, alicui Duci vel Principi, aut deſcendenti de gente Ducali, regendum & tenendum committemus, pro tempore, vel in œuum. Deinde ſpondemus, Caſtra & Ciuitates ſæpedicti Regni, de quibus honores & Iudiciales ſedes procedunt, (hæc videlicet, Cracouia, *Biecz*, *Sądecz*, *Wiślicá*, *Woynicz*, in terra Cracouienſi, Sandomirienſi: *Zánichoſt*, *Lublin*, *Sieczechow*, *Lukow*, *Rádom*, in terra Sandomirienſi: ac Caſtrum Lancicien, in terra Lancicien: terra Siradien, & *Piotrkow*: item in terra Cuiauiæ, *Brześćie*, *Kruſznicá*, Wladiſlauia: item in Polonia Maiori, Poſnania, *Miedzyrzécz*, *Sbąſyń*, *Káliſz*, *Nakiel*, *Konin*, & *Pyzdry* nuncupata) nulli alteri niſi terrigenis, ſeu Capitaneis. in eodem Regno conſiſtentibus, conferemus. Alia autem Caſtra quęcũque, hoſpitibus, vel alijs, quibuſcunq; voluerimus, Nos & noſtri ſucceſſores habebimus & habebunt, liberam conferendi facultatem. Decernẽtes: quòd ipſi Burgrabij, ſeu rectores Caſtrorum, & homines ipſorum, coram Capitaneis, Iudicibus, Subiudicibus Regni prædicti, qui pro tempore fuerint, citati compareant, & reſpondeant de ſe querulantibus: prout cæteri Nobiles, & homines quicunq; Regni prædicti. dummodo cauſa vltionis ſanguinem non requirat: cuius cognitionẽ, pro Nobis & noſtris Succeſſoribus reſeruamus ſpecialiter. Præterea ſi per regnum illud, quocunque tempore, Nos & ſucceſſores noſtros procedere contigerit: deſcenſus ſuper Barones, Nobiles: Milites, ipſorumque populum, Kmethones, ſeu Iuagiones, non faciemus contra eorũ voluntatẽ: nec aliquid, ocaſione dicti deſcenſus, exigi faciemus ab eiſdem. Quòd ſi aliàs pro faciendo deſcẽſu diuertere non poſſemus: extunc pro noſtris ſumptibus, & pecunia, nos procurari in victualibus & alijs neceſſarijs faciemus. Inſuper omnes Barones, Magnates, Nobiles, Ciuitates, oppida, villas, poſſeſsiones, eorundem populum, & Kmethones, in eorum libertatibus, pollicemur & ſpondemus conſeruare: nec eos contra illas intendimus aggrauare: vel per quempiam faciemus aggrauari. Omnes autem alias Literas, Ordinationes, pacta, inſtrumenta, & munimenta, data & conceſſa, per Nos & ſucceſſores noſtros parte ex vna, ac prędictos Barones & Nobiles Regni prędicti: parte ex altera, quæ ſucceſsionem filiarum noſtrarum ducem vel inducem, in dicto Regno fieri excludebant, de conſenſu eorundem Baronum, Militum, & Nobilium dicti Regni Poloniæ, caſſamus, vacuamus, annullamus: Caſſas, vanas, vacuas, & irritas nunciamus: volentes ipſas carere omni robore firmitatis, præſentibus ſolummodo perpetuis temporibus va-

ribus valituris. In quorum omnium euidens teſtimonium, firmitatemq; perpetuam, præſentes conceſsimus literas noſtras, pendenti & euidenti Sigilli noſtri ſimplicis munimine roboratas. Datum & actum Caſſouiæ, 17. menſis Septembris, Anno domini 1374.

Wladiſlai Jagellonis Statuta, de libertatibus regnicolarum, tam Spiritualium quàm Secularium, in Jedlna conceſſum Priuilegium: tamen datum erat Cracouiæ, Rege ex Jedlna illuc veniente: & ſic in theſauro continetur ſcriptum.

WLADISLAVS, Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Litvvaniæque Princeps, Pomeraniæ, Ruſsiæq; Dominus & hæres. &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis: Quomodo libramine veræ rationis, penſantes intemeratæ fidei & inſuparabilis virtutis conſtantiam: quibus incolæ Regni noſtri Poloniæ, in bellis & certaminibus, (quæ cum proſperis, auſpice Domino, noſtrorum triumphorum ſucceſsibus, ſæpe ſæpiuſque, pro defenſione noſtra, & Regni eiuſdem, hoſtium ſuſtinendo inſultus ſuſcepimus) placere nobis meruerunt: & votis noſtris, obſecundatione fideli, non abſq; varijs periculis corporũ, & extenuatione rerum, deuota ſubiectione vbiq; & ſemper paruerunt: Horum intuitu, & aliorum contemplatione meritorum, quæ excelſa dona noſtræ munificentiæ non indignè promerentur: volentes etiam, vt beneuolentia eorum, fidei affectus, quos cum tanta ſynceritate, & in filios noſtros, præclaros Principes, Wladiſlaum, & Kazimirum direxerunt: quorum vnum, quem aptiorem ad regimen Regni cognouerint, quem noſtris requiſitionibus admoniti, ſibi, expleta vitæ noſtro periodo, pro Rege, Principe, domino & hærede Regni huius Poloniæ, & terrarum Litvvaniæ, & Ruſsiæ, (quas præclarus Princeps dominus Sigiſmundus Kerſtuthi, magnus Dux Litvvaniæ, frater noſter chariſsimus, prout in præſentiarum poſsidet, & debet ad tempora vitæ ſuæ poſsidere, & poſt obitũ eius ad Nos, & filios noſtros prædictos, ac Coronam, vera & hæreditaria ſucceſsione deuolui: ſicut patentibus literis, ad hoc confectis, eſt firmatum) deuotè & humiliter ſuſceperunt: & Corona Regni, ſceptriſq; Regalibus, cum ſolennitate cæremoniarum debita, promiſerunt, tanquam verum & legitimum ſucceſſorem, poſtquàm ætatem legitimam habuerit, inſignire: dignis pro grata viciſsitudine, Regiæ celſitudinis muneribus compenſentur: Omnia Iura, & ipſorum Priuilegia, quæ dudum circa Coronationem noſtram, & alijs poſt modum momẽtis & temporibus, ipſis conceſsimus, vel quæ eis alij Reges, & Principes, veri hæredes Regni Poloniæ prædeceſſores noſtri, ab antiquis tem- *fol. 50.*

WLadisl. confirmat Priuilegia et Iura, p[re]decessorum suorum Regni Poloniæ data, interpretando obscura.

poribus concesserunt, patrocinio præsentis Priuilegij nostri ratificamus, approbamus, renouamus, & confirmamus: sub infrascriptorum moderamine articulorum: quorum regulatione, si quæ obscura tenor prædictorum Priuilegiorum comprehendit, sensum recipient clariorem: & ambigua omni dubietate carebunt: per quæ intellectus confundi, & nasci errores consueuerunt. ¶ *Primò quidem, quòd vniuersas ædes sacras, seu Ecclesias, in omnibus eorum Iuribus, immunitatibus, & libertatibus, ac metis, & distinctionibus antiquis, quibus temporibus dominorum prædecessorum nostrorum Poloniæ Regum ac Ducum fruebantur, volumus omnimodè conseruare. Dignitates autem Ecclesiasticas & Seculares Regni Poloniæ, æquo modo circa Iura & Consuetudines ac libertates ipsorum, quæ & quas temporibus Serenissimorum Principum Dominorum, Kazimiri, Ludouici, & aliorum Regum ac Ducum, hæredum Regni Poloniæ, obtinebant, dimittemus persistere & permanere. ¶ Quas quidem Dignitates, cùm eas vacare contigerit, nulli extraneo terrigenæ, nisi Nobili bene merito, & in fama laudabiliter conseruato, illius terræ in qua dignitas vel honor vacauerit, (terræ videlicet Cracouiensis, terrigenam Cracouiensem: Sandomirienſis, terrigenam Sandomirienſem: & in Maiori Polonia, terrigenam Maioris Poloniæ: & sic de singulis terris Regni Poloniæ) dabimus, & quomodolibet conferemus. ¶ Super quibus etiam Dignitatibus, Ecclesiasticis & Secularibus, Literas expectatiuas nulli personæ dabimus in futurum. Et quòd prædictas Dignitates, tam Ecclesiasticas quàm Seculares, non debemus minuere: nec etiam suffocare: & possessiones, census, aut salaria ad eos pertinentia, absq; Iuris debito examine non auferre. ¶ Item quia per Tenutarios Castrorum & Fortaliciorum alienæ gentis, & extraneæ nationis, Regnum in se, & in suis partibus, crebrius periclitari contingit: pro eo, & ex eo, nulli Ducum, & de Ducali genere descendenti, seu extraneo alienigenæ cuipiam, aliquod Castrum, Fotalicium, aut Ciuitatem, ad regendū pro tempore, vel in æuum dabimus, assignabimus: aut quomodolibet conferemus. nec etiam aliquem talium, in Capitaneum aut Tenutarium terræ alicuius, aut terrarum Regni nostri prędicti, preficere volumus: nec etiam surrogare. ¶ Item promittimus insuper & spondemus: Quòd dum ad requisitionem nostrā, Nobiles nostri Regni, extra metas eiusdem Regni nostri, ad repellendam hostium sæuitiam transferre contigerit: ipsis satisfactionem condignam, pro captiuitate, cæterisq; damnis notabilibus, faciemus. ¶ Metas verò seu granicies sæpedicti Regni memorati, Nobiles, ab insultu & incursu æmulorum & hostium, proprijs sumptibus tueri debent, & omnimodè teneantur. ¶ In casu verò, quo aliquis æmulus Regni nostri, quocunque modo regnum nostrum intrauerit: & cùm eodem conflictum, intra metas eius-*

Dignitates vacantes. Nobilibus terrigenis illius districtus bene meritis dande.

Super Beneficijs et Dignitatibus Expectatiuæ non dabuntur. prouentus verò earundem non minuentur.

Nulli alienigenæ seu extraneo, Castra seu Ciuitates, ad regēdum committantur.

Nobilibus extra Regnū proficiscentibus, indemnitatem Rex promittit

Nobiles ab insultu hostium, suis sumptibus fines Regni tueri debent.

In casu conflictus

tas eiusdem Regni, terrigenas nostros facere contigerit: eisdem terrigenis, pro captiuitate duntaxat: Si verò extra metas idipsum fieri contigerit: tunc & pro damnis, si quæ (quod absit) incurrerint, & pro captiuitate, satisfactionem condignam impendere. ¶ [b] Et si quis ex nostris Baronibus, Nobilibus, Proceribus, seu terrigenis, aliquem vel aliquos, captiuum vel captiuos, cuiuscunq; status, conditionis, aut eminentiæ, capt iuauerit: illi vel illis promittimus, à quolibet huiusmodi captiuo, dare & soluere vnam Sexagenam monetæ, in Regno nostro currentis: & recipere pro nobis captiuum depactandum: exceptis Ciuibus & Plebeijs: quos ille vel illi depactent, qui eos duxerit, seu duxerint captiuandos: pro libito suæ voluntatis. ¶ [c] Item quòd quando præfatis nostris terrigenis, extra metas Regni nostri expeditionaliter exire, seu se transferre mandabimus, seu mandaremus: quinque Marcas super quamlibet hastam, dare, soluere, & distribuere promittimus: in Ciuitate notabiliori cuiuslibet districtus, seu antequam metas Regni nostri exiuerint prædicti. Casu verò, seu successu temporis se offerente, dum infra spatium duorum annorum, post distributionem pecuniarum sic (vt præmittitur) factam, ad expeditionem non processerimus: extunc ijdem terrigenę, ab huiusmodi pecunijs & seruitijs, ratione prædictarum pecuniarum faciendis, erunt soluti penitus & exempti. ¶ Si autem infra decursum eorundem duorum annorum, ad expeditionem cum eisdem terrigenis nostris transitum faceremus: & extra metas Regni nostri, cum expeditione processerimus: extunc prædicti terrigenæ, ab eisdem pecunijs & seruitijs, prætextu earundem similiter sint absoluti. ¶ [d] Item promittimus pro inclytis filijs nostris prędictis: quòd postquã, dante Domino, vnus illorũ in Regem electus, sceptra Regni Poloniæ amplectetur, monetam ex quocunq; genere metalli, absq; consensu & consilio speciali, Prælatorum & Baronum, in regno Poloniæ cudere non permittet. quemadmodum Nos, sine ipsorum consensu & consilio, huiusmodi monetam cudere noluimus, neq; cudimus. ¶ Absoluimus insuper, & perpetuò liberamus, omnes & singulos omnium nostrorum terrigenarum Kmethones, ab omnibus Solutionibus, Contributionibus, & exactionibus, vecturis, laboribus, equitaturis, Podvvodis dictis, angarijs, grauaminibus, frumentorum dationibus, dictis *Sep* vulgariter: præterquam duos Grossos monetæ vsualis Polonicalis, & in Regno Poloniæ commu. iter decurrentis. quos quidem duos Grossos, quilibet Kmetho prædictorum terrigenarum, de quolibet laneo possesso soluet: etiam si illum plures personæ possideant. ¶ Scultetis eorum, & seruitoribus, (quos ab huiusmodi solutione duorum Grossorum, volumus esse liberos, & exemptos) necnon Molendinatoribus, Tabernatoribus, & Hortulanis, non habentibus nec colentibus agros, hoc est mansos, seu laneos, integros vel me-

fluctu inter metas Regni. de captiuitate duntaxat: extra metas verò, tã de captiuitate quã de dãnis, rex satisfaciat

[b] *Nobilis Nobilẽ Regi tradet, sexagenã receptur⁹: Ciuẽ verò per se depactaturus.*

[c] *Terrigenæ extra Regnũ Rege mandante progredientes. 5. Marcas p quamlibet hasta. per Regem dentur.*

Terrigenæ pecunijs receptis, si Regẽ ad belli progredi nõ cõingat infra biennũ, à seruitijs liberi erunt.

[d] *Sine cõsensu Constituerũ moneta nõ cudenda.*

Kmethones ab omnibus solution. et Contributionibus absoluũtur: tãmmodo duos Grossos de laneo dent.

Sculteti, Molendinatores, Hortulani, tabernatores, agros nõ colẽtes, à so-

à solutione duorum Grossorum suos exempti.

vel medios, duntaxat exceptis atq; demptis: singulis annis in futurum, in festo sancti Michaëlis Archangeli, vsq; ad diem sancti Nicolai, soluere sit astrictus. Si autem prædictorum Molendinatorum, siue Tabernatorum, aut Hortulanorum aliquis, integrum Laneum agrorum coluerit: tunc ad solutionem duorum Grossorum. si verò medium laneum, ad soluendum vnum Grossum, similiter monetæ prædictæ, nobis sint astricti. Ad quos quidem duos Grossos monetæ præscriptę, aliâs Serenissimo Principi Domino Ludouico, Vngariæ & Poloniæ Regi, soluere liberè se submiserunt.

Villa non soluens Contributionem duarũ Grossorum quomodo pignoratur.

¶ Quòd si infra præfixum terminum, nobis aliqua villa pecuniam huiusmodi soluere neglexerit: extunc Exactor noster, quem pro tollenda eadem exactione duxerimus deputandum, in eadem villa vnum bouem, ratione non solutionis, absq; spe restitutionis, habebit recipiendi omnimodam facultatem. Si verò infra quatuordecim dies, post eiusdem bouis receptionem, eadem villa, & quæuis alia, dictam pecuniam non soluerit: extunc Exactor noster duos boues consimili modo, sine spe restitutionis recipiat, atq; tollat.

Exactor rationem notæ seu Spissi, nihil tollat.

¶ Memoratus etiam Exactor, pecuniarum prædictarum prætextu, notæ (quod *Napisne* dicitur) nihil exigat, atq; tollat: & nihilominus literis suis Kmethones quittet, de solutis.

Ciuis extra Ciuitatem habitãs Porádlne soluet: intra verò, minimè.

¶ De Ciuitatibus autem antiquis, & nouis, tempore regiminis nostri locatis, sic Statuimus: Quòd ille Ciuis seu oppidanus, qui Ciuitatem cum vxore, filiis, & familia inhabitat, & agrum solus, vel per suum hortulanum, aut agricolam colit, non tenetur ad prædictam *Porádlne* pensionem. sed si ante oppidum vel ciuitatem resideret: soluet præfatam *Porádlne* pensionem: ac si in villa resideret. non obstante, quòd ad Ius & Iurisdictionem eiusdem oppidi seu ciuitatis pertinere, vel cum eis onera sufferre perhibeatur.

Iustitionarius non instituendus.

¶ Item spondemus: Quòd in nulla terra totius Regni Poloniæ, Iustitionarium constituere volumus, vel quomodolibet surrogare.

** Priuilegia Ecclesiis ac reliquis terrigenis cõcessa. inuiolabiliter tenenda.*

¶ *Præterea Promittimus: Singulos articulos & clausulas, in Priuilegijs, nullo vitio falsitatis deprauatis, Serenissimorum Principum dominorum, Kazimiri, & Ludouici, ac omnium aliorum Regum, Ducum, ex vera successione hæredum antiquorum Regni Poloniæ, Ecclesijs, terrigenis, & Ciuitatibus concessis, nostrorum prædecessorum contentas, præsertim commodum & profectum nostrum, Regniq; Poloniæ sæpe fati & ipsius incolarum, concernẽtes, firmiter & inuiolabiliter obseruare perpetuis temporibus, & tenere.

REx stationes nõ capiat: sed pecunias emat.

¶ Item pollicemur: Quòd nullas stationes, seu procurationes, vel descensus, in Ciuitatibus, villis, & hæreditatibus, curijs ac prædijs Ecclesiarum, Nobilium, & terrigenarum nostrorum, faciemus. Si verò casualiter, necessitate & opportunitate nos cogente, stationem in bonis, Ciuitatibus, Castris, aut Curijs Ecclesiarum, Nobilium, nos facere contigerit: extunc nil vi vel potentia recipere faciemus: vel quomodo

libet fa

libet facere recipi permittemus. imò quæq; neceſſaria, noſtris pecunijs proprijs volumus comparare. ¶ Cæterum promittimus & ſpõdemus: Quòd nullum terrigenam poſſeſsionatum, pro aliquo exceſſu, ſeu culpa, capiemus: ſeu capi mãdabimus: nec aliquam vindictam in ipſo faciemus: niſi Iudicio rationabiliter fuerit conuictus: & ad manus noſtras, vel noſtrorum Capitaneorum, per Iudices eiuſdem terræ, in qua idem terrigena reſidet, præſentatus. *illo tamen homine, qui in furto, vel in publico maleficio, (vtpote incendio, homicidio voluntario, raptu virginum & mulierum, villarum depopulationibus, & ſpolijs) depræhenderetur: Similiter illos, qui de ſe nollent debitam facere Cautionem vel dare, iuxta quantitatem exceſſus vel delicti, duntaxat exceptis. ¶ [a] Nulli autem bona ſeu poſſeſsiones recipiemus: niſi fuerit Iudicialiter, per Iudices competentes, vel Barones noſtros, nobis condemnatus. ¶ [b] Item promittimus: Quòd omnibus terrigenis, cum bonis & hæreditatibus noſtris granicies poſtulantibus ac petentibus, non denegabimus. ¶ [c] Item pollicemur: Quòd omnes terras noſtras regni noſtri Polonię, etiam terram Ruſsię includendo, ſaluis tamen auenæ Contributionibus (de quibus nobis, ad tempora vitæ noſtræ, ſola Ruſsia reſpondebit) ad vnum Ius, & vnam legem communem omnibus terris reducemus: reducimusque, adunamus, & vnimus, tenore præſentium mediante. ¶ [d] Item attendentes, quòd dicti regni noſtri incolæ, & inhabitatores, in fauorem noſtræ Maieſtatis, Priuilegijs ipſis, per Nos & noſtros prædeceſſores conceſsis, quandoq; derogarunt: eadem ipſorum Priuilegia, noſtra, & prædeceſſorum noſtrorum, Regum ac Ducum, & hæredum legitimorum & verorum Regni Poloniæ prædicti, ad ſtatum priorem reducimus, reintegramus, reſtauramus: ac præſentis ſcripti patrocinio confirmamus, ratificamus, & declaramus: ipſaq; robur obtinere perpetuæ firmitatis. ¶ Item ſi qui terrigenæ, aut quiuis alij incolæ Regni Poloniæ prædicti, pendente Lite in Iudicijs, pro quibuſcunq; cauſis concordare voluerint: à pœnis noſtris, & Iudicum, ac Subiudicum, Palatinorum, ac Caſtellanorum, eoſdem liberos facimus, & ſolutos. ¶ Item Promittimus: Quòd nulli pœnas ſuper Nobilibus, ad quas nobis Iudicialiter fuerint condemnati, exigendas donabimus: ſed eas per Nos, aut noſtros Capitaneos, ſeu Officiales exigemus: & exactas, iuxta beneplacitum noſtrum conuertemus. ¶ * Item omnes incolæ terrarum, Cuiauienſis & Dobrynenſis, de auena ſolita, quam nobis ſoluere conſueuerunt, ad decem annos duntaxat nobis reſpondere ſint aſtricti. quibus reuolutis, ab huiuſmodi auena liberi ſint, & exempti.

¶ ? Item Notarij Terreſtres, ad Officium Notariatus promoti, ſemper ſoli Iudicijs, & non per alios, vel Subſcribas, vel ſurrogandos reſideant: vbi commodè potuerint. aliàs liceret eis habere ſubſtitutos: quos

Null⁹ terrigena poſſeſſionatus, niſi iure conuict⁹ captiuetur

**Fur, latro, Incendiarius, homicida, raptor virgin. villarũ depopulator, vbig; detinẽtur: Similiter q; de ſe Cautionẽ facere nollẽt, iuxta delicti quantitatem.*

a Bona nulli, niſi iure victo confiſcanda.

b Terrigenis Cõmiſſarij ad faciẽdos limites dabuntur.

c Omnes terræ Regni ad vnũ Ius reducuntur.

d Priuilegijs quibus aliquid derogatũ eſt, robur priſtinum reſtituendum.

Lite pendente, concordiã tentantes, à pœnis quibuſuis abſoluuntur.

Pœna Regia, nulli donãda, ſed per Capitaneos exigenda.

** Ad decẽnium incolæ terræ Cuianien. et Dobrzynen. auena Contributionẽ dabunt.*

? Notarij Terreſtres

restres. & se in Iudicijs reside. ant: alias ex causa rationabili. substituros ad arbitrium Iudicũ. & aliorũ Nobilium, haberepossint.

Baronibus, Iudicibus terrarum, in quibus Officium huiusmodi possident, substituendos præsentare teneantur: & quòd tales sint bonæ famæ: & à dictis Baronibus, & Iudicibus, ad Officium huiusmodi approbati. alias nobis continuò hoc ipsorum Officium, alijs habilioribus, & magis assiduis est conferendum. ¶ a Nulla autem leuis causa, nisi ardua, absentiam Notariorum poterit excusare. Harum, quibus Sigillum nostræ Maiestatis appensum est, testimonio literarum. Datum Cracouiæ Feria sexta infra Octauas Epiphaniæ domini, Anno domini 1433. Præsentibus Reuerendis in Christo patribus, Magnificis, & Nobilibus: Alberto, Sanctæ Gnesnensis Ecclesiæ Archiepiscopo, & primate: Zbigneo Cracouien. Ioanne Wladislauiensi, Ioanne Chelmensi, Episcopis: Nicolao de Michałovv Castelano & Capitaneo Cracouiensi: Petro Száfrániec Sandomirjensi, Martino de Kalinovva Siradien, Ioanne de Lichin Brzesten, Iarando de Grabie Wladislauien, Palatinis: Petro de Bnyno Gnesnen, Laurentio Zarçba Siradien, Alberto Málski Lancicien, Dobeslao de Olesznicá Voynicensi, Cristino de Koziegłovvy Sandecensi, Domaratho de Kobylány Bieczen, Cristino Brzezen, Ioanne de Kretkovv Dobrinen, Varschio de Samborzecz Zavvichosten, Paulo de Słodczy Małogosten, Stanislao Gamrath Połáneceń, Paszkone de Gosłávvice Konarienſi, Staniſlao de Gozdna Brzesten, Castellanis: Ioanne de Olesznicá, Regni nostri Poloniæ Marssalco. Petro de Pieszkoua Skáłá Cracouien, Petro Korczbok Posnanienſi, Staniſlao Bielavvski Lancicienſi, Staniſlao Sczkovvski Wladislauienſi, Andrea de Lublin Dobrinenſi, Regni nostri Poloniæ Thesaurarij, Succamerarijs: Paulo de Bogumiłovvice Cracouien, Ioanne de Sprovva Sandomirienſi, Abrahæ de *Sbąßyn* Posnanienſi, Petro de Widavva Siradienſi, Nicolao Słup Dobrinenſi, Iudicibus: Staniſlao de Chárbniovvice Sandomirienſi, Zegothe de Moykovvice Siradien, Alexio Dobrinen, Nicolao de Koscielec Bydgostien, Vexilliferis: Petro Strynkovvski Pincerna Lancicienſi, Sigismundo Bobovvski Cracouienſi, Záwisio de Olesznicá Sandomirienſi, Subiudicibus: & alijs Militibus, in generali Parlamento, seu Conuentione constitutis. Datum per manus prædicti Reuerẽdi patris, domini Ioannis, Episcopi Wladislauien, Regni Polonię Cancellarij: & Venerabilis Wladislai de Oporovv, Decretorum Doctoris, Decani Cracouien. sedis Apostolicæ Protonotarij, eiusdem Regni Vicecancellarij.

a *Notarius negligens. Officio priuatur.*

Confirmatio Priuilegiorum, & aliorum Iurium, cum additione aliquorum articulorum, per Wladislaum IAgello Regem, ipsis Regnicolis in loco Campestri, prope Czyrwiensko, de anno Domini M. CCCC. XXII. concessorum.

In Nomine

IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam, non debent res humanæ vsque quaque deficere in robore, & viribus eneruari à quopiam: quos solida Principum firmauit authoritas: perfectio plantauit literarum: & fides plena testimonij perfecit. Proinde Nos Wladislaus Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ: Princepsque summus Litvvaniæ, Pomeraniæ: Rusiæque dominus & hæres &c. Significamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis, tam præsentibus quàm futuris, præsentium notitiam habituris: Quomodo ad fidem eximiam, & obsequia semper fideli continuata studio attendentes: quibus Prælati, Barones, Proceres, Nobiles, ac vniuersa Regni nostri Militia, nunc suis nos dirigendo consilijs, nunc in bellis, nūc in alijs casibus & contingentijs nostris, infatigabili virtute nobis adhærendo, gratos se nobis reddiderunt, & quotidie reddunt incessanter: & aucta fidelitatis suæ præstantia, adhuc magis reddere poterint in futurum: propter quę Regalis munificentię nostræ dona, merentur à nobis recipere. ¶ Horum intuitu, volentes ipsos gratiarum nostrarū fauoribus præuenire: & eorum profectibus, quos semper cum proprijs computamus, intendere: quatenus sic ad nostra seruitia valeant, feruentioribus animis conuolare: ad instantes petitiones ipsorum, nobis cum humilitate oblatas, & maximè ad preces, interuentus, & suasum Serenissimi fratris nostri charissimi, domini Alexandri aliâs Witovvdi, Magni Ducis Litvvaniæ, speciales: infrascripta Iura, libertates, & exceptiones, velut ipsis accomoda & necessaria, perpetuis temporibus ipsis concedimus duratura. ¶ Inprimis Pollicemur: quòd amodo & in antea, nunquam absque consilio, suasu, & consensu, & annuentia speciali Prælatorum, & Baronum Regni nostri, monetam, nunc currentem in Regno nostro, vel aliam extraneam, aut de nouo inuentam cudere faciemus, aut cudi permittemus: & cudentes iuxta ipsorum demerita pœnis legis affligemus: vt per hoc damna, & importabilis subditorum nostrorum penuria, per cuius abusum hæc vbique, in Regno nostro abundarunt, tempore nostri regiminis, fœliciter auferatur. ¶ Quemadmodum diuæ memoriæ, dominus Kazimirus olim Rex Poloniæ antecessor noster, hoc ipsis concesserat, & in libro Terrestri, quem cum Prælatis & Baronibus suis, quondam Villiciæ in Conuentione generali edidit, & pro memoria sempiterna dereliquit. ¶ Item, vt gratia vberiori consolentur à nobis: etiam nos fide & seruitijs amplioribus prosequantur: promittimus: quòd exnunc & decætero, nunquam alicuius subditi Regni nostri, cuiuscunque eminentiæ, status, aut gradus fuerit, bona hæreditaria recipiemus, confiscabimus: recipi vel confiscari faciemus: ¶ Nec se de eis per nos, vel Officiales nostros, vel alios quoscunque homines intromittemus, vel intromitti faciemus,

Folio. 48.

Commendat Regia Maiestas Regnicolas suos, recensendo virtutes eorum quàm multiplices.

Exprimit Regia Maiestas affectum quē habet ad subditos suos.

Rex non debet cudere Monetā, absq; communi suorum Regnicolarum consensu & decreto cudēs, aliàs Monetam clam pœna legis est punieda.

Meminit Statutorum Kazimiri Magni, Villicia editorum.

Rex promittit nulli Regnicolarum recipere bona

Bona pro quolibet excessu, nisi quis fuerit in re conuictus.

cietnus, pro quibuscunque excesibus aut culpis: nisi priùs super hoc præcedat Iudiciũ nostroum: quos ad hoc deputauerimus: cum nostris Prælatis, Baronibus, matura cognitio & sententia sequatur. ¶ Item nolumus amodo, nec debemus alicui petenti nostram Maiestatem, granicies limitum, seu granicierum huiusmodi cum bonis, villis, & hæreditatibus nostris distinctionem denegare vel differre: dummodo per vim & violentiam non exigatur à nobis. ¶ Item cùm ex hoc non modica subditis nostris contingant dispendia, si Iudices in terris, in quibus præsunt, iudicijs in Capitaneos præficimus: propterea exnunc & in antea nolumus, aliquem Iudicem illum, terræ illi in Capitaneum præponere, in quo Iudicio præsidet, & Iudicij obtinet potestatem. ¶ Præterea vt inter Nobiles Regni nostri, & alios subditos, iurgia, contentiones, disidia, strages, & homicidia submoueantur: quæ possent verisimiliter suboriri, dum pœnas nostras, quæ nobis de Iudicijs nostris proueniunt, familiaribus, vel alijs subditis nostris, ad eorum importunas petitiones, ab illis concedimus exigendas: qui ad illas nobis condemnantur. Proinde præsenti scripto Pollicemur: nunquam alicui huiusmodi pœnas in subditis nostris dare, assignare, & deputare: ex quacunq; causa vel ratione: sed eas per Officiales nostros, pro nobis faciemus exigere: aut eas illis, qui nobis ad eas sunt obnoxij, pia mansuetudine indulgere: vel aliâs de exactis disponere: iuxta nostram Regiam voluntatem. Cæterum, cùm omnibus terris, quas Regni nostri ambitus compræhendit, velut vnicus Princeps & dominus æqualiter dominemur: non est æquum, vt varijs modis iudicandi populus nobis subiectus, & sub nostro existens regimine, in varios ritus iudiciorũ dilabatur. ¶ Præterea perpetuò edicto Statuimus: vt omnes & singuli homines Regni nostri, cuiuscunq; conditionis, status, dignitatis, aut gradus fuerint, causas in Iudicijs nostris terrestribus proponentes, vel proponere volentes, singulariter singuli, & generaliter vniuersi, eodem Iure, modis, consuetudinibus, & ritibus per Regnum nostrum potiantur: nec audeant Iudices sedibus & tribunalibus Iudiciorum nostrorum præsidentes, alios modos, ritus, & consuetudines, circa terminos & sententias obseruare: nisi illos, quos præfati domini Kazimiri prædictus Liber & Consuetudines doceant & informent: ad quem semper recurrant. Quicquid autem per ipsos aliter fuerit iudicatum, & sententiatum, irritum remaneat: & nullius roboris vel momenti. ¶ Insuper licèt collectores nostri per terras nostras Cracouiensem. & Sandomirienſem, pro Exactionibus nostris, vulgariter *Kroleſtwo* nuncupatis, in signum subiectionis & veri dominij nobis solui ibidem in moneta currenti, & consuetis grosis Pragen̄, à Kmethonibus receperint, & nostro infiscauerint Thesauro: ne tamen hoc valeat in posterum dictis terris parare aliquod detrimentum: vel

De granicierum per Regem faciendis.

Nullus Iudex potest esse Capitaneus illius terræ, cuius est Iudex.

Panes in subditis suis Rex nemini debet conferre.

In omnibus terris, Regno Poloniæ subiectis vnũ Ius, vna consuetudo Iudicij debeat obseruari.

Exactio, dicta Kroleſtwo, quæ aliâs duorum Grossorum, seu Pradue nuncupatur, communem Monetam, & Pragensibus grossis debet, Iuris.

Iuribus

Iuribus eorundem derogare: Decernimus: & edicto perpetuo Statuimus: vt amodo, in dictis terris Cracouien̄, & Sandomirien̄, non alia niſi currẽs & communis in Regno Moneta, pro huiuſmodi Exactionibus noſtris exigatur. hoc prouiſo: quòd ſi aliqui ſubditi noſtri in dictis terris à ſuis Kmethonibus, pro ipſorum cenſibus groſſos Pragen̄, receperint, vel recipere voluerint: illi etiam Kmethones: ad ſoluendum nobis ſimiles groſſos Pragen̄. pro Exactionibus noſtris per noſtros Collectores arceãtur. ¶ Poſtremò vt ſubditi & indigenæ Regni noſtri tam Spirituales, quàm Seculares, abſque vlla ambiguitate viribus & Priuilegijs, quæ nobis dudum à noſtris prædeceſſoribus diuæ memoriæ Regibus Poloniæ, & à nobis ſunt conceſſa, ſecuriùs vti poſſent, & potiri: nec aliqua circa eorum continentiam hęſitatione ſuſpendi: omnia & ſingula Priuilegia, lura, libertates, & conceſsiones noſtras, & noſtrorum prædeceſſorum prędictorum, quas obtinent, ſub quacunque forma verborum, in omnibus punctis, conditionibus, articulis, ſententijs, & claſulis præſentibus, innouamus, ratificamus, approbamus. & robur perpetuum apponimus & addimus eiſdem. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Actum in *Koło* Campeſtri ſtationum Exercituum noſtrorum. vltra Wiſlam, propè Monaſterium *Czyvvieńſko* dioce. Ploceñ. in Craſtino S. Mariæ Magdalenæ electę. Anno Do. M. cccc. xxij. Præſentibus præfato Sereniſsimo fratre noſtro domino Alexandro, aliâs Witovvdo, Magno Duce Litvvaniæ. &c. chariſſimo, conſenſum & conſilium ad omnia præmiſſa præſtante, & præbente. necnon Reuereñ. in Chriſto patribus, ac Magnificis, & Nobilibus viris, dominis, Nicolao Archiepiſcopo Gneſneñ. Iacobo Epiſcopo Ploceñ. Eccleſiarum. Ioanne de Tarnovv Cracou. Sandiuogio de Oſtrorog Poſnanien̄. Nicolao de Michálovv Sandomirien̄. Nicolao de Oporovv Lancicien̄. Palatinis. Martino de Kálinovva Siradien̄. Dobkone de Oleſznicá Woynicien̄. Martino de Rytvviány Závvichoſten̄. Caſtellanis. Paulo de *Rogumiłovice* Craco. Petro de *Widává* Siradien̄. Prandota Sárnovvski Lancicien̄. Iudicibus, & alijs pluribus Baronibus, & Militibus noſtris fidelibus dilectis. Datum per manus Reuerendi patris domini Alberti Epiſcopi Cracouien̄. Regni Poloniæ Cancellarij ſupremi: & venerabilis Ioannis Decani Cracouien̄. Vicecancellarij, nobis ſincerè dilectorum.

Confirmat omnia Priuilegia, & libertates, vniuerſi regnicolæ.

Wladiſlaus Jagello Rex Poloniæ, confirmat Statutum Kazimiri Magni, & pœnam decernit contra eos, qui ad Bellum eundo, damna inferunt, in bonis Spiritualium, & Monaſteriorum, & Secularium.

Folio 63.

QVanquam fœlicis recordationis Kazimirus Rex Poloniæ, Prædeceſſor noſter, cum nonnullis principibus terrarum, Regno & Maieſtati ſuæ contrariantibus, per multa tempora bella & expeditiones habuerit, fecerit, tenuerit, & exercuerit: nunquam tamen tempore fœlicis ſui regiminis regni, per bellatores, tot & grauia damna, pericula, ſacrilegia, effractiones Eccleſiarum, & deuaſtationes bonorum Eccleſiæ, & Monaſteriorū, ac aliorum bonorum fuerunt, nec ſunt tot, & tam grauia: vti fœlicis tempore noſtri regiminis Regni (quod condolentes referimus) perpetrata, ac commiſſa. ¶ Statuerat enim & ordinauerat, laudabiliter præfatus prædeceſſor noſter, cum Prælatis, & dominis Regni ſui: Quòd omnes, & ſinguli regnicolæ, ad expeditionem euntes, quocunq; nomine cenſerentur, nunquam in Ciuitatibus, oppidis, villis, allodijs, & alijs bonis tam Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & Secularium, qui ædificia habent, ſed in campis, vel rubetis ſtationem facere: nullaſque rapinas, bonorum quorumcunque, & violentias cuiquam inferre debuiſſent. ¶ Item, Statuerat cum Prælatis & dominis prædictis, leuiori comparatione expeditionem tranſeuntium & vtilitate regni penſatis: Quia euntes ad expeditionē, pro expenſis ſuis comparādis, bouem pro media Marca, vaccam pro octo Scotis, pro fertone porcum, Mutonem pro duobus groſsis, duas aucas pro groſſo vno, ſex pullos pro groſſo. Capetam tritici, pro duobus groſsis, Capetam ſiliginis, pro groſſo, & Capetam auenæ pro groſſo ſimiliter emere debuiſſent. Quod Statutum, per longam conſuetudinem terrigenarum noſtrorum, fuit & eſt tentum & laudabiliter obſeruatum. Sed tempore fœlicis noſtri regiminis regni, quorundam incolarum, regni noſtri deteſtanda peruerſitas, neſciens abſtinere à vetitis, nec debito modo gaudere conceſsis, tam laudabile Statutum, in abuſum damnabilem, deducentes, non tantùm præmiſſa, ſed multò plura, & maiora mala, quæ diuinæ Maieſtatis offenſam Regniq; noſtri deſolationem, inducere videntur, ferociter perpetrando commiſit: prout ex ſubditorum noſtrorum querelis, & queruloſis clamoribus percepimus: & nos ipſi, certa experientia, probauimus. Ex quibus in Regno noſtro, multa ſcandala, magna pericula & grauia incommoda, necnon deſtructiones Eccleſiarum, & Monaſteriorum ſunt ſecuta: & ampliora ſequi (niſi celeri remedio ſuccurratur) veriſimile eſt in futurum. ¶ Nos igitur præmiſsis & alijs malis occurrere, & indemnitatibus Regni noſtri, & Eccleſiarum Monaſteriorumque, prouida circumſpectione prouidere cupientes: tam laudabile Statutum, prædicti prędeceſſoris noſtri, de conſilio pariter & aſſenſu, Prelatorum & dominorum Regni noſtri, appobantes illud, auctoritate noſtra Regia confirmamus: noſtris vobis dantes in mandatis: quatenus tam laudabile Statutū in Ciuitatibus, & oppidis noſtri Regni, ac ipſius confirmationem, & approba-

Ad Bellū euntes, nemo in Ciuitatibus, oppidis, villis, vel allodijs Spiritualiū, vel Secularium, faciant ſtatū nem: ſed in campis.

Euntes ad Bellū, lenem mediā Marcā vaccā octo Scotis porcum Fertone. Mutonē duobus Greſſis, duas aucas vno gro. ſex pullos vno groſ. capetā tritici duobus groſ. ſiliginis vno groſ. capetam auenæ groſ. comparabunt.

Wladiſlaus Rex. cōfirmat Statutū Kazimiri, & mandat illud publicari: Tranſgreſſores Statuti pœna 14. Marc. vnà cū ſuarū damnis puniendos.

approbationem publicare, & proclamare faciatis: illudque ab omnibus regnicolis nostris, sub obtentu gratiæ nostræ obseruari præcipiatis. Transgressores verò ipsius, nobis & illis quibus damna intulerint, pœnam *Siedmnadzieſta*, aliâs 14. Marcas vel maiorem pœnam illius terræ, per cuius Terrigenas prędicto Statuto contrauẽtum fuerit, vna cum illatis damnis, & iniurijs, soluere tenebuntur. ¶ b Quæ damna & iniuriæ per illius solius iuramentum, cui illata sunt, quicunque ille sit, coram nobis probari. duntaxat exceptis Pontificibus, qui cùm sępius ex diuersis, in remotis partibus causas agere habent, Procuratores ipsorũ, discretos & idoneos Spirituales, vel Nobiles Seculares, Nobis istud præstent. ¶ * Vobis nihilominus huiusmodi transgressores Statuti præsentis, nostra approbatione & confirmatione iudicandi, condemnandi, ad satisfactionem compellendi, & puniendi, omnibus dilationibus remotis, omnimodam damus & committimus facultatem. ¶ c Mandantes vobis, omninoque habere volentes: Quòd præsentes nostras approbationis & confirmationis huiusmodi literas, in libro Terrestri, de verbo ad verbum, ad perpetuam memoriam scribi & inferri faciatis. Nos igitur Wladislaus Dei gratia Rex Poloniæ, &c. Hoc laudabile Statutum superiùs notatum Serenissimi Principis, & Domini Kazimiri, Dei gratia Regis olim Poloniæ, prædecessoris nostri, renouañ. confirmamus: & ad librum Iuris Terrestris scribi, & notari iussimus: prout antea in Statutis eiusdem domini Regis Kazimiri cotinetur: ac in omnibus prius enarratis, obseruari, & teneri fecimus, de Consilio Prælatorum, ac Dominorum nostrorum.

b *Damna iuramẽto ſuent, cui illata ſunt, plari debent: Pontificibus in remotis agẽtibus, exceptis qui per Prouinciales idoneos, ad Prouinciales quam Seculares, Nobiles, istud præſtabunt.*

* *Dat Rex auctoritatem Iudicib. transgreſſores iudicadi, condemnandi puniendi, & ad ſatisfaciendũ compellendi.*

c *Ad perpetuam rei memoriã, Rex mandat, ac cenſet mandandum in Libris Terreſtrẽ ſcribere inſerri, de verbo ad verbum.*

Constitutio Kazimiri Regis tertij filij Wladislai Iagellonis, de profectione Bellica, & pro damnis in profectione illa commissis, in Conuentione Piotrcouiensi generali, Sabbato post festum Sancti Andreæ Apostoli, Anno Domini 1457. edita: per quam datur arbitrium, damna passis, excommunicandi Iudices, pro iniustitia.

Folio 64.

KAzimirus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvvaniæ, Russiæ, Prussiæque, Dominus & hæres. Vniuersis & singulis, Capitaneis Regni nostri, tam generalibus, quàm particularibus, quibuscunq; terris, & districtibus præsidentibus, Gratiam & beneuolentiam Regalem. Magnifici, Generosi, & Nobiles fideles nostri dilecti: Quanquam fœlicis recordationis Kazimirus, Rex Poloniæ prædecessor noster, cum pluribus hostibus Regni sui, per tempora multa, bella, expeditiones, habuerit, fecerit, tenuerit & egerit: nunquam tamen tempore fœlicis sui regiminis Regni, per bellatores, tot & tam grauia damna, pericula, sacrilegia, effractiones bonorum

Ista Constitutio Kazimiri, cadit est in forma cum Constitutione Wladislai progenitoris præter paragraphũ illum. Quid si vos, aut alius vestrum.

bonorum Ecclesiæ & Monasteriorum, fuerunt & sunt commissa: quod & quàm grauia tempore nostri fœlicis regiminis Regni, (quod dolenter referimus) fuerunt, & sunt commissa, & perpetrata. Statuerat enim & laudabiliter ordinauerat, præfatus prædecessor noster, cum Prælatis, & Consiliarijs Regni nostri: Quòd omnes, & singuli regnicolæ, quocunque nomine censeantur, ad expeditionem euntes, nunquã in Ciuitatibus, oppidis, villis, allodijs, & alijs bonis, tam Ecclesiarum, & Monasteriorum, quàm Secularium quæ ædificia habent, sed in campis, vel rubetis stationẽ facere. Nullasq; rapinas, bonorum quorumcunq; commitere & violentias inferre cuicunque debuissent. ¶ Item statuerat cum Prelatis & Cõsiliarijs prædictis, pro leuiori comparatione expensarum, ad expeditionẽ transeuntium commoda, & vtilitate Regni pensatis: Quia euntes ad Expeditionem, pro expensis suis comparandis bouem pro media Marca, vaccam pro octo Scotis, porcum pro fertone, Mutonem pro duobus Grossis, Cassulam siliginis pro grosso. & Cassulã auenæ pro gros. emere debuissent. Quod Statutum per longam consuetudinem terrigenarum nostrorum, fuit & est tentum & laudabiliter obseruatum. Sed tempore nostri fœlicis regiminis quorundam regnicolarum nostrorum detestãda peruersitas, nesciens abstinerere à vetitis, neq; debito modo gaudere concessis, tam laudabile Statutum, in abusum damnabilem deducẽs. non enim premissa, sed multò plura ac maiora mala, quæ Maiestatis diuinæ offensam, & Regni nostri desolationem inducere videntur, ferociter perpetrando commisit: prout ex subditorum nostrorum clamoribus querulosis percepimus: & nos ipsi certa experientia probauimus: ex quibus in Regno nostro multa scandala, magna pericula, & grauia incõmoda, necnon destructiones Ecclesiarum & Monasteriorum, sunt secuta: & ampliora sequi (nisi celeri remedio succurratur) verisimiliter præsumitur in futurum. Nos igitur premissis & alijs malis occurrere, & indemnitatibus Regni nostri, ac Ecclesiarum & Monasteriorum vtilitatibus prouida circumspectione prouidere cupientes: tam laudabile Statutum, prædecessorum nostrorum, pariter & assensu Prælatorum, Consiliariorum Regni nostri, approbantes illud, authoritate nostra Regia confirmamus: Vobis, & cuilibet vestrum dãtes in Mandatis: quatenus tam laudabile Statutum, ac ipsius approbationem & confirmationem, in Ciuitatibus, & oppidis Regni nostri, publicari & proclamare faciatis. Illud quoq; ab omnibus regnicolis nostris, sub obtentu gratiæ nostræ, obseruare præcipiatis. Transgressores verò ipsius, nobis, & illis quibus damna intullerint, pœnam *Siedmnachiesta*, vel maiorem pœnam terræ illius, per cuius terrigenas prædicto Statuto contrauentum fuerit, vnà cum illatis damnis & iniurijs, soluere tenebuntur. quæ damna & iniuriæ, per illius solius iuramentum, cui illata fuerint

ta fuerint, quicũque ille sit, coram nobis probari debet: exceptis Pontificibus: qui cùm sæpiùs ex diuersis causis in remotis partibus agere habent, per Procuratores eorum discretos & idoneos Spirituales, vel Nobiles Seculares, coram nobis illud præstent: Vobis nihilominus,& vestrum cuilibet, huiusmodi transgressores Statuti, præsenti nostra approbatione, & confirmatione iudicandum & condemnandum, satisfacere compellendum, puniendum, omnibus dilationibus remotis, omnimodam damus & committimus tenore præsentium facultatem. ¶ Quòd si vos aut aliquis vestrum, in exhibenda iustitia, iniurias aut damna passis, postquàm per eos requisiti fueritis, negligentes ac remissi fueritis: poterint personę Ecclesiasticę contra vos, & quemlibet vestrum, pro huiusmodi negligentia, vti Iure Spirituali: & per Iudices Ecclesiasticos, censuris Ecclesiasticis compellere: quibus vos subijcimus. ¶ * Volumus tamen esse in optione & arbitrio iniuriam aut damnum passi, quòd possit & valeat super damnis & iniurijs sibi illatis, ad Ecclesiasticum vel Secularem Iudicem pro iustitia recurrere. Mandamus vobis & cuilibet vestrum, omnino habere volentes, quòd præsentes nostras huiusmodi approbationis & confirmationis literas, in libro Terrestri, de verbo ad verbum, ad perpetuã rei memoriam scribi & inseri faciatis: in testimonium futurorum. secus nostræ gratiæ sub obtentu non facturi. Actum & datum Pietrcouiæ, in Conuẽtione generali: Sabbato post festum Sancti Andreę Apostoli. Anno Domini, Millesimo, Quadringentesimo, Quinquagesimo septimo: nostro sub Sigillo præsentibus appenso, &c. Præsentibus ibidem Reuerendissimo Reuerendisque in Christo patribus, dominis, Ioanne in sanctæ Ecclesiæ Gnesnen. Archiepiscopo, & Primati: Thoma Cracouiensi, Ioanne Wladislauiensi, Cancellario: Andrea Posnanien. Episcopis, Venerabilibq; Ioanne Lutkonis de Brzezie, vtriusq; Iuris Doctore, Archidiacono Gnesnen. Vicecancellario Regni Poloniæ: necnon Magnificis, Generosis, Strenuis,& Nobilibus: Ioanne de Czyzovv, Castellano & Capitaneo Cracouiensi. Stanislao de Ostrorog Calissiensi. Derslao de Rytvviány Siradiensi. Petro de Opporovv Lancicien. Nicolao de Koscielec Wladislauien. Palatinis. Andrea de Sprovva Palatino & Capitaneo Leopoliensi. Petro de Számotuły Posnaniensi. Petro de Gay Calissiensi. Hincza de Rogovv Siradiensi, & Regni Poloniæ Vicethesaurario, Creslao de Kurozvviáki Lublinensi. Ioanne de Borek Brzezensi. Petro de Moscinà Dobrinensi. Petro de Stryykovv Wladislauiensi. Stanislao de Szydłouiec Zarnouiensi, Castellanis. Creslao Woyszyk de Woycza Cracouiensi. Sandiuogio de Lázenicá Sandomiriensi. & Capitaneo Lublinen. Floriano de Páczánovv Cracouiensi. Cristino de Smolsko Iunivvladislauiensi, Dapiferis. Ioanne Kraská de Lubnicà Calissiensi. Iacobo de Dambno Cracouiensi,

Iudices Seculares, iustitiã facere negligẽtes, damna passis, postquam fuerint requisiti, possũt per personas Ecclesiasticas censurari & compelli.

** In optione & arbitrio est passi damnum, an ad Iudicem Spiritualẽ, vel Secularem,vocari pro iustitia recurrere.*

Pincernis. & alijsq; pluribus fide dignis: circa præmissa. Datum per manus præfati Reuereñ. patris domini Ioannis Episcopi Wladislauieñ. Cancellarij. & Venerabilis Ioannis Luthkonis de Brzezie: vtriusq; iuris Doctoris, Archidiaconi Gnesneñ. R. P. Vicecancellarij, syncerè nobis dilectis. Sub Sigillo nostro præsentibus appenso, in fidem præmissorum: Ad relationem eiusdem Reuereñ Patris domini Ioannis Episcopi Wladislauiensis, Regni Poloniæ Cancellarij.

¶ Priuilegium Wladislai Iagellonis de Decimis, ac ijs, qui in excõmunicatione permanent, Vide in Titulo DECIMAE. Folio 130.

Priuilegium qui exhibet, Sexagenam soluat.

Kazim. Mag. Fol. 24. STatuimus: Quòd dum aliquis contra suum Priuilegium, in qualicunq; causa citatur, & exhibendo suum Priuilegium in Iudicio, amittit Sexagenam. quam Iudex ab exhibente pro se tollit. Si Actor iurare renuerit: quia nesciebat Reum, quem citauerat, fuisse Priuilegiatum: soluet Reo Sexagenam, sicuti præmittitur, amissam. sed idem Actor si velit iurare, se nesciuisse Reum fuisse Priuilegiatum, & prouisum isto tali Priuilegio: præstito huiusmodi Iuramento, Sexagenam illam non soluet Reo, quem citauerat.

Priuilegia cassantur, per quæ se aliquis delinquens excipit à Iudicio.

Kazim. Mag. Vistucia Fol. 15. STatuimus: Quòd citati, pro quibuslibet criminibus & delictis, in nostro Iudicio iudicentur, & respondere teneantur: & conuicti debita pœna puniantur: non obstante prædicta qualibet nominatione: etiam si super hoc Priuilegijs nostris, vel nostrorum prædecessorum, essent communiti. quæ, quantum ad hoc, vt pernicioſa & erronea, cassamus, irritamus, & reuocamus. In hæreditarijs verò, & alijs quibuslibet quæstionibus, per ciuatos in nostro Iudicio nominati, tales si nostram Iurisdictionem declinare voluerint, nolentes easdem quæstiones in se recipere: Decernimus: quòd extunc prædicti citati, cuiuscunque status & conditionis existant, habeantur pro conuictis.

¶ Priuilegia pacis Prussiæ: Vide in Titulo PRVSSIA.

¶ Priuilegia vnionis Ducatus Litvvaniæ. Vide in Titulo VNIO.

PROCESSVS IVDICIARIVS.

Sigismun. Rex 1521. Fol. 12. IN primis igitur pro consuetudine volumus obseruari: vt in Citatione Terrestri, sufficiat ponere tantùm de titulo nostro Regio: videlicet: Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ &c. & non plus.

Item,

Item, quòd eadem Citatio Terreſtris, Sigillo Terreſtri ſui diſtrictus ſit obſignata.

Item, vt in ea Citatione exprimatur nomen Actoris, & Rei, pro quo Reus erit citatus: ita vt Citatus intelligat, propter quid ſit per Actorem euocatus.

Vbi autem debitè non intellexerit: tenebitur Actor ibidem coram Iudicio, in ſua Propoſitione ſuam intentionem Citato declarare.

Et ſi quis in eiuſmodi ſua Citatione, omiſerit titulum, vel nomen Actoris, aut Rei: vel ſi Citatio ipſa Sigillo adulterino fuerit obſignata: talis Actor, luendo ſoluendoq; ibidem mox, pro huiuſmodi inſufficientia ſuæ Citationis, ſex Scotos parti, & totidem Iudicio, in inſtanti ibidem proponere poterit, ex eadem ſua Citatione: inſufficientia illa non obſtante: & Citatus tenebitur ſibi ad obiecta reſpondere.

Omnes autem alias pœnas acceſſorias, videlicet propter defectum litteræ vnius, aut totius dictionis, vel alterius cuiuſcunq; defectus in Citatione, ſiue ex quacunq: alia cauſa, quam Citatus Actori obijceret, volens Dilationibus & diffugijs laborare, etiam à coadiutoribus antea ſolui ſolitas, penitus anullamus. exceptis pœnis, poſt Decretum negotij principalis fieri ſolitis.

Debebit autem Iudex præſidens, à Partibus comparentibus, ante Sententiæ prolationem inquirere: ſi haberent aliqua ſua munimenta, vel documenta, defenſioneſq; Iuridicas, ad cauſæ proſecutionem opportunas: ne homines ſimplices, ruditate ſua in cauſis ſuis ſuccumberent. Et licebit vtriq; partium introducere res ſubſidiarias, & verbales, & literatorias, ante prolationem Sententiæ.

Et Proteſtationes Memoralium, ſeu captioſæ, nullum deinceps ſint robur habituræ: quæ ſolebant fieri ante prolationem ſententiæ: ſed pro re Principali decreta tantummodo, fiet Memoriale.

Licebit quoq; vtriq; parti, omnia quæ opus habet allegare, reponereque, ante Sententiæ prolationem.

Debet autem Miniſterialis, propter mortem ſuam, cum vno Nobili, in perſona Actoris miſſo, ponere Citationem indifferenter: vel apud Nobilem citandum, in curia eiuſdem: vel apud Wladarium, aut Kmethonẽ, ſiue apud Hortulanum: publicando nihilominus Citationis poſitionem, in curia terrigenali. quæ ſi defuerit in eadem villa: extunc villanis idem-ipſum Miniſterialis notificabit, vt ad noticiam Citati deueniret.

In villis verò deſertis, poſſeſſionatis deficientibus, Citatio in lignum reciſum poſita, terræq; infixa publicetur: vel in villa viciniori, vel in Parochia, eiuſdem villæ deſertæ.

Et vt poſitio Citationis, præcedat terminum, vna integra ſeptimana.

Folio 55. ¶ Citatus euadendæ pœnæ Contumaciæ luitionē, poterit ſibi differre primum terminum, ſimplici infirmitate.

Item ſecundum terminum, tanquam peremptorium, poterit differre reponereq; idem citatus, vera infirmitate à Deo permiſſa: per certū nuntium ſuum, Nobilem poſſeſſionatū eiuſdem terræ, ad Iudicium miſſum: iuraturus mettertius dictus citatus, in Terminis ſequentibus, cum alijs duobus paribus ſuæ conditionis: Quòd tunc temporis fuit infirmus vera infirmitate, à Deo permiſſa: quando ſibi Nobilis N. Terminum, vera infirmitate à Deo permiſſa, repoſuit.

Si verò Citatus reponens in Termino ſibi aſsignato non comparuerit: permiſeritq; ſe in lucro condemnari: & poſtea comparens in Termino Concitatorio, ad ſatisfaciendum, negaret ſe reponere illi Nobili commiſiſse: extunc iuxta ſuam negationem, mettertius iurare debebit: Quòd illi nuntio ſuo, repoſitionem hanc Termini minimè commiſerit.

Præſtito autem huiuſmodi Iuramento, idem citatus ibidem mox reſpondere teneatur, ſuper citationem Actoris.

Si autem dictus reponens, negans hanc termini peremptorij repoſitionem, ſuper ſuam allegatam ægritudinem, modo præmiſſo non iurauerit: vel ſe à Termino huiuſmodi Iuramenti abſentauerit: talis ſuccumbet in cauſa ſua, ipſo facto.

Vlteriores verò dilationes eiuſdem infirmitatis, penitus à modo abrogamus.

Idem volumus de Actore intelligi: cùm liceat Actori, quod & Reo: præter ſimplicem infirmitatem, quæ Actoribus non conuenit: eò quòd Actores ſemper habent Terminos peremptorios, & propter hoc ſemper debent eſſe ad comparendum parati. Poterint tamen & Actores, in faciendis documentis habere dilationem: cū Citato idipſum ſit permiſſum.

Volumus autem: vt liceat vnicujq; alium quempiam, pro quacunque ſumma pecuniæ, vel iniuria hæreditaria, & perſonali, aut bonis quibuſcunq;, totiens quotiens citare ad Iudicium Terreſtre. vbi citatus parere, reſpondereq; tenebitur, & debebit: non excipiendo ſe ad Terminos generales, ob ſummæ magnitudinem. vel potius licebit Iudicibus Terreſtribus, etiam pro magna ſumma iudicare: cùm licebit vnicuique partium appellare.

Et ſi citatus in ſecundo Termino peremptorio, temere ſine repoſitione Termini, non paruerit: Actor eum condemnabit in lucro: iuxta continentiam ſuæ Citationis, tamen in talem condemnationem Citatio debet inſeri, ſiue acticari.

Poſthoc debebit condemnatus per Actorem concitari, aliàs *Ma być przyponießzon*, ad ſatisfaciendum ſibi: pro his omnibus, pro quibus ipſum

ipsum citatum condemnauit, in Termino peremptorio. Quòd si ipse Citatus, in tali Termino concitato non comparuerit: extunc Actor faciet astitionem Termini concitati. ex qua astitione obtinebit damnum, iuxta suam extimationem, in Citatione expressam: quam habebit iam cõiunctam cum summa principali, siue Essentiali, in Citatione expressa, sine Iuramento.

Tandem in eisdem terminis, & in continenti, debet sibi Actori, Iudicium addere Ministerialem Terrestrem, tanquam victori: ad intromittendum eum, in bona Citati, siue victi, in summa perlucrorum, tam summæ principalis, quàm damni, & pœnis inde sequutis. quæ pœnæ concernunt Actorem, & Iudicium, ex condemnatione in lucro, & ex astitione Termini concitati. Et dabit Iudicium sibi Literas perlucrorum, remitendo ipsum in defectu intromissionis, ad loci Capitaneum. Folio 34.

Sed si citatus in Termino Concitato comparuerit: & voluerit attentare Actorem iurare, super damnis: extunc licebit Actori, super summã damni iurare: siue super integram, siue etiam super minorem: (quod erit in eius arbitrio) non tamen augendo summam.

Si verò quis concitatus comparens, negauerit se de sui Citatione scisse: casu, quo Ministerialis Actori ad testificandum deesset protunc, circa Iudicium: talis negans tenebitur iurare: Quòd talis Citatio, super quã condemnatus est, non peruenit ad eius notitiam: nec sibi de ea quicquam constat: & nihilominus mox ibidem Actori respondere tenebitur: super contenta Citationis. Et si postulauerit ab Actore Citationem, ad respondendum: Actor tenebitur sibi communicare Citationem suam.

Si verò Citatus, personaliter coram Iudicio, siue in primo termino, siue in secundo paruerit: factaq; responsione ad obiecta Actoris, in causa sua succubuerit: & nihillominus à Iudicio rebelliter recesserit: victori pro re decreta, siue lucrata, non satisfaciendo: talis rebellis, in pœna quatuordecim Marcarum pecuniæ condemnetur. & illi victori dabitur Ministerialis, ad intromittendum eum, in conuictis, siue lucratis, in bona conuicti: tàm in summa principali, quàm etiam in damnis, & pœna expressa: & procedetur contra victorem, prout suprá.

Si verò Citatus Iure victus, consentiet Actori siue victori intromissionem: & admittet pacificam possessionem, in bona, super quibus perlucra perducta sunt: dando sibi in loco bonorum, in præsentia incolarum possessionem, & eorum obedientiam: extunc Ministerialis post factam intromissionem, faciet recognitionem cum Nobilibus, ad acta Castrẽsia districtus illius: Quòd victus talis admisit intromissionem & possessionem, in bona præfata, sic vt præmissum est perlucrata. Quám possessionem si deinde victor impedire quouis modo niteretur: huius possessionis defensio,

nis defensio, ad loci Capitaneum pertinebit, tanquam violenter expulsi, & spoliati.

Si verò victus Intromissionem victori denegauerit: tam post tale (vt præmissum est) decretum, quàm etiam post astitionem Termini concitati, contra non comparentem: extunc idem Ministerialis, qui fuit victori de Iure ad intromittendum additus, cum Nobilibus sibi adiunctis, coram loci Capitaneo, aut eius Officio Castrensi, facere debebit personalem relationem præfatam: scilicet N. Iure conuictum, parti se vincenti, Intromissionem Iure decretam, temere denegasse. extunc idem Capitaneus loci, & eo absente suus Vicegerens, vigore præfatæ remissionis, de Iudicio Terrestri factæ, citabit victum litteris suæ innotescentiæ: ad videndum, & audiendum se, victorem præfatum, in bona talia, ex vi perlucrorum Iure Terrestri obtentorum, & in summa, siue summis ibidem expressis, authoritate brachij Regalis intromitti: sub hac forma.

Folio 31. ¶ Tibi Nobili N. innotescimus, prouidum N. Ministerialem Terestrem N. cum certis Nobilibus, secum comparentibus coram Officio nostro Castrensi, personalem fecisse Relationem: Quomodo dum nuper additus fuisset ad Iudicium Terrestre N. Nobili N. Actori Iure vincēti, ad intromittendum ipsum, vigore suorum perlucrorum, in bona tua hæreditaria N. quorum litteras, sub sigillis eiusdem Iudicij Terrestris, coram nobis & Officio nostro obtulit, & produxit: prout hoc ipsum Iudicium Terrestre, ad nos & Officium nostrum, tanquam brachium Regale remisit: & tu existens Iure conuictus, tanquam rebellis, intromissionem sibi temerè denegasti. quo facto, exequutio ipsorum perlucrorum ad brachium nostrum Capitaneale, quin potiùs Regale, cuius vice fungimur, in hac parte est deuoluta. Propter quod tibi Mandamus, vigore Regio, & nostro ex Officio: quatenus coram nobis, aut nostro Vicegerente, siue Officio Castrensi, Feria tali & tali N. & in crastino N. legitimè compareas: ad videndum & audiendum nos, authoritate brachij Regalis, in vim executionis, præfatam partem Iure vincentem, in bona tua prædicta, & iuxta perlucrorum eius continentiam, potenter intromitti, tueriq;: prout ad nostrum pertinet Officium, aliâs contumatia tua non obstante, nos ad ea, quæ nobis ex Officio nostro incumbunt, procedemus.

Quòd si talis victus, ad talem auisationem loci Capitanei, in Termino sibi præfixo, coram officio Castrensi comparuerit: & metu pœnarum, siue vadiorum interponendorum, victori intromissionem & possessionē, in talia bona se daturum obtulerit: extunc loci Capitaneus Ministerialem addet: & vadia triplicata super victum imponet. vt iam in instanti ipse victus victori, in bona præfata, in quibus talia perlucra perducta sunt, intromissionem de facto daret: & pacificam possessionē admitteret: nec eum

in ipsa

in ipſa poſſeſsione, quouis modo inquietaret, per ſe, vel ſummiſſas perſonas: ſub eodem vadio triplicato.

Quòd ſi talis victus victori poſſeſsionem non admiſerit, vel quouis modo præpediuerit: extunc loci Capitaneus mouebitur manu forti, & armata: & tenebitur ipſum victorem, in bona partis victæ intromittere, eundem victum de bonis præfatis potenter eijciendo: & vadia triplicata, ſuper eodem decernet. Et idem faciet Capitaneus: ſi victus, in Termino innoteſcentiæ non comparuerit: quòd videlicet cum triplicato vadio, victorem intromittet. cuius vadij medietas, pro Capitaneo loci cedere debebit. & propter hoc Officiales Caſtrenſes, ab intromiſsione huiuſmodi nihil recipient à victore.

¶ Quòd ſi victus eſſet adeò fortis: quòd per Capitaneum, ſua temeritas non poterit prohiberi: quòd videlicet brachio Regali contrauenire niteretur: extunc in inſtanti debebit citari, per Officium illud Capitaneale, ad Iudicium Caſtrēſe peremptorie: ad audiendum, ſe vti rebellem, & Iuri communi Regni contrauenientem, de Regno, ac dominijs ſibi ſubiectis banniri, & proſcriptum pronunciari. Quòd ſi in tali Termino comparuerit, metu Bannitionis, & Proſcriptionis: debet ſatisfacere pro vadiis interpoſitis, & Capitaneo, & parti: & poſſeſsionem pacificam, ſub ſimilibus, non præpedire victori. *Folio 16.*

Similiter & omnes complices, eidem victo palam patrocinantes, citari debebunt: ad banniendum, & de Regno, vnà cum ipſorum præfato principali, Iure conuicto, proſcribendum ſe decerni. contra quos, prout eorum principalem, Officium Capitaneale procedere debet.

Qui verò eſſent impoſſeſsionati, per Officium illud Caſtrenſe comprehendantur: & in turrim conijciantur. quorum punitio, in arbitrio & gratia noſtra conſiſtat.

Et ſtatim poſt factam Bannitionem, in quantum idem victus bona ſua Iure amiſſa defenderet, exequutioni brachij Regalis ſe opponendo: extunc iuxta Regni Statutum, vniuerſa Nobilitas terræ diſtrictus eiuſdem, in quibus bona victi conſiſtunt, vnà cum Capitaneo loci, mouebitur cum apparatu bellico, contra victum rebellem: ita quòd poterit de bonis eius repelli, & reijci. Et ſi talis rebellis, poterit in perſona ſua comprehendi: talis cum complicibus ſuis comprehendatur: & mancipatus turri includatur: & ipſius vita, in gratia noſtra conſiſtat.

Quòd ſi aliquis Capitaneus, in facienda huiuſmodi exequutione, negligens eſſet aut remiſſus: extunc victori, totiens quotiens, ſuccumbet pœnā. quinquaginta Marcarum pecuniæ vſualis: & aliam ſimilem pœnam noſtræ Regiæ Maieſtati. pro quibus pœnis, in præſentiam noſtræ Regiæ Maieſtatis citatus, in primo Termino, tanquam peremptorio, parere: ac

pro pœ-

pro pœnis præmissis, parti & fisco nostro Regio luitis, satisfacere similiter, totiens quotiens, tenebitur & debebit. Et nihilominus, sub eisdem pœnis, exequutioni satisfacere teneatur: ad maximum in duabus septimanis, gradus superius expressos explendo.

Similis etiam progressus debebit obseruari, in Iudicio Castrensi: secundum materiam subiectam, in articulis duntaxat Castrensibus. vbi statim ex Termino Concitato astito, addatur Ministerialis ad intromittendum, cum triplicitatis vadijs.

Instructio ad conseruationem Terminorum, ac ad processum executionis iudicatorum.

Alexander ex antiquo Statuto Fol. 1.

QVamùis ferè in vniuersis terris Regni Poloniæ, diuersa obseruentur tempora celebrãdorum Terminorum, seu Iudiciorum Terrestrium: prout in quibusdam quater in anno, videlicet super quælibet quatuor tempora, in aliquibus vero crebriùs Iudicia fiunt: tamen qualitercunq; obseruetur differenter consuetudo ipsa temporum: nihilominus Sereniſsimus Dominus noster Alexander Rex, decreuit scribendam conseruandorum Terminorum, & totius Processus Iudiciarij instructionem. per quam instructi essent Iudices, ad seruandum rectum & conformem ordinem, in Terminis conseruandis, & Processu Iudiciario: ac circa executiones iudicatorum: sic, vt infra sequitur.

Primus Terminus.

DIffertur simplici infirmitate, per Citatum. Et si in eodem primo Termino, Citatus non compareret: extunc in primo Termino condemnatur, in pœna Contumaciæ, aliâs in pœna non paritionis.

Secundus Terminus.

DIffertur per citatum vera infirmitate: & in tertio Termino, cum duobus testibus, vera infirmitas Iuramento probatur: sic vt nec Iudex, neq; Actor dubitaret, Reum tunc infirmum fuisse. Fit etiam istud: quia si secundò secunda Citatione citatur Citatus: tunc eandem Dilationem veræ infirmitatis, habet Terminus ipse secundus.

Tertius Terminus.

SAepius autem contingit, tertium Terminum alia uera infirmitate differri: sic quòd diceretur in termino: Sic iacet, ita iacet, & adhuc non conualuit. nihilominus tamen in quarto termino, cum duobus testibus Iuramentum facere debet, sic: Quia tunc erat infirmus: & ex ipsa infirmitate non conualescens, in ipsa infirmitate tunc infirmus iacuit.

Quartus

Quartus Terminus.

QVartum Terminum Iudicia conſeruant interdum Pro maiori: (qui, quo ad Dilationē, fit vltimus.) Qui Terminus Pro maiori, poteſt differri ante veram infirmitatem, aut poſt quòd quidē Pro maiori Ius commune diffinit, ſic: dum in alio Iudicio terræ cuiuſcunque Regni Poloniæ, eodem die, pro negotio maiori, terminum haberet citatus. tamen quandocunq; Terminus pro maiori recipitur, fit vltimæ Dilationis. cuius etiam natura, & proprietas; iſto modo declarabitur. Citatus, Terminumque Pro maiori reponens, eodem die debet habere coram alio Iudice, Terminum pro maiori ſumma, quàm ſit actio: occaſiōe cuius fit dilatio maioris. & debet notari iſtud in Dilatione, pro maiori: videlicet vbi eſt actio, cum quo, ex nomine, pro quanta ſumma, coram quo Iudice. Veniente enim termino Dilationis, debet portare literam, ab illo Iudicio: vbi tunc ſe aſſerebat, pro maiori actionem habere: ſub Sigillo illius Iudicis. In qua litera contineatur actio, cum quo, & pro quanta ſumma, tunc cauſa maioris vertebatur. Quam teſtimonij literam ſic producet Citatus, in Termino per Dilationem ſibi dato: & non ſuccumbet in Dilatione, inquietus pro maiori faciendo. Sed ſi literam huiuſmodi non portauerit: aut portatam, in aliqua parte eorum, quæ debeant contineri, (vt præfertur) inſufficientem produxerit: tunc Citatus actionem ſuam amittit, & totaliter perdit.

Ad idem.

NOn conſtat verò in Iudicijs Terreſtribus, & Regijs Regni Poloniæ, plures vnquam fieri Terminorum Dilationes. itaq; de Terminorum obſeruatione hactenus dictum.

Proceſſus in re iudicata: quæ vulgari noſtro, in Judicjs, & extra ea, Perlucra dicuntur.

TAmetſi Conſtitutiones ſatis ſuperque doceant nos, qualiter Iure proceſſuri ſumus, dum actiones incumbunt nobis: tamen quia nonnunquam fiebant dubia, in Proceſſu ipſo, etiam apud Iuris doctos, practicam tamen eiuſmodi habentes: Quapropter Sacra Maieſtas, poſt deſcriptam Terminorum conſeruationem mādauit deſcribi, communem in re iudicata, eiuſque executione, practicam infraſcriptam.

De re iudicata.

REm iudicatam, duobus modis ſcimus Iure obtineri. Aut enim fit, per Sententiam diffinitiuam: aut dum citatus, in Termino peremptorio, in lucro condemnatur.

Ad idem.

SI per Sententiam Diffinitiuam: tunc fit etiam dupliciter. Aut fit præsens citatus, circa Iudicium: aut fit absens: sed per Procuratorem cum procuratorio, Sententiam diffinitiuam contra se, Iure decernente, scit reportari. Si præsens erat citatus, contra quem Sententia diffinitiua promulgatur: tunc aut satis facit, vt Iuris est, rei iudicatæ: aut rebellis à Iudicio, absq; paritione recedit. Si satisfacturus, aut Sentẽtiæ pariturus erit, faciet istud commodè, aut per Cautionem fideiussorialem, aut per certam Inscriptionis obligationem, aut per bonorum obligationem.

Ad idem.

Folio 2. SI autem rebelliter à Iure recedit, nulla satisfactione rei iudicatæ, aut paritione facta, extunc per Actorem condemnatur in pœna trium Marcarum, quæ dicitur *Piątnoćiesta*, parti: & alia pœna simili Iudicio. Propter quam rebellionem rei iudicatæ, (quod Iure conuictus non satisfecit: sed à Iure rebellis recessit) condemnatur vno & eodem actu, Regiæ Maiestati in pœna quatuordecim Marcarum, quæ dicitur *Siedmnoćiesta*. & Ministerialis datur de Iudicio, ad pignorandum eundem conuictum, in bonis suis: in perlucris, & pœnis suprascriptis.

Ad idem.

ADueniente tandem proximè futurorum aliorum Terminorum tempore, Actor coram Iudicio Ministerialem statuet: & recepta à Ministeriali recognitione, petit iterum dari Ministerialem, ad intromissionem. cui petenti datur idem Ministerialis, in perlucris, ad Intromissionem in bona conuicti.

Ad idem.

IN alijs proximè futuris Terminorum Iudicijs, tanquam in vltimo & finali Termino, si Ministerialis coram Iure recognoscet: Quia Intromissio, ad quam fuerat per Iudicium aditus, denegata fuit: tunc primùm datur ad brachium Regale, & de illo Iudicio, vbi causa agebatur, remittitur Actor, & conuictus, cum suis perlucris, per literas executoriales, ad loci Capitaneum: ad intromittendum eum, de brachio Regali.

Ad idem.

SI autem Citatus non est præsens, circa Iudicium, sed suus Procurator cum Procuratorio, dum Sententia Diffinitiua contra ipsum promulgatur: tunc insuper fit unus Terminus essentialis, videlicet Concitationis. quem in aliquibus terris Regni, sic interpretantur vulgari, vti Latinum sonat: In

nat: In alijs verò, dicitur vulgari noſtro *Przyponieſzony*: ad ſatisfaciendum pro re iudicata, ſeu perlucratis, & Iure acquiſitis, ea ratione: Quia fortaſſe nollet ſcire conuictus, in Iudicio abſens, de re iudicata: ideo Concitatio ad hoc eſt, in Terminos Iudiciorum introducta: tanquam monitio, & auiſatio: vt ille, qui eſt conuictus, & contra quem abſentem, ſed per Procuratorem ſuum comparentem, in ſui abſentia Sententia Diffinitiua prolata fuit, pareret rei iudicatæ: & pro conuictis ſatisfaceret.

Ad idem.

IN quo Concitationis Termino, ſi comparet, decerni conſueuit: Vt rei iudicatæ ſatisfaciat. Satisfacere autẽ debet ſic, vt priùs eſt deſcriptum.

Ad idem.

ET ſi rebellis recedit: extunc condemnetur: vt priùs contra rebellem eſt deſcriptum. Et fit proceſſus, in executione rei iudicatæ, (vt ſuprà ſcriptum eſt) ad brachium vſq; Regium. de quo infra videbitur.

Item Proceſſus fit alio modo, & in Terminorum obſeruatione, & in re iudicata.

IN terris nonnullis Regni Poloniæ, in quibus Termini Iudiciorũ Terreſtriũ fiunt, ſingulis quatuor ſeptimanis, plures Dilationes fiunt: Proceſſuſq; longior fit Iuris, ſic: Quia duo Termini, ſimplici infirmitate per Dilationem conceduntur: Sed expletis eiſdem duobus Terminis, ſimplici infirmitate prorogatis, alij Termini, prout de vera infirmitate, & Maiori, cæteriſq; (vt ſuprà ſcriptum eſt) de Terminorum conſeruatione, vſq; ad Sententiæ Diffinitiuę prolationem, & primę pignorationis decretum, obſeruantur. Attamen in eo iterum fit differens Proceſſus: quòd in illis terris, in quibus ſingulis quatuor ſeptimanis Termini iudicantur, ter datur de Iudicio ad pignorationem ſucceſsiuè: ſimiliter ter ad Intromiſsionem datur: & poſtea remittitur ad brachium Regale, ad loci Capitaneum. de quo infra.

Qualiter Capitanei locorum procedant, brachium Regale extenſuri, in demandatione executionis rei iudicatæ, ſeu perlucrorum: pia Maieſtas Sereniſsimi domini Alexandri Regis, ordine infraſcripto docebit.

De extenſione brachij Regalis, per Capitaneos.

IN primo Proceſſu Regalis brachij, loci Capitaneus, ſub cuius Iuriſdictione pars victa eſſet, pro prima vice, cum parte victore, rem iudicatam, ſeu *Felix f.*

tam, seu perlucra, in scripto sibi repræsentari, aut cum suo Procuratore, Ministerialem cum duobus Nobilibus, ad bona partis Iure conuictæ, diriget: & præsertim ad talia bona, super quibus perlucra censentur Iure esse obtenta, seu (vt in Stylo Iuris nostri dici consueuit) perducta: & super quibus Processus Iudiciarius, videlicet pignoris & Intromissionis, continuabatur. Qui quidem Ministerialis, veniens ad bona huiusmodi, si in eisdem fuerit præsens dominus loci, videlicet Iure conuictus, aut suus Officialis, vel Wladarius illorum bonorum, & coram Kmethonibus, iuxta continentiam & exigentiam perlucrorum, victorem in ipsius perlucris, de brachio Regali, authoritate Capitanei loci, coram Nobilibus intromittet: dabitq; ei Intromissionē realem: & obedientiam Kmethonum consignabit: inhibendo Iure conuicto, quòd non audeat victorem de cætero, in possessione & Intromissione, isto modo sibi data, impetere, & inuadere quouis modo: sub vadio M. M. quod vadium sit literale, sub titulo loci Capitanei, summam ferè similem perlucrorum non excedens. In quibus intromissis bonis, victorem intromissum, iuxta consuetudinem relinquet: aut saltem eam ipsam possessionem sibi tradet. Quæ de brachio Regali intromissio, pro prima vice facta, & vadij interpositio, ex recognitione Ministerialis & Nobilium, in Actis Castrensibus debet, modo & ordine Iuris recognosci, aliâs reponi, & acticari sufficienter. Vadium tandem illud, etiam si pro secunda vice interpositum esset, vbi Capitaneo nullam facit fatigam, parti debetur: non Iudicio, neq; Regiæ Maiestati. ea ratione: quia pars ipsa Ministerialem & Nobiles, in suffragium brachij Regalis, impensis conducit priuatis.

Si Intromissio isto modo data, esset aut adempta, aut impedita violenter.

POsteaquam victor intromittitur, de brachio Regali: si casu quocunq; violento, eius Intromissio, seu possessio violatur, vel irritatur: necessariò victus ille, seu conuictus, contra quem processum erat ad Iudicium Castrense, citandus erit pro vadio. & in vno ac primo Termino, siue comparuerit, siue non, in vadio condemnetur: omnibus Dilationibus, & subterfugijs prætermissis.

Pro secunda vice Intromissio de brachio Regali.

SI possessio, seu Intromissio, sic (vt suprà scriptum est, vadio non obstante) irritabitur, seu violabitur: tunc præmissa ista Citatione, & cõdemnatione, pro vadio prædicto, (de quo suprà) iterum Ministerialis secũda seu altera vice, cum Nobilibus & Actore, aut suo Procuratore, per Capitaneum

pitaneum debet ad talia bona, modo priori, pro ſecunda vice mitti: & omnia, prout in prima Intromiſsione fuerunt, ſecunda vice faciet: hac ipſa ſecunda vice, de brachio Regali, tam in perlucris, quàm in vadio, Intromiſsionem dando: iuxta continentiam vadij, & perlucrorum. dataq; Intromiſsione, duplicabit vadium: vt ſcilicet vadium literale, maiorem dupliciter ſummam continẽs, daret & relinqueret interpoſitum, inter intromiſſum victorem, & victum.

Si intromiſsio, pro ſecunda vice data, irritaretur.

INquantum ipſe Iure conuictus, adeò rebellis, proteruus, & violator Iuris communis Regni eſſet: Sic quòd Intromiſsionem, pro prima, ſecunda vicibus, de brachio Regali datam, contemnendo violare preſumeret: extunc, prout priùs, pro vadio ad Caſtrum citetur. Et ſimiliter, premiſsis præmittendis, vt ſuprà ſcriptum eſt, abſq; omni indulto Dilationũ excuſationumq;, in primo Termino, ſiue comparuerit ſiue non: in vadio peremptoriè & Iudicialiter condemnetur.

Pro tertia vice, perſonalis Capitanei executio finalis.

DEmum poſt primam & ſecundam vices prædictas, ſi iterum victus ageret rebelliter, ſe manu, ſeu brachio opponendo Regali: mouebitur Capitaneus perſonaliter, de ſede Regali, cui in Officio Capitaneatus preſidet, armatus & prouiſus: ſic vt temeritatem violatoris vinceret. Ibit cum Miniſteriali, & cum victore, ad bona huiuſmodi, cum perlucris: ſicq; victorem, authoritate brachij Regalis, & ſui Officij, (accitis, vt præſentes eſſent, hi ſcilicet, victor, aut factor, aut villicus: prout ſuprà: coram quibus modo ſupradicto, Miniſterialis primis vicibus intromittebat) pro tertia vice realiter intromittet victorem, in perlucris: & in vadijs, pro omnibus vicibus interpoſitis: eiecto abinde manu potenti victo. Præterea ne Capitaneus fruſtretur impenſis, per eum ad id factis, immediatè dabit, & relinquet vadium literale, inter partes triplicatum. quod quidem ibidem relinquet, ſaltem Kmethonibus illud dando. pro quo vadio (ſi expediet) proceſſus fit, ſic vt ſupra, ad condemnationem. Executionem autem eam vltimam Capitaneus, æquè bene per alium, vt per ſe faciet: ſi commodè poteſt. ſin aliter: tunc ibit ſolus ipſe, Officij debito ſatisfacturus. Habebit tamen ſecum Miniſterialem, & Nobiles, Capitaneus: ſiue per ſe, ſiue per alium iſtam faceret executionem perlucrorum, in bonis, in quibus perlucra ſunt obtenta, ſeu perducta faciendo. Cumq; daturus erit Intromiſsionem huiuſmodi, in perlucris, & in vadijs: ſi bona valorem Vadiorum, & perlucrorum, ferre poſſunt: faciet Intromiſsionem, dando

Folio 4.

dando vnum laneum posſeſsionatum, de quo vna Marca annuatim proueniret, in quibuſlibet decem Marcis. Si autem lanei non ſunt posſeſsionati, ſeu cenſuales: tunc Intromiſsio detur in agros: in quibus duodecim Chori ſiliginis ſeminari conſueuerunt, aut ſeminari veriſimiliter poſſent: agros videlicet intelligendo, pro Marca cenſus annui. Et ſi tam posſeſsiones, quàm agri, & alia huiuſmodi, in quibus bona ſunt, & in quibus executio perlucrorum facienda eſſet, deficiunt: ſeu ſi ea victus non haberet: tunc ipſo Iure conuictus, (propterea quòd Iuris proceſſum, ad hæc vltima Iuris puncta temerè ſuſtinuit) capiatur in perſona: ſicque eius captiuatio relaxanda, vel non relaxanda, in voluntate victoris: vſq; ad ſatisfactionem, pro Perlucris, & pro Vadijs faciendam.

Realis inſtructio, ad poſſeſsionis aſsignationem, circa executionem rei iudicatæ.

DVm hæc fierent, in prima ſecunda & tertia vicibus, vt ſunt abunde ſuprà ſcripta: eam quiſq; loci Capitaneus ſeruabit inſtructionem, circa ſuam ipſam, aut ſui Viceſgerentis, vel alterius nomine ſuo de brachio Regali miſsi, executionem. In loco hæreditatis, ſeu villæ, vel bonorum perlucratorum, conſtitutus ipſe brachij Regalis executor, vocabit conuictum: ſi eſt præſens: vocabit etiam Kmethones, præſertim illos, in quos eſt Intromiſsio danda. quibus declarabit, ſeu declarari faciet Perlucra & Vadia, aliàs notificabit ea. Similiter etiam literas Perlucrorum, ſeu executoriales, coram Miniſteriali & Nobilibus, eis oſtendet, intimabit, & publicabit. Sic quoq; Capitaneus ipſe per ſe, aut alius nomine Capitanei, dicet: Audi ea, attende, Miniſterialis: Ego Capitaneus, iuxta Officium: aut alius ſic: Ego iuxta Officium Domini M. Capitanei, de brachio Regali, Nobili P. de G. in ſuis Perlucris & Vadijs, trado Intromiſsionem in iſtam villam D. vel iſta bona P. aut in iſtum Kmethonem, ſeu laneum: vel in iſtum, aut iſtos agros. dicitq; Capitaneus: (ſi per ſe intromittit) Et interpono vadium C. Marcarum, per iſtas literas. aut alius nomine Capitanei, vadium ſiue Regium, ſiue Capitanei tenens, dicit: Et iſtud vadium Centum Marcarum, per Maieſtatem Regiam, vel per Dominum Capitaneum interpoſitum, in his literis ſcriptum, tibi Miniſterialis do: & tu tandem, iuxta Officium tuum, iſtud vadium conuicto notifices: & ſibi, iuxta conſuetudinem Iuris, illud des: vel in domo hìc ſua relinquas: (quod tamen vadium ſit triplicatum: vt ſupra ſcriptum eſt) Dices verò: Quòd ipſe conuictus ſe in bona iſta, ad quæ victorem intromiſi, nec per ſe, nec per ſummiſſas perſonas, intromittere debeat, neq; intromittat: in eiſq; victorem, nullis moleſtationibus, ſeu turbationibus, vel impedimentis aggrediatur.

grediatur. Vobis autem Kmethonibus vniuersis, istorum bonorum incolis, mando: vt ipsum dominum P. de G. pro vestro domino habeatis: sibiq; obediatis, tanquam vestro domino: subditiq; eius sitis, vsq; ad totalem solutionem, & satisfactionem omnium Perlucrorum, & Vadiorum. Et hæc omnia coram te, Ministerialis, & coram vobis omnibus. qui estis præsentes, testificor. Eijciatq; conuictum de bonis: & pace facta victori, in bonis perlucratis, exeat de bonis Capitaneus.

Ad idem.

NIhilominus si non obstante isto Processu, & Intromissione tot vicibus data, ac Vadijs tot vicibus interpositis, si Iuri & brachio Regali victus non pareret: aut se defenderet: & Intromissionem, & pacificam possessionem non admittendo: tunc Capitaneus, seu vices gerens eius, in hac parte non inferat vllam victo, aut Kmetonibus, vel seruitoribus eius, violentiam: nec sinat quenquam verberari, aut vulnerari: sed ipse victus, cum familia & coadiutoribus suis, tanquam Iuris pacisq; communis violator atq; destructor, capiantur: suntq; captiuandi: infamisq; & infames reputentur, & censeantur: etiam in corpore, iuxta Maiestatis Regiæ votum, per Maiestatem Regiam puniendi. Et si capiuntur: teneantur, vsque quo satisfactio victori detur, pro Perlucris, & Vadijs.

Ad idem.

SI idem Iure conuictus, & alij eius complices, non possent capi detineriq;: tunc conuictus de bonis illis citandus erit, ad quæ in Perlucris non est data Intromissio, pro vadio vltimo & finali: quod vadium plenariè cędit, pro Capitaneo: & ad videndum, & decernendum, illum proscribi: & proscriptum, tanquam rebellem, & Iuris Regni transgressorem & violatorem, banniri. Præmissa verò Bannitione, & ipse, & familiares complicesq; sui capiantur, per Capitaneum, vel per alium eius nomine: quamobrem dabit Maiestas Regia literas contra tales, patentes, Vniuersis quibus expedit Bannitionem publicando: & quibuslibet subditis mandando: vt tales bannitos capiant, & locorum Capitaneis dent. *Folio 5.*

Ad idem.

SI verò non est possessionatus alijs bonis: tunc ipsa Citatio per edictū, contra ipsum, & contra suos complices, possit expendi.

Ad idem

ET si comparuerit, in Termino primo: qui sibi & omnibus talibus debet esse

bet esse peremptorius, & finalis, nullam habẽs dilationem: extunc in Vadio sententietur. Et si habuerit bona aliqua: in eodem vadio recipiantur: & pro rebellione teneantur. Captiuentur autem: si non comparuerit, seu non comparuerint: tunc ipse, & sui complices, tanquam rebellis, Iurisq; Regni violator, decernatur de Regno banniendus, proscribendus, & capiendus: & solus ipse Iudex proscribat, sui Decreti prolatione mediante. & ibidem statim proclametur, bannitus & proscriptus capiendus: & non solum ipse: sed etiam sui familiares, & alij, dantes ei auxilium, consilium, & fauorem, & præsertim in domibus eum conseruantes, tales omnes sunt proscripti, captiuandi, & infames: ideoq; capiendi. Contra quos literæ dabuntur vniuersales patentes ante dictæ, per territoria, & ad alios Capitaneos Regni porrigendæ.

In aliquibus terris fit sic, ex Consuetudine.

PRimus Terminus differtur simplici infirmitate. Secundus vera infirmitate: & tertius etiam infirmitate, in hæc verba: Iacet, sicut iacet. Et dum comparet ad respondendum, in Termino peremptorio: tunc citatus debet iurare, Quòd vere fuit infirmus.

Ad idem.

ET si citato non recipitur Terminus infirmitate: & neq; per se, neque per Procuratorem comparet in Iudicio: tunc condemnatur in pœna Contumaciæ: & datur Ministerialis in sure Actori, ad auisandum Reum: vt veniret ad alios Terminos, immediatè celebrandos, & diceret: Quare super Terminum astare permisit. qui si non dixerit: iterum tunc condemnatur per Actorem, in toto, secundum Citationem: & Iudicium decernit solutionem parti, sub pœnis Iudicialibus: videlicet sub tribus Marcis, Actori in quatuor septimanis.

Ad idem,

ITem, si non fecerit solutionem, in quatuor septimanis: tunc scribitur contra citatum pœna sex Marcarum. vt suprà dictum est, in communi Terminorum conseruatione.

Ad idem.

ITem similiter alia pœna, in quatuor septimanis: & in alijs quatuor septimanis similiter. Item si non curat satisfacere: tunc Concitatur ad satisfactionem Perlucris, & pœnis. & si in termino non comparuerit: & nullam, per Actorem in processu causæ commissam, allegauerit nullitatem: tunc

tem: tunc datur Miniſterialis de Iure, ad intromittendum in bona, in Perlucris, & Pœnis, ad Actorem pertinentibus: & Iudicium mittit ad pignorandum, pro medietate pœnarum, ad Iudicium pertinentium. Et ſi non admitttit Intromiſsionem Reus: tunc Burgrabius vadit, & intromittit, receptis ſecum duobus Nobilibus, & Miniſteriali. Si verò Reus non admittit poſſeſsionem bonorum, ex Intromiſsione: tunc Capitaneus ſua in perſona vadit: & dat Intromiſsionem Actori in bona: & imponit vadium: mandans Reo: Vt Actorem in poſſeſsione, per eum aſsignata, non impediat: ſub vadio, per eum impoſito. Et totiens, quotiens Actor petit Intromiſsionem, totiens oſtendit literas adiudicatorias, ſibi per Iudicem & Subiudicem datas. & Capitaneus intromiſſum in poſſeſsione tueri tenetur. Si verò id non exequetur: tunc in eodem vadio, per eum in Reo impoſito, & Maieſtati Regiæ, & Actori ſuccumbet.

In aliis quibuſdam terris, ſit ſic etiam, ex Conſuetudine priuata,

PEr infirmitatem recipiuntur Termini: & Citatus iurat ſolus, ſine teſtibus: Quòd fuit verè infirmus. & ſi Terminus non differtur ſibi infirmitate: tunc Actor condemnat eum in Contumacia, pro primo. Et adcitatur literali Adcitatione, ad Citationem originalem: in Adcitatione inſertam: & in ſecundo Termino, ex Adcitatione ſimiliter condemnatur Reus, in pœna Contumaciæ. Et adcitatur ſecundò ad Citationem originalem, & ad Adcitationem: & ſi non comparet: tunc condemnatur per Actorem in toto, ſecundum Citationem. Et decernitur ſatisfactio, pro rebus citatis: & ſcribuntur pœnæ. & proceditur ad finem ſic: vt in iſta immediate, ſeu proxima Conſuetudine eſt deſcriptum. *Folio 8.*

Ad idem.

FIT etiam Terminus Pro maiori, qui nulli denegari debet: & pro primo, pro ſecundo, & tertio recipi poteſt. ſed recipiens huiuſmodi Terminum, ad alia Iudicia Iudicis & Subiudicis, illius Iudicij, vbi dixit ſe Pro maiori habere actionem, Literam ad Iudicium portare debet: cum deſcriptione ſufficientis teſtimonij, de Iudicio altero, in quo Pro maiori habuit. Prout de hoc, in communi ſupradicta Terminorum Conſeruatione, eſt informatio abundius exarata. Si enim in Litera teſtimoniali, non ſufficienter deſcriptum eſſet id, pro quo in alio egit Iudicio: tunc cauſam iſtā perdet. prout ſuprà ſcriptum eſt.

Ad idem.

ET licet eadem Maieſtas Regia, aliquarum terrarum priuatas deſcripſit Con-

pſit Conſuetudines : tamen ſua Maieſtas, per modum conſilij, ſubditos hortatur vniuerſos : vt eam teneant & obſeruent inſtructionem, vbiq; terrarum. quam inſtructionem aſſumptam, æuoq; diuturniori continuatam, approbabit Lex ac Conſuetudo. Et tantum Maieſtas eadem Sereniſsima Domini noſtri Regis, de Terminorum Conſeruatione, ex Iuriſperitis, & Vetuſtioribus Regni Priuilegijs, aſcripſit.

PROCVRATOR, SEV PROCVRATORIVM.

Qui vult, Procuratore vtatur.

Kazim. Mag. 1468. Folio 10.

QVia cuilibet ſua defenſio & tuitio (cùm Iuris ſit Naturalis) non eſt deneganda : ideoq; Statuimus : Quòd in Iudicijs noſtri Regni, quilibet homo, cuiuſcunq; ſit ſtatus & conditionis, poteſt & debet habere ſuum Aduocatum, Procuratorem, vel Prolocutorem.

Ignaris & egentibus Procurator detur.

Kazi. in Nieſzona 1454. Folio 94.

SI quis verò in Iudicio conſtitutus, rem debitè ſuam Proponere neſciuerit : aut in lingua impeditus fuerit : nec amicum, pro eo loqui volentem, poterit habere : Iudicium ibi ſedens ex ſuo Officio, ſibi petenti Procuratorem idoneum deputare debebit.

Qui tamen velit, ſuam cauſam agat.

Sieſin. Craco. 1543.

OMnis qui Procuratore careret, poterit ſuam cauſam coram Iudicio exponere : vel controuerſiam, & defenſionem ſui facere : ſepoſitis atque reiectis in partem, captiunculis pœnarum. quas captiones Iudex permittere non debet : niſi hoc cuſtodire vt Iuſtitia vnicuique miniſtretur.

Mulieres, in hoſpitio Procuratorem conſtituunt.

Kazim. Viſt. 1508. Folio 10.

VT dominarum habitatio, propter fragilitatem ſexus, à cœtibus virorum omnimode ſit diſtincta : & ne ad cauſas vocatæ, premant ſe in turmis & conuentibus maſculorum : ſanxit noſtra authoritas de præſenti : Vt ſi quæ domina, ſiue Virgo, citans aut citata, venerit ad Terminum ſibi præfixum : Iudex præſidens Iudicio, Officialem ſuum cum eius aduerſario, ad hoſpitium illius dominæ, mittere teneatur. coram quo : actionē, ſiue defenſionem ſuæ cauſę, Aduocato, vel ſuo Procuratori, cui placet, in toto delegabit.

Nec Spirituales etiam procurent, niſi cauſas proprias.

Petitionibus

PEtitionibus Nunciorum Terreſtrium permoti, & ad ſopienda odia, quæ aduerſus Eccleſiaſticos viros, ob quorundam inſolentiam, apud Seculares excitari contingit, Statuimus: Vt Eccleſiaſtici viri, Beneficiati, aut Sacerdotes, non ſe immiſceant deinceps Iudicijs Secularibus: neque cauſas procurent & promoueant, Secularium perſonarum. neque Officia Notariorum, aut Vicenotariorum, in Secularibus Iudicijs obeant. ad quę per Iudices Terreſtres non admittantur. Exceptis cauſis proprijs, aut aliarum Spiritualium perſonarum. in quibus agendis procurandiſque, liberam habeant vbique facultatem. *Sigiſm. Petri. 1538. B 4.*

Procuratorium Mandatum tribus groſsis venit.

ITem ne prædicti ſubditi noſtri, in Cancellaria noſtra à Notarijs plùs iuſto grauentur, Decernimus: Quòd deinceps à Procuratorio, tantum tres Groſsi accipiantur. *Sigiſ. Petrin. 1511. Folio 16.*

Inſufficiens Mandatarius punitur.

ITem aliquis manifeſtans ſe cum Procuratione, in Iudicio, ſi malum Procuratorium ſeu Procurationem habuerit: luit pœnam in Iudicio Terreſtri trium Marcarum: in Iure verò Caſtrenſi, ſex Scotos. quam ſolus ipſe Procurator ſoluet: non Principalis ſuus, aliâs, non ille à quo cauſam dicit. *Conſuetudo terræ Cracou. Folio. 121.*

Procuratores debent eſſe iurati: & æſtimationes pecuniales in Citationibus, ſint moderatæ.

PRocuratores mercenarij, qui mercede conducti hominum cauſas in Iudicijs communiter procurant, ne ampliùs difficultates & comperendinationes in Iure facerent, debent eſſe iurati: Quia iniuſtas cauſas, neque ſuſcipere, neq; eis conſulere, neq; illas promouere debent, in gratiam alicuius partis. Præterea æſtimationes pecuniales, quas pro iniurijs vel damnis in Citationibus ponunt, debent ita moderari, & ad eum valorem redigi, quanti damnum valet. ne ob hoc, probationibus & teſtibus homines grauarentur. Iudex autem, qui Iudicio præſidet, debet proſpicere & animaduertere in talem, & punire illum. ſicut eſt, de inordinatis Citationibus, Statuto deſcriptum. Quòd ſi certò comperientur aliqui Procuratores, huius Statuti tranſgreſſores, & audaces: extunc debent per Iudicē ad Nos remitti. Quòd ſi Decreto noſtro Regio, tranſgreſsionis Reus reperietur: extunc ei Officio procurandi, in omnibus Iudicijs noſtris Regalibus, Terreſtribus, Caſtreñ, inhiberi debet. Hoc autem intelligi debet, præter illos: qui conſanguinitatis, aut amicæ conſuetudinis Iure ducti, *Sigiſm. Crac. 1543.*

amicorum: necnon præter famulos, qui dominorum suorum causas procurarent: neq; communiter in Iure causas dicerent. denique præter illos: qui ipsimet suas proprias causas Iudicialiter agerent. Tales enim huic Statuto subdi non debent. Attamen Procuratores dominorum, tametsi domino aliquis eorum seruiat, & eius causas procuret, (si modò communiter Procuratoris Officium exerceat) eo non obstante, tenebitur hoc Iusiurandum præstare: & literas authenticas Iuramenti sui, ab Iudicio Terrestri accipiendas, habere. cum quibus literis, vbique fides habebitur ei in dubia.

Procuratores sint diligentes, & fideles.

Sigis. Augusti. Petric. 1548. EDicimus: ne cum inordinatis Citationibus & Actionibus, Procuratores ad Iudicium accedant. si volent pœnam Statuti euitare. Item vt vocati secundum Regestrum, præsto sint. siquidem in vocandis personis, iuxta Regestrum nos conseruabimus. Quòd si quis vocatus abfuerit: condemnari permittetur. Etenim studiosè extrahunt causas: vt non solùm Iudices Prouinciales, verùm etiam Regia Maiestas, Assessoresq; ipsius, nõ tum quando volebant, sed quando Procuratoribus libebat, iudicabant. Quocirca si quis Procurator negligentia vel nequitia, non controuertendo cum aduersario, permitteret Principalem suum condemnari: is autem Principalis tali damno affectus, eo nomine queritur: extunc ibidem coram Iudicio, vel in Comitijs administrabitur de eo Iustitia: non secus, atque de seruitore: etiam si fuerit possessionatus.

De potestate Procuratorum, in ciuilibus vel criminalibus causis. sed Inscriptiones excipiuntur.

Sigis. Petrico. 1511. Folio 18. ITem, antiquum Statutum æqua moderatione interpretantes, Statuimus: vt Procurator, siue possessionatus siue non possessionatus, habẽs sufficiens Procuratorium, possit in Iudicijs comparere: omniaq; agere & exercere, quæ ipsius Principalis causam vel causas, attinent seu tangũt: etiam partem Citatione verbali, aliâs *Nadwornym*, citare: & Iudicem Mouere: ac alia omnia facere, quæ ad defensionem causæ pertinent. præter Inscriptiones: quas nec nouas facere, nec de antiquis quietare, nec pecunias inscriptas tollere poterit, sine præsentia sui Principalis, seu Actoris.

PROFVGI.

Si quis prædo fugiat, prædonesue seruet: ac post redeat.

Varsim. Mag. Vislic. 1568. Folio 26. SAepius contingit, quòd quidam de militari prosapia procedentes, veluti prodigi honoris & famæ ipsorum, furta siue latrocinia committentes, fiunt

tes, fiunt profugi noſtri Regni, ipſorum ſpontanea voluntate: & ſic occaſionem quęrentes, mala cõmittere non formidant: pro quibus in iram noſtræ indignationis incidunt. tandem de commiſsis furtis, & cæteris actibus malis, pœnitentia ducti, amicorum ſuorum interceſsione mediante, noſtram conſueuerunt implorare clementiam: & ſic noſtræ gratię de nouo reſtaurantur. Volumus itaque: Quòd licèt noſtra ira ſit dimiſſa eis & pœna, nihilominus pro furtis, & damnis, viris bonis & iuſtis illatis, tenebuntur Iudicialiter reſpondere, & ſatisfacere: iuxta diffinitionem, per deputatum Iudicem factam. Et nihilominus tales infames reputamus: neque alijs Nobilibus, qui nunquam profugi extiterunt, in fama & ſublimitate honoris poſſe adæquari. Statuimus etiam: illum qui occultè inſidiando inhabitatoribus Regni noſtri, fures, & profugos, aut prodigos ſeruat, eis hoſpitium præbet, & partitur cum eis rapta, & malè acquiſita, tales infames eſſe: impareſque viris probis & bonis reputari.

Sculteti & Kmethonis, à domino profugi, & quater ad Iudicium vocati, nec redeuntis, bona per dominum loci accipiantur. & quid faciendum ſit: ſi poſſeſſori Scultetiæ minetur.

CVm autem Scultetus & Kmetho, de agro & hæreditate ſua, abſq; culpa domini fugerit: talis profugus debet per dominum, in Iudicio maiori & bannito, ter, & ex ſuperabundante quartò, vt ad ſuam redeat hæreditatem, euocari: qui ſi non redierit, taliter vocatus: dominus villæ, cũ Proteſtatione, poterit ſuam hæreditatem per alium locare: Contumacia illius non obſtante. Et ſi is profugus, minas incuſſerit poſſeſſoribus agrorum qualeſcunq;: tenebitur dominus, ſub quo degerit requiſitus, Ius Polonicale poſcentibus, cum eo miniſtrare. aliâs ille, ſub quo fuerit contradicens, pœnã *Piątnadzieſta* incurret, totiens quotiens contra hanc Cõſtitutionem fecerit quoquo modo. *Wadiſl. Jagell. Folio 40.*

¶ De Kmethonibus profugis, Vide in Tit. KMETHO Fol. 252.

¶ Quibus profugis, & quomodo, Salui conductus dandi: Vide in Titulo SALVVS CONDVCTVS.

PVERI.

¶ Vide in Titulo MINORENNES. Folio 283.

PVPILLI.

¶ Vide in Titulo MATERNALIA BONA. Folio 275.

PRVSSIA.

Pax & Concordia, inter Wladislaum Regem Poloniæ, & Conradum de Jungingen: Magistrum Prussiæ, Ratione finium regundorum.

Folio 132. IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Amen. Frater Conradus, de Iungingen, Magister generalis Ordinis Beatæ Mariæ, hospitalis Ieroſolymitan: de domo theutonica: Vniuersis præsentibus & futuris, præsentium noticiam habituris, Salutem, & rei gestæ ad perpetuam memoriam cognoscere veritatem. Cùm auctor pacis, ad vnitatis & pacis spiritum, suis rigorosis mandatis quotidie nos inuitet: dignum arbitramur: vt inueteratæ displicentiæ, guerræ, & offensæ, contra Sereniſsimum Principem, & Dominum dominum Wladislaum Regem Poloniæ, supremum Ducem Lithuaniæ, & hæredem Ruſsiæ: suosq; progenitores, quo ad Terras Lithuaniæ, & Pruſsiæ, per nos noſtrum quoq; Ordinem, intuitu orthodoxæ fidei, diutiùs exagitatæ, in pacem perpetuam, remiſsionem, & concordiam committentur. ¶ Hinc est, quod nos de expresso consensu cõpræceptorum noſtrorum, cum dicto Sereniſſ. Domino Wladislao, anno, die, & loco, infrascriptis, certum terminum placitorum concorditer, celebrauimus: super pace, inter nos & Terras Ordinis noſtri, ex vna, & supra dictum dominum Regem, & Terras suas, videlicet Litvvaniam & Ruſsiam, parte ab altera: facienda perpetuò & firmanda, varijs præmiſsis tractatibus, tandem (vt sequitur) concordauimus in hunc modum.

Magister Ordinis de cõsensu cõpræceptorũ suorũ iniuit concordiam cũ Rege Poloniæ, pro die & tempore hic expressis.

Magister Ordinis promittit seruare ꝑpetuam pacem cum Rege Polon. & suis succeſsoribus Christi fidelibus.

¶ Inprimis promiſsimus, & præsentibus bona fide promittimus: quod exnunc & in antea tenebimus pacem inuiolabilem, & concordiam cum supra dicto Magnifico Domino Wladislao Rege Poloniæ, suis Catholicis hæredibus, & succeſsoribus, ac Prælatis & Eccleſijs, omnibus quoq; Terris suis, per Litvvaniam & Ruſsiam Terrarumq; Incolis, perpetuis temporibus obseruare.

** Magister Ordinis nõ debet cum aliquo inire ligam cõtra Regem Polon. et suos succeſsores Catholicos, in terris Lithuaniæ & Ruſsiæ iniurias & rancores etiam dimittãtur.*

¶ * Nec vnquam volumus & debebimus, aliquam ligam inire, aut facere, contra dictum Wladislaum, suos quoq; Catholicos succeſsores Terrarum Litvvaniæ, & Ruſsiæ, cum dominijs, aut alijs hominibus, & rancore quolibet poſtpoſito: omnes & singulas iniurias nobis, & noſtris per se, vel per alios quomodolibet illatas, remittimus penitus & offensas.

b Limites et Termi-

¶ b Insuper Limites, & Terminos inter noſtros, & dicti Domini Regis Terras: videlicet, Litvvaniæ & Ruſsiæ, distingui fecimus: & modis distinguimus infrascriptis. Inprimis incipiendo in quadam Insula Savvin, dicta vulgariter Sitta, in fluuio dicto Memla, habente in se Insulam Romeyvveider. Quæ quidem Insula tota apud Ordinem permanebit temporibus affuturis: ab hinc directè progrediendo ad fluuium dictum

um dictum Norueſſe, in decliuio ſeu villæ continuæ, ſub ſylua dicta Heyligenualth: Ab hinc dictum fluuium ſequendo in medijs fluctibus, vſq; ad Vyſuilten, aſcendendo ab hinc linealiter & directè eundo ad quendam lapidem magnum dictum Roda, iacentem in fluuio dicto A. & Roda vulgariter nuncupatum: ab iſto lapide, aſcendendo ſuper ſtagnum dictum Sinarden: ab hinc directè eundo, vſq; ad viam vulgariter nuncupatam, Der Brengeliſchevveg, ab hinc directè vſq: in Nouenrithen: ab hinc linealiter procedẽdo verſus finem, ſeu aciem mericæ, dictę vulgariter Heyde, ad locum, vbi fons oritur: à dicto fontis ortu procedendo, per directum in ſolitudinem quandam, communiter Wiltniſſe dictam: vbi fluuius Egloſſe ortum habet: ab hinc directè eundo, per medium dictæ ſolitudinis, vſq; ad terminos & gades illorum, de Ploſzkovv: & hi omnes termini ſiti, ſunt verſus Liuoniam. Aſcendendo verò verſus Pruſſiam, termini ſubſcripti, per dictum Ordinem perpetuo, ſine quolibet contradictionis obſtaculo, habebuntur: Incipiendo à ſupra dicta Inſula Savvin, in directũ procedendo, vſq; ad fluuium dictum Suppe, ab hinc procedendo ab locũ ortus ſui: ab hinc progrediendo vſq; ad fluuium, qui effluit à lacu dicto Mothenſehe: & dicitur communiter Methenſly, ab hinc per deſcenſum fluuij, vſq; in fluuium dictum Beber: deinde dictum fluuium ſequendo vſq; ad miliare: prope fluuium, qui Nare dicitur: & ab hinc directè eundo, vſq; in dictum fluuium Nare. ¶ Cæterum pro nobis noſtro Ordine, omnibus noſtris ſucceſſoribus, renunciamus omni impetitione & Iure, quæ in prædictis domini Regis Wladiſlai Terris, videlicet Litvvanię & Ruſsiæ ſitis, terminos ſuperiùs expreſſos, verſus dictas Terras, habuimus, vel habere videbamur: inſuper Terræ & dominia, de magno Nouohroden, qualitercunq; ſiue per nos: noſtrum Ordinem, aut per ſupra dictum Sereniſsimum dominum Wladiſlaum, aut per ſuos coniunctim, & diuiſim acquiſitæ fuerint: vel aliâs qualitercunq; ad noſtrum Ordinem deuenerint, eaſdem ac eadem dictus Dominus Rex obtinebit: nec vnquã bona fide quominus eaſdem detineat, impediemus. ¶ * Præterea volumus: quòd homines ſæpe dicti Domini Regis, & ſuorum ſucceſſorum in Terris Lithuaniæ & Ruſsiæ conſtituti, in omnibus Terris Ordinis, mercari & negotiari liberè valeant: abſq; teloneis, alijsq; exactionibus: quos etiam defendere tenebimur: ſicuti noſtros: ſaluis tamen teloneis, ab olim inſtitutis: ac quibuſlibet edictis noſtris æditis, & ædendis, in Terris Ordinis quibus noſtri artantur, & dicti Domini Regis, ſuorumq; ſucceſſorum homines per Lithuaniam, & Ruſsiam ſunt artati. ¶ [d] Item ordine noſtro in expeditione communi, cum prænominato Domino Rege, & ſuis ſucceſſoribus, & ipſorũ hominibus, per Ruſsiam & Lithuaniam, exiſtente, quotquot ipſi captiuauerint, ſuos habeant vt captiuos.

Termini inter terras Ordinis Theutonici & terras Ruſſiæ et Lituaniæ, diſtinguuntur modo hic contento.

Renũciat Magiſter & Ordo suus Terminis & omnibus bonis ad Nos tred pertinentibus.

* *Homines de Ruſſia, & Lituania, liberè mercari poſſunt abſque teloneis in terris Magiſtri Ordinis.*

[d] *Ordo quãdocunq; cũ Rege Poloniæ pro tempore exiſtẽte in communi expeditione fuerit, quoſcunq; captiuauerit, ſuos habebit.*

¶ Exceſſus

Excessus per homines Regis q̃ cunq. perpetratos Capitan. exercitus iudicabit.

g Excessus p̃ homines hinc inde communiter emissi p̃ Capitan. eorumque exercitus iudicandi.

k Armigeri, Milites, vassalli, & aliàs quicunq. homo, in dominũ Regũ. nõ permittentur trasire per terras Ordinis.

l. De Regno Polon. nullus p̃ Magistrũ in suis terris nec foueantur.

m Per terras Rossiæ & Lituan. Catholicorũ Magister Ordinis nõ traducet exercitũ contra quemcunq. absq. consensu Regio.

n Sanguinẽ ducis Regi fugientes ad terras Ordinis p̃ quos Regnum posset molestari non debẽt ab Ordine susceptiri et foueri.

o Magister Ordinis pro se & p̃ toto Ordine promittit omnia supradicta seruare.

¶ Excessus quoq; per dicti Domini Regis, suorumq; successorum homines in prædictis Terris, qualitercunq; commissos, Capitaneus exercitus eorundem, eosdem liberè iudicabit. ¶ g Excessus verò communes per vtriusq; exercitus homines commissos, Capitanei vtriusq; exercitus, simul & communiter iudicabunt. ¶ k Nullos insuper armigeros, dominos, milites, vasallos, vel alterius cuiusunq; generis homines, etiam si Christifideles fuerint, in damnum seu præiudicium, dicti Magnifici Domini Wladislai, aut suorum, vnquam per Terras nostras, scienter ire permittemus: sed impediemus & prohibebimus iuxta posse. ¶ h Deniq; omnes proscriptos, seu bannitos, de supra dictis Terris, præfati Domini Regis, non recipiemus ad Terras nostras: maximè qui in sui vindictam, homicidia vel incendia, eiusdem Domini Regis vel suorum successorum, hominibus in præmissis Terris Lithuaniæ comminantur, & Rusiæ. ¶ m Præterea per Terras dicti Domini Regis, suorumq; successorum Catholicorum, videlicet Lithuaniæ & Rusiæ, contra quoscunq; nunquã traducemus exercitum, aut traducere per quemcunq; faciemus, nisi expresse fuerit de voluntate dicti Domini Regis, suorumq; successorũ: qua obtenta damnum nequaquam ipsis, ac ipsorum hominibus inferemus. ¶ n Præterea Promittimus: quòd nullos fratres, & consanguineos ipsius Domini Regis fugitiuos, seu alios quoscunq; erroneos, per quos Dominus Rex & Regnum Poloniæ, ac Terræ Lithuaniæ & Rusiæ possent molestari, durante pace, debebimus ad Terras nostras recipere vel foucre. ¶ o Omnia verò singula præmissa, in articulis præmissis, & eorum quolibet contenta, bona fide promittimus, pro nobis totoq; ordine nostro, firmiter ac inuiolabiliter obseruare: nec vnquam contraueniemus, aut contrauenientes procurabimus per quoscunque, arte, ratione, ingenio, de Iure vel de facto: consilio, vel auxilio, publicè vel occultè ¶ * In quorum omnium euidens testimonium, & fidem, de & super omnibus præmissis, præsentes literas nostri maioris Sigilli, munimine mandauimus communiri. Datum in fluuio dicto *Wisłá*, prope Castrum *Rácias* dioceſis Wladislau. feria quinta proxima ante festum Sanctæ Trinitatis. Anno Domini M. CCCC. iiij. Harum rerum testes sunt, Reuerendi in Christo patres & Domini, Dominus Arnoldus Episcopus Culmen. & Dominus Ioannes Episcopus Pomezanien. ac honorabiles & Religiosi viri fratres Ordo & Commendatores.

Priuilegium pacis & concordiæ, per Wladislaum Iagellonis, tunc Poloniæ & postea Vngariæ Regem, in Brzescie Cuiauiæ facta, cum

** Muniuntur literæ maiori Sigillo Magistri Ordinis.*

cum Paulo de Rusdorff, Magistro Prussiæ: quæ facta erat Anno Domi. 1436. Præsentibus Magno Duce Litwaniæ Sigismun. eiusq; filio Michaële. Item Ducibus, Stolpensi, & Mazouiæ, & vniuersis de Regno, & de Magno Ducatu Litwaniæ Prælatis, Baronibus, & Consiliarijs, in fine Priuilegij subscriptis. quod sic sequitur.

IN nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam: Conuenit actus hominum, qui vetustate cadunt, & successu temporis in obliuionem vertuntur, solidis scripturarum & testium fundamentis commendare: in quorum custodia nullis marcescunt temporibus: sed semper magis perhennatione memoriæ incommutabiles seruantur. Proinde nos Wladislaus Dei gratia Rex Poloniæ, necnon Terrarū Cracouiæ, Sandomirię, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Litwaniæ Princeps supremus: Pomeraniæ, Russiæ. &c. Significamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis præsentibus & futuris notitiam præsentium habituris: Quomodo cùm diuini dispensatione consilij, huius Regni recepimus gubernacula: ad hoc quoque tantum in Terris obtinuimus principatum: vt propensiori cura & vigilantia nostra, semper studia extendamus: per quæ pacis desiderada trāquillitas inter Christifideles (ex quorum discordia, non solùm Terrarum & Vrbium, sed Prouinciarum atq; Regnorum resultant excidia: prout in plerisq; lugenda atq; calamitosa exempla mortalibus exhibent argumenta) procurari queant & procurata auctore pacis, de throno suæ ineffabilis Maiestatis, atq; potentiæ concludi, & medijs salutaribus stabiliri ac extolli fœlicibus incrementis. ¶ Et attendentes, quòd non nisi in pace pacis opifex Deus perfectè coli valeat: & ea nihil in mundo exoptari possit pretiosius, aut desiderabilius concupisci. Hinc est quòd nos non absq; interna compassione, & graui cordis amaritudine recensentes: quot & quanta mala ex guerris & dissensionibus procedant: quotq; ex contentionibus & bellis, si ea mortales agant, odia hominum, non sine etiam animarum & æternæ salutis dispendijs, ac excidijs Ciuitatū Prouinciarumq; & Terrarum ac in illis degentium interitus subsequantur. Diuinus deperit cultus: & sanguinis effusio oritur. Cumq; talium discordiæ atq; bella: non solùm se suosque, sed etiam alios plurimos tractura sunt verisimiliter in precipitium & ruinam. ¶ Propterea supremis affectibus exoptantes, vt non crescant iurgia: sed iuxta magistram bonorum omnium charitatem, (quæ nihil sapit extraneum, nil asperum, nil confusum, imò propria virtute nutrit concordiam, dissociatos iungit, pacem & vnitatem consolidat.) Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis Glorioſæ, totiusq; Ierarchiæ cœlestis, propagationem fidei, cultum iustitiæ, &

Pax quæ nihil pretiosius est, commendatur.

Charitatis commendatio.

tiæ, & religionis Christianæ salutiferum incrementum, à guerris defendis, excidijs, displicentijs, odijs, rancoribus, & offensis, inter nos, Wladislaum Regem Polon.&c. Sigismundum Magnum Ducem Lithuaniæ &c. prędictos: & Inclytum Kazimirum germanum nostrum, Semouitum, Kazimirum: Wladislaum, Boleslaum Mazouiæ, ac Boguslaum Stolpeñ. & Pomeraniæ Duces, Regum Polon. Terrasq; nostras Magni Ducatus Lithuaniæ, Russiæ, Mazouiæ, Stolpeñ. & Woievvodam Moldauiæ: & alia dominia nobis subiecta ex vna: & Magnificum ac Religiosum dominum Paulum de Rusdorff Ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorum Ierosolymitani, & Ordinem suum ac Terras eiusdem Ordinis, Prussiæ, Almaniæ, Liuoniæ, & alias omnes ei subiectas parte ex altera: nouissimè graui offensione, & iactura exortas, nostræ mentis propositum retrahere decreuimus: & ea quæ durantibus huiusmodi controuersiarum & guerrarum turbinibus, circa bonum Reipub. sunt diruta & destructa, per pacis integritatem ad statum cupieñ. reducere quietum & tranquillum: cum eisdē Magistro, fratribus, & Ordine ipsius Terris Prussiæ, Almaniæ, & Liuonię subditis, & sequacibus eorundem, perpetuæ pacis, & inuiolabilis fœderis vnionem: elegimus, assumpsimus, suscepimus: & iniuimus, eligimusque, suscipimus, assumimus, & inimus tenore præsentium mediāte omni tempore perpetuè duraturam. Quam sub fide & honore ac iuramentis corporaliter præstitis: sine dolo & fraude Promittimus vigore præsentium obseruare. & vt ipsa vnio cum tanta deliberatione & maturitate cōcepta, ad firmum & constantem ordinem iugiter obseruandū reducatur: ipsam per articulos infrascriptos omnino duximus regulandum. ¶ Inprimis quòd inter nos Regem, Magnum Ducem, & Duces prædictos, Regnum Poloniæ, Magnū Ducatum, & Terras Lithuaniæ, Samogitarum, Russiæ, Mazouiæ, Stolpeñ. & Woievvodam Moldauiæ, & aliorum dominiorum & subditorum nostrorum ab vna: & prædictum Magistrum generalem & Ordinem, Terras & subditos ipsius, tam in Prussia Almania, quàm Liuonia & noua Marchia, parte ex altera: omnes dissensiones, controuersię & damna inter partes hinc inde facta, dimissa & totaliter sopita debent esse: nec illorum de cætero aliqua mentio, aut memoria, & signanter in querelis, aut in detractionem Partium, coram quibuscunq; personis habeatur aut fiat. Sed nec vna Partium ad infamiam alterius Partis suggeret, consentiet, auxilium dabit, & fauorem, publicè vel occultè: & quantum in ea parte fuerit, dilationes & detractiones huiusmodi fieri non admittet, sed potius prohibebit. ¶ Item quòd omnia bona Ecclesiarū, Gnezneñ. Wladislauieñ. Ploceñ. & Posnanieñ. Prælatorum, Abbatum, Monasteriorum, Conuentuum, & aliarum quarumcunque personarum Secularium & Religiosarum: quę sunt in Terris Ordinis prædicti situata, debent cir-

Dissensiones & controuersiæ inter Regem & Magistrum Prussiæ sopiendæ.

De damnis reparandis, & decimis Prælatis Polonis per Magistrum soluendis.

bent circa Iura omnia, tam Ecclesiastica quàm Secularia, & omnes aliquas consuetudines, quæstus, decimas, castra, villas, prædia, curias, & alias vtilitates, emolumenta & prouentus, quibuscunq; nominibus nuncupentur, conseruari: nec aliquibus nouis consuetudinibus, seruitijs & oneribus aggrauari. Quodq; eadem bona non alienentur, nec pro eorum alienatione instetur per partes, sine consensu Prælatorum Spiritualium. Omnes autem census, decimas, prouentus, & alias obuentiones qualescunque in Terris Ordinis consistẽ. quos & quas Magister & Ordo, Reuerendissimis in Christo patribus Dominis, Archiepiscopo Gnesnẽ. Wladislauiensi, & Plocensi Episcopis, alijsque Prælatis Secularibus & Regularibus Regni Poloniæ, per biennium subleuauerunt: plenè & integrè restituant, & restitui faciant. medietatem infra hinc ad festum Purificationis Mariæ, reliquam verò ad festum Paschæ proximè affuturum in Ciuitate Thorunẽ. quittationibus de solutione à prefatis Prelatis receptis. & quòd bona & decimę Reuerend. patris domini Wladislai Episcopi Wladislauiẽ. nouiter & quomodolibet arrestata relaxentur. ¶ Item vt omnis suspicio & hostilis respectus hinc inde inter nos & partẽ Magistri generalis & Ordinis sui in toto euellantur: Volumus: quòd ligæ, confœderationes, & Inscriptiones, quæcunque sunt vel fuerunt inter Magistrum generalem, præceptotes per Almaniam, & Liuoniam & Ordinem ipsorum, Prælatos, Nobiles, Ciues, & subditos ipsorum, cum Duce Boleslao aliâs Svvidrygał, Prælatis, Ducibus, Boiaris, & subditis Terrarum Litvvaniæ, Samogitiæ & Russiæ factæ, debent esse cassæ, inanes, irritæ, & in nihilum redactæ. Ipsique Magister & Ordo, Prælati, Nobiles, Ciues & subditi ipsorum, debent præfatum Ducem Svvidrygał, deserere & dimittere perpetuis temporibus: & nunquam eidem aut alteri cuicunque Magno Duci Litvvaniæ & Russiæ auxilia & consilia contra nos & successores nostros, & Regnum nostrum, ac etiam præclarum Principem Dominum Sigismundum Magnum Ducem Litvvaniæ modernum, Magnumque Ducatum Litvvaniæ præstabunt: nec aliquas ligas, suggestiones, & confœderationes in damnum nostrum, aut Regni facient in perpetuum cum eisdem: imò nec aliquem alium tenere & reputare debẽt pro Magno Duce Litvvaniæ & Russiæ: nisi qui cum nostro consensu, & Regio (quemadmodum præfatus Dux Magnus Sigismundus modernus est electus, iuxta dispositionem dudum factam inter Regnum Polonię, & Terras Litvvaniæ) electus sit & positus in Ducatum: nec etiam permittent ipsum Svvidrygał de terris seu per terras & dominia Ordinis, ipsorum damna aut impedimenta Regno Coronæ nostris, Ducatui Magno Lithuaniæ, & Ducatibus prædictis inferre nec ipsum publicè, vel occultè, per se vel summissas personas iuuare aut subleuare quouis modo. ¶ Item vt huiusmodi pacem perpetuam & concor-

De non ferendis suspectis, & auxilijs contra Regnum Polonię Svvidrygał.

De non ferendis auxilijs

de auxilio per Polonos contra Magistrum.

& concordiam sub certiori attentionis firmitate & robore custodiamus & seruemus, Promittimus, sine dolo & fraude, sub fide & honore ac onere præstiti iuramenti: Quòd ad nullius hominis viuentis requisitionem inductionèm, suggestionem, persuasionem vel mandatum, etiam quacunq; dignitate præfulgeat, Papali, Imperiali, vel Regali, aut cuiuscunq; congregationis legitimæ, personarum Ecclesiasticarum vel Secularium, debebimus vel poterimus contrauenire ipsis in parte, vel in toto, expressè, manifestè, vel occultè, per se vel alium seu alias quascunque personas submissas Spirituales vel Seculares: neq; eas taliter aut quocunq; modo violare: etiam si modernus Imperator, aut successores sui Imperatores personaliter cum exercitu contra Magistrum & Ordinem se mouerent, non debemus ei nec successores nostri assistere ope, consilio, auxilio vel fauore.

Drwánca medius fluuius limes inter Regnum & Terras Ordinis.

¶ Item quòd medius fluuius *Drwánca* sit limes inter Regnum nostrũ & Terras Ordinis: nec fiat in eodem fluuio aliquod molendinum in limitibus & rippis communibus. ¶ * Et præcipuè in loco Lubicz dicto, in quo aliàs factum fuerat: sic quòd idem fluuius suum antiquũ meatum habeat: quodque residuum aggeris vnà cum ponte maneat, sine omni clausura diurna & nocturna pro strata publica, nec nouum ibidem molendinũ deinceps erigatur. ¶ a Quo per descensum intrante flumen Wisla, iterum descendendo per Wislam inferius, ipse medius fluuius Wisłá erit iterum limes inter Regnum Polonię, & terras Magistri & Ordinis Prussię: cum omnibus suis Insulis, piscaturis, Iuribus, & obuentionibus vniuersis, nullis exclusis penitus & exceptis: vsquequo ipsa medietas prædicti fluuij Wisłá tanget locum limitum: quem quondam Serenis. Princeps Dominus Kazimirus diuæ memoriæ Rex Poloniæ, cum Magistro Prussiæ, dicto Duszmár, inter terras Bydgostiẽ. & Pomeraniæ certis Literis, & signis notabilibus limitauit, descripsit, & distinxit. ¶ b Castro Iasieniec in Terris Ordinis remanente. ¶ d Ita tamen quòd Castrum *Nießowa*, cum territorio suo & villis *Murzynowo*, *Orlowo*, *Nowawieś*, & alijs villulis, molendinis, & vsibus ad dictum Castrum, & territorium, cum omnibus Castri territorij, ac Villarum prædictarum borris, syluis & vtilitatibus: aquis quoque & earum decursibus, cum pleno & totali dominio: ac cum medietate nauigij in flumine Wisłá, & eius prouentibus & Insulis, ac piscaturis: Iuribus, libertatibus omnibus & singulis ad ipsa spectantibus ab antiquo, nullo penitus alicui præter nos, & Coronam Regni Poloniæ, Iure in eisdem Castro & territorio ac Villis reseruato, remaneat circa nos, & Coronam Regni Poloniæ perpetuè & in æuum. ¶ Sic tamen quòd nulli subditorum saluo censu debito, & solui consueto, per hanc cessionẽ in Iuribus ipsorum, in Insulis, & molendinis præiudicium generetur. Et si nos in Iuribus ipsorum ipsos tollerare noluerimus: extunc licitum sit nobis iuxta

** In loco Lubicz non fit molendinum.*

a Medium Vistæ limes inter Regnũ Poloniæ & Terras Ordinis vbi Drwanecza influit descendendo per Vistam

b Castrũ Iasieniec Ordinis.

d Nieszowa Castrum cum villis Murzynowo, Orlowo, Nowawieś pro Regno.

De redimendis Iuribus per REgem iuxta tenũ antiquũ.

nobis iuxta antiquam taxam, prout ab antiquo inter se vendere consueuerunt huiusmodi Iura comparare & soluere: quemadmodum Serenissimus Princeps diuæ memoriæ Dominus Wladislaus genitor noster charissimus, & Corona Poloniæ pacificè & quietè tenuit: à tempore concordiæ circa locum Melno iacentem, in Terris Ordinis, inter Castra *Radyń*, & *Rogośno*, circa flumen Ossa, die sancti Stanislai Episcopi & Martyris, de mense Septembri factæ, ad receptionem & ocupationem eorundem per Magistrum & Ordinem de anno domini 1431. attemptatam. ¶ Specialiter addito & expresso: quòd omnibus hominibus, & Mercatoribus cũ quibuscunq; rebus, cuiuscunq; generis pretij, vel valoris existant proficiscentibus, liberum sit vendere huiusmodi res seu merces absq; impedimẽto & compulsa, & stare siue manere cum eis, aut eas in Ciuitate Nieszovva locanda conseruare, vel transire cum eis quo placebit, siue per terram: siue per fluuium Wisła infra vel supra vel in Thoruń, aut alia loca in Terris Ordinis constituta. Item incipiendo ab eo loco, in quo prædicti limites per Dominum Kazimirum Regem Poloniæ, & Magistrum Prussiæ facti, & in eorundem Literis expressi terminantur & desinunt in procedendo vlterius: vsque ad introitum fluminis Nothesz siue Birzvvennik obseruabimus istum modum & ordinem. ¶ Quòd si de prædictis limitibus poterint bonæ famæ tres homines pro parte nostra & Coronæ, & tres pro parte Magistri & Ordinis electi, vilis vtriusque Partis Literis, Iuribus, & possessionibus, & alijs legitimis documentis concordare stabunt limites taliter concordati. ¶ Vbi autem non possent electi illi homines boni concodare, extunc sortes ab vtraque parte mittantur: quamcumq; autem partem sors contigerit, sic emissa: pars reliqua, quam sors ipsa non tetigit, debet sex personas quas placebit de parte prædicta eligere, quæ personæ sic electæ: postquam iuramento corporali limites inter Partes prædictas, sic de limitibus discrepantibus firmauerint: limites illi, sic iuramento firmati, pro signis & limitibus inter Regnum Poloniæ & nouę Marchię perpetuè remanebunt. Testes autem illius Partis cui sortes aduenerunt, in processu limitum prædictorum Castra. Ciuitates Partium prædictarum ex hac sortium accessione non attingent nec mouebunt: aut pro sua parte aliqualiter vendicabunt: sed partes superiùs expresse Castra, Ciuitates ab antiquo tentas, absq; impedimento sortium obtinebunt. ¶ Ita tamen quòd pons in fluuio *Dráwá* circa *Odchśeth* cum libero transitu perpetuò manebit. hoc addito: quòd si in parte Magistri seu Ordinis cesserit, & in eius structura negligentia commissa fuerit, licitum sit nobis aut Capitaneis nostris: huiusmodi pontem nouum construere, & antiquum reformare: quotiens fuerit opportunum. ¶ Et ne in posterum de huiusmodi personis & testibus supra scriptis aliqua difficultas oriatur, nos Reuerend. in

De transitu Mercatorum libero in Terras ordinis.

De concordia super limitibus tentanda.

De sortibus mittendis super limitibus.

De sex personis iuraturis, super limitibus pro parte, quã sors non tangit.

De ponte in fluuio Dráwá per Regem reædificando, Magistro negligente.

De compositoribus & testibus

lus casu quo fors Magistrū & Ordinem tetigerit.

rend. in Christo patrem D. Franciscum Episcopum Varmiēn. & honorabiles ac religiosum Wolff de Sauszenn commendatorem in Ostrorode, & strenuum Ioannem de Saysen pro huiusmodi Compositoribus, & honorabilem ac religiosum Conradum de Erbinghavvschen, Hermanum Reussop Thoruñ. Henricum Forothdanēn. Præconsules: cum supra scriptis, Episcopo Commendatore, & Ioanne, pro testibus (in causu, quo fors Magistrum & Ordinem tetigerit) duximus nominādos & eligendos: qui ad faciendum præmissa cum nostris, per Magistrum & Ordinem nominatis & electis, conueniant nostri in Bydgostiam, ex parte Ordinis in Svvece, in crastino Natiuitatis Mariæ proximè venturo, aliunde huiusmodi limites sicut prēmittitur distinguēdos, vlterius processuri. ¶ Postquam autem ventum fuerit per limites prædictos, sic vt præmittitur distinctos iuramento, quando limes fluuium Notesz & Birzuennik insiliet, ipse fluuius Birzuennik medius erit limes perpetuus inter Regnum Poloniæ & Terram nouæ Marchiæ: & iterum vbi Birzuiennik cum Notesz confluit, medius fluuius Notesz erit limes: ita quòd Ordo & subditi eius, ipsum flumen ascendendo dimidium miliare, & descendendo similiter medium miliare, ac versus Regnum dimidiū miliare pro pascuis pecorum, & pecudum quorumcunq;, ac pro receptione argillæ, calcis, lapidum, lignorum, tam pro igne quàm ædificijs Castri & Oppidi liberum habeant vsufructum: & similiter homines & subditi Regni & Coronæ, dominio & proprietate apud Regnum nostrum remanentibus. ¶ Teloneum autem aquaticum & Terrestre cum pōte & ipsius structura, secūdum antiquam consuetudinem absq; ampliori augmento predicti telonei, apud Ordinem remanebunt. ¶ * Piscaturam etiam præfatus Ordo solus liberam in eodem flumine Birzuiennik seu Notesz, ascēdendo & descendendo vt præmittitur per medium miliare, à ponte qui ducit versus Poloniam, obtinebit: eo saluo quòd Villa Trzebieszovv in suis limitibus piscandi liberam habeat facultatem. ¶ Hoc adiecto quòd in eodem dimidio miliari ascendendo & descendendo fluuium Birzuennik, & etiā versus Regnum similiter per medium miliare, aliquod fortalitium non erigatur. ¶ ª Item postquam ventum fuerit ad limites, per aquam, vbi fluuius siue Birzuiennik siue Notesz taliter procedendo inferius, vt supra dictum est, versus Lanczberg super differentiam ibidem ex opposito prædicti Oppidi consurgente, pars vtraq;, videlicet Nos & Magister ac Ordo elegimus nobis pro Iudice Reuerendiss. in Christo patrem Dominum Christoferum, Episcopum Lubuczeñ. in quem Partes ipsę de alto & de basso compromittent: & ad festum sanctæ Trinitatis proximum ibidem circa Lanczberg adducent, & productis coram eo Iuribus & probationibus legitimis in Termino seu Terminis competentibus ab vtraque parte laudum

De limite in medio fluminis Byrzuennik & Notesz perpetuo in Regnum & terram Nouæ Marchiæ.

De Thelneo et ponte pro Magistro & Ordine.

** De piscatura libera per vne liū miliare supra & infra.*

De non erigendo aliquo fortalitio in Birzuennik.

ª De Episcopo Lubucen. pro iudice per vtramq; partē eligendo.

laudum, & pronunciationem, quam vſus conſilio ſapientum ſuper omnibus differentijs inter Regnum & Oppidum prędictum Lanczberg tulerit, ambæ Partes huiuſmodi ſententiam ſuſcipere. laudare, emologare, & ſeruare ſub fidei puritate tenebuntur. ¶ Volumus etiam & Decernimus per preſentes: quòd teloneum & depoſitum vulgariter & ablata, Magiſter & Ordo reſtituere teneatur. ¶ * Et ſi aliquis ſubditorum, de Terris aut dominijs noſtris vellet ad Terras Ordinis ratione incolatus ſe trāsferre, licitè poterit: & liberè recedere: abſque quouis impedimento aut areſto perſonæ: & bona ſua vendere, aut de eis diſponere iuxta beneplacitum liberæ voluntatis. pari modo volumus de bonis in Terris Magiſtri & Ordinis ablatis ſeu occupatis obſeruari. ¶ Item omnes coadiutotes & adhærentes, qui in fauore noſtri & Regni noſtri Poloniæ coadiutorum & ſubditorum noſtrorum, Magiſtrum & Ordinem Pruſsiæ diffidarunt, ab omni impetitione Magiſtri & Ordinis prædicti ſint liberi & ſoluti.

De Theloneo p Magiſtrū & latos & ordinem reſtituendo.

** De libero tranſitu incolarum Lincis de faciendo pro placito.*

De eoa interuenientibus Magiſtrū diffidantib. liberè mittēdis.

¶ Item omnes apoſtatæ Ordinis prædicti in Regno noſtro & Terris Lithvvaniæ, Samogitarum, Mazouiæ, Ruſsiæ, & Stolpeñ. & alijs dominijs Regni noſtri & Terrarum prædictarum commorantes, ne diutius in ſuis peccatis tollerentur, de Regno noſtro & dominijs noſtris prædictis, per nos & Officiales noſtros exire compellantur: & deinceps hi & alij in eiſdem nullatenus foueantur. ¶ Item quòd nullus Mercator, ſeu alius homo cuiuſcunq; conditionis exiſtat, aut bona ipſius propter delictum ſeu debitum alterius areſtetur, moleſtetur, vel turbetur, nec etiam captiuetur. ¶ Item ſi vectores & aurigę bona ſeu merces Mercatorum pro pretio ducentes telonea ſeu loca datiarum præterierint, ipſi duntaxat in rebus & equis ſuis proprijs puniantur: & quòd propterea bona Mercatorum, non debent occupari nec detineri. ¶ Item ſylua Babsko circa Fredelanth in diſtrictu Nakleñ. impignorata Ordini pro certa ſumma redimi poterat, per impignorantem vel per Regnum, ſoluta ſumma Ordini, pro qua extat obligata, & in Literis deſuper confectis continetur.

De apoſtatis à Regno Poloniæ pellendis.

De non areſtādis Mercatoribus ratione cuiuſpiam alterius.

De pœna vectorū telonea non ſoluentium.

De ſylua Babsko redimenda per Regnū vel impignorātem

¶ Item datio ſiue exactio dicta Funthomczol, ſuper qua priſcis temporibus & hactenus, controuerſia inter Magiſtrum & Ordinem ac Mercatores Terrarum Poloniæ, Magni Ducatus Lithuaniæ, & Ducatuum prædictorum vertebatur, & pendebat ex certis cauſis indeciſa, talem ponimus ordinem. Quòd Mercatores Regni, Ducatus Magni, & Ducatuum prædictorum, præter alia quæcunq; grauamina & ſolutiones in poſterum imponendas quibuſcunq; nominibus nuncupentur, reſpondeant Ordini de eadem duntaxat, ſi aliquando contigerit ipſos cum bonis ſuis in nauibus proprijs nauigare vltra mare. ¶ * Ita tamen, quòd ſi Ciuitates maritimæ libertatę & abſolutæ via Iuris fuerint ab eadem, quòd Ciues, Mercatores & indigenæ Regni & Terrarum Poloniæ, Lithvvaniæ, Mazouiæ, Ruſsiæ,

Exactio Funthomczol per Mercatores ſoluenda.

** Si Ciuitates maritimæ à teloneo liberæ ſint, Mercatores Regni Poloniæ eadem libertate potiātur.*

De restitutione perceptorum Mercatoribus facienda vel non.

Ruſsiæ, à ſolutione huiuſmodi ſint ſimiliter liberi & excepti. ¶ Et illa omnia quæ ab eis à tempore, quo præſens pax perpetua eſt firmata, ratione huiuſmodi exactionis ſunt recepta, integraliter reſtituantur per Ordinem prædictum, Mercatoribus Regni, Ducatus Magni, & Ducatuum prædictorum, viceuerſa, abſq; recuſatione & renitentia: qualicunque interruptione, conſuetudine, præſcriptione, & diuturnitate non obſtãtibus. Si verò per concordiam extincta fuerit, ad reſtitutionem receptorum minimè teneantur. Aliæ autem omnes & ſingulæ exactiones, quibuſcunq; vocitẽtur nominibus, à Mercatoribus Terrarum Regno Poloniæ, Ducatui Magno Litvvaniæ, & Ducatibus prædictis ſubiectarum, vt præfertur indigenis, in Terris Magiſtro & Ordini ſubiectis. ¶ [d] Et ſpecialiter exactio quædam dicta Lobegal & Fyrken nullatenus de cætero exigatur.

d De exactione Lobegal & Fyrken non exigenda.

De Telonei noui in Regno Poloniæ nõ inſtruendo.

¶ Nec nos Rex, Dux Magnus Litvvaniæ, Duces Mazouiæ, & Stolpeñ. imponemus aliquod nouum theloneum in grauamen & præiudiciũ duntaxat ſubditorum Ordinis prædicti, & ſi quod nouum eſt impoſitum in Terris noſtris & Ducatibus prædictis à tempore concordiæ circa locũ Melno factæ, omnino deponatur. Teloneis & depoſitis antiquis ſemper ſaluis. ¶ Item cùm medietas nauigij circa Thoruñ ſupra dicti, cum medietate pecuniarum de ipſo prouenientium nobis vigore prius habitæ & præſentis concordiæ, in perpetuum hæredibus & ſucceſſoribus noſtris debeatur: ¶ de collectore pecuniarum ex ipſo ſic inter nos exiſtit cõuentum, ordinatum, & concluſum: quòd is qui per nos & ſucceſſores noſtros ad ea fuerit deputatus conueniat cum Commendatore Thoruneñ. pro tempore exiſtenti: Vno anno in Oppido Thoruñ, & alio in Nieſzovva: & ſic ſemper vicibus alternatis collectorẽ huiuſmodi ſingulis annis ſimul conſtituant. ¶ Qui ſub præſtito iuramento pecunias quas collegerit, diebus dominicis in manus vtriuſque præſentet æquali portione diuidendas: ſolutis pretijs famulorum & reparatione nauium de communi. Et ſi alteri Parti ille collector pecuniarum non placuerit: anno elapſo tam Capitaneus ſiue ad ea deputatus, quàm commendator conuenientes vt ſuprà, alium eligant quotiens fuerit opportunum. ¶ Seruitia verò per famulos nauigij prædicti, quæ Szárvverk appellantur fieri cõſueta partibus prædictis, ſimiliter alternatis ſeptimanis & paribus vicibus impendantur: & tunc Pars quælibet in ſua ſeptimana ipſis prouideat de expenſis: modo & forma ſicut hactenus eſt eis prouiſum. ¶ Item ſi aliqui de Terris Regni noſtri, Ducatus Magni, & Ducatuum prædictorum, ſubditis Ordinis iniuriam intulerit, & ſuper eo Capitaneus vel alius Officialis noſter requiſitus iuſtitiam non fecerit: extunc pro negligentia huiuſmodi ab Officio eſt deponendus: niſi de innocentia ſua iuramẽto proprio & corporali ſe purgauerit. ¶ Similiter ex alia parte, ſi Commen-

Telnea antiqua ſaua permaneant.

De collectore exuitraq; parte eligendo annuatim vicibus alternatis.

De ſolutione famulorum & nauium reparatione communi pecunia.

De ſeruitijs alternatim impẽdendis, et expenſis prouidẽdis.

Capitaneus ſu per iuſtitia exequenda negligens Officio priuandus aliâs iuramento purgãdus.

Commen-

dator vel

dator vel Officialis Ordinis prænominati, in reddenda iustitia in præmissis negligens fuerit, pari modo destituatur: Et nihilominus successor iustitiam teneatur facere expeditam requirenti. ¶ * Si verò is qui pro iustitia ratione dilecti, vel aliàs requirit, simplex fuerit Terrigena, & iustitiam facere recusaret aut negligeret: extunc damna iustitiam requirenti, per Capitaneum seu Commendatorem de bonis Terrigenæ prædicti cõpensentur & soluantur: nisi simili se purgauerit iuramento. ¶ a Item si per aliquem subditum, indigenam vel aduenam alicuius nostrum, casu & euentu Inscriptioni seu pacti huiusmodi perpetuæ fuerit in aliquo derogatum & contrauentum, (vt pote rapinæ, spolia, incendia, vastationes, prædæ, vel homicidia, aut aliqua maleficiorum genera, in dominijs & Terris nostris alterutris patrata fuerint & commissa) propterea pax prædicta cassari, irritari non debebit: sed in suo robore, & firmitate permanebit. Nec propter hoc Pars cuius subditus maleficium huiusmodi commiserit, censebitur fore deierans seu periurans. ¶ Prædicti autem delinquentes & malefactores, pro ipsorum excessibus, per Capitaneos seu Officiales vtriusq; nostrum, Iudicialiter puniantur: & ad satisfactionem plenam & debitam arcebuntur & compellentur. ¶ Item vt Capitanei, Palatini, Commendatores, Officiales seu Iudices Partis vtriusq;, ad administrationem iustitiæ fortiùs inducantur: & ne aliqua grauis displicentia inter nos, Regem, Ducem Magnum, & Duces prædictos ex vna, Magistrum, Ordinem & Terras subiectas sibi prænominatis, & subditos eorundem parte ex altera, in posterum valeant exoriri singulis annis, Nos, Rex præfatus duos ex commendatoribus viros boni testimonij & conscientiæ infesto Pentecostes, & similiter Magister & Ordo duos Palatinos, aut alios paris conditionis, in præfato festo, de Terris nostris prædictis eligant: & sibi quãtò citiùs poterint huiusmodi electiones personarum scriptis insinuent. ¶ Qui in festo Sancti Michaëlis conuenientes, vno anno in Nieszovva, alio in Thorun, & tactis sacrosanctis Euangelijs, fauore, timore, & odio exclusis, de iustitia facienda punient Iudices, ac Officiales in administratione iustitiæ remissos & negligentes: & Iura municipalia loci delicti Partibus læsis facient. Nihilominus iustitiam congruentem, vel partes secundum æquitatem, & bonam iustitiam component: & omnia faciant, quæ pro conseruatione huiusmodi iuratæ pacis perpetuæ viderint expedire. ¶ Pari modo inter Samogitiam & Prussiam vno anno in Velun, & alio in Regnyth: Inter Litwaniam & Liuoniã vno anno in Huspole, & alio in Dymborg aliâs in Nowina: Inter nouã Marchiam & Maiorẽ Poloniam, vno annno in Syrakovvo aliâs Czyrk, alio in Dreszno: Inter Terram Dobrineñ. & Prussiam, vno anno in Rypin, & alio in Brodnicá: Inter Terras Mazouiæ Ducis Wladislai & Prussiam, vno anno in Dzoł-

Commendator negligens, ab officio depenitur, substituetur iustitiã facturus.

** Requisitus de iustitia ad damni solutionem compellendus.*

a Propter excessum vnius pax perpetua non est infringenda.

Delinquens, per Capitan. ad satisfaciendum compellendus.

Duo Commendatores & duo Palatini eligendi p Iudicibus & Officijs remissis puniendi.

Vno anno in Thorun, alio in Niesznia conuenturi.

dovv, & alio in Mlavva: Inter Wyſznám & Pruſsiam, vno anno in Wyſzná, & alio Ianusburg: Inter Terras Ducis Bolkonis & Pruſsiam, vno anno in Cyechanovv, & alio in Nidborg, per omnia volumus & decernimus obſeruari. Inter Ducatum Stolpeñ. & Pruſsiam, vno anno in Stolp. & alio anno in Rythaw. Inter nouã Marchiam & Terrã Stolpeñ. vno anno in Recz, & alio in Sáthyn: niſi Partes de alijs locis fuerint concordes.

De limitibus, de quiennio in quiennium innouandis.

¶ Item ne circa limites diſplicentiæ ſeu controuerſiæ ſuſcitari valeãt: Volumus limites de quiennio in quiennium vbi opus fuerit innouare.

De libero tranſitu mercatorũ per Terras & flumina.

¶ Item liber ſit tranſitus & via omnibus Mercatoribus ac Incolis Terrarum, & dominorũ Ordinis cum ſuis mercantijs, frumentis cùiuſcunq; grani, & rebus quibuſcunq; & cuiuſcunque conditionis, vel maneriei exiſtant: ſine impedimento vel angaria, per Terras & maria, aquas & flumina, quocunq; aſcendendo, in & ad Regnum Poloniæ, Terras Litvvaniæ, Samogitarum, Mazouiæ, & Ruſsiæ: & deſcendendo per ipſum Regnũ, atq; Terras prędictas, ac per ipſa flumina ſeu aquas vſq; ad maria: & trans mare in nauibus paruis ſiue magnis, vacuis ſiue oneratis in perpetuum, quomodocunq; & quotienſcunq; voluerint, abſque aliquo arreſto vel impedimento cuiuſcunque: & ſpecialiter oppidanorum in Thorun. Quas quidem merces, frumenta & res, vt præſcriptũ eſt, ſi præfati Mercatores ſeu Incolæ Ordinis ducentes, vendere aut ſtare in aliquo locorũ ſeu Ciuitatum ad portum, ſiue rippam prædictam aquarũ, ſiue maris ſituatorum, ſeu ſituatarum voluerint, eſt & debet eſſe in ipſorũ arbitrio & voluntate. Si verò vendere noluerint, poſſunt abſq; omni impedimento ire ſeu aſcendere vel deſcendere quò eis placuerit, cum rebus prædictis, vt ſuperiùs eſt expreſſum, Theloneis et antiquis depoſitis prout ſupra ſaluis.

De damnis & iniurijs hinc inde ſopiendis & extinguendis.

¶ Item omnia damna, iniuriæ, diſplicentiæ, impenſæ, et expenſæ Prælatorum eorumque Eccleſiis, et Capitulis, ac Abbatibus, Prioribus, Conuentibus, Monaſterijs, perſonis Eccleſiaſticis, Secularibus, & alijs quibuſcunq; per nos, ſubditos, coadiutores, & adhærentes noſtros, in Terris Pruſsię & extra, illata quomodolibet & facta, in omnibus guerris præteritis & è contra per ſæpe dictum Magiſtrum & Ordinem, ac exercitus ipſorum Prælatis in Dominijs Regni noſtri conſtitutis, ſint ſopita, auctoritate prędentium penitus & extincta: ita quòd prætextu eorundem per Prælatos ipſos, aut eorum aliquem ſuis aut Eccleſiarum, Capitulorum, Conuentuum, ſiue Monaſteriorum ſuorum nominibus, Magiſtro & Ordini prædicto, vel alijs ſupradictis, quæſtio, cauſa, actio, vel impetitio de Iure vel de facto, nullo vnquam tempore moueatur.

De ſoluendis nouẽ millibus & quingentis florenis p Magiſtrum.

¶ Item Magiſter & Ordo prædicti, tenebũtur nobis ratione concordiæ præſentis, dare & ſoluere nouem Millia florenorum cum quingentis Vngaricalibus iuſti & boni ponderis, aut eorum valorem in moneta Pruthenicali bona, noua: medietatem in Dominica Lætæ;

nica Lętare, & aliam medietatem in festo sancti Martini Episcopi in Thorun̄: proximè affuturis, pro rata cuiuslibet solutionis Literas, quittantias tenebuntur assignare. ¶ Item circa Iudices, Iudicia, mercantias, emendas vel vendendas, & circa victualia comparanda, & thelonea antiqua soluenda, rationabilis consuetudo, tempore bonæ memoriæ Witowdi Magni Ducis Litvvaniæ tenta, in Litwania, Samogitia, & Russia inconcussè seruetur: & quantū fieri poterit, iuxta ritum Catholicorum in melius reformetur. ¶ Item ne circa hanc concordiam perpetuam aliquid in posterum relinquatur: quod possit mentes & subditos partium prædictarū tam Spirituales quàm Seculares, ad lites & odia quæcunque prouocare in futurum: causam Ecclesiæ Wladislauiensis, & ipsius Episcopi, super demollitione domus Episcopalis ante oppidum Gdansk, in præteritis guerris per oppidanos Gedanen̄. attemptata, quæ in Curia Romana, & Constantien̄. ac Basilien̄. Concilijs, per annos plurimos pendebat indecisa, duximus de consensu partium, & venerabilis Capituli Wladislauien̄. per medium concordiæ sopiendam. Ita videlicet, quòd Magister & Ordo, pro oppidanis Gedanensibus, Reuerendiss. in Christo patri Domino Wladislao moderno Ecclesiæ Wladislauiensis Episcopo, mille ducentos florenos Vngaricales boni & iusti ponderis, pro media parte huiusmodi summæ in festo Carnispriuij, & vno stamine Brusien̄. boni operis in oppido Thorun, & pro alia media, in festo sancti Michaëlis ibidem proximè affuturo, ratione demollitionis domus prædictæ soluent, & expedient cum effectu: & absque excusatione aliquali. Dominus verò Episcopus prædictus & Capitulum eius, eosdem oppidanos Gedanen̄. & Ordinem, ab impetitione sua debet dimittere absolutos, & causam huiusmodi extinguere: nunquam ipsis de cætero per se & successores suos intentandum. Quā ordinationem præfati Dominus Episcopus & oppidani publicè & solenniter emologarunt. Solutione facta Dominus Episcopus præfatus cum Capitulo suo, super qualibet solutione quitabit sufficientibus Literis Magistrum, Ordinem, & oppidanos ante dictos. ¶ Item Magister generalis & Ordo, omnem exactam & extremam diligētiam faciet: quòd Magister Almaniæ infra vnum annum maius suum Sigillum huic concordiæ perpetuæ appendet. quod si facere nollet, sed cum aliquo Domino Spirituali vel Temporali ratione bonorū ab eodem Domino obtentorum, Regi, Regno Poloniæ, & Ducatibus præmissis, ac eorū subditis bella moueret: extunc Magister generalis, & Magister seu Præceptor Liuonię, & fratres Ordinis per Prussiam & Liuoniā, absq; dolo & fraude sub fide & honore prestiti iuramenti, eidē Magistro Almanię, necnon illis dominis sub quibus consistunt, ac alijs quibuscunq; hominibus per se vel aliās, publicè vel occultè, directè vel indirectè, cum gentibus armorum pecunijs,

De consuetudine veteri per omnia obseruanda.

De sopienda controuersia super demolitione domus Episcopalis ante Gdansk.

De Sigillo maioris Magistri Almaniæ appensione pro concordiæ firmanda.

De non ferendis suppetijs Magistrum & Ordinem: aliàs subditos à Iuramentis prælatis absolutum tur.

armis, aut alijs auxilijs quibuſcunq;, conſilio vel fauore, non debent neq; poſſunt ſubuenire aliquo excogitato ingenio vel colore. quòd ſi contrariũ fecerint, & id legitimis documentis probatum fuerit: quòd tunc ſubditi eorum ab omnibus omagijs, iuramentis, & ſubiectionibus liberi & ſoluti eſſe debent in hoc caſu, donec ad obſeruationem pacis perpetuæ reuertentur. ¶ Item nos Wladiſlaus Rex prædictus, Oppidum Arnſzvvald aliâs Choſſczno, quòd exercitus patris noſtri, bonæ memoriæ Domini Wladiſlai acquiſiuit, & cuius poſſeſsionem huc vſque habuimus pacificam, Magiſtro & Ordini infra hinc & dominicam Lætare proximè venturam, cum curijs, Villis, & alijs omnibus cohęrentijs ad prædictum Oppidum ſpectantibus reſtituere tenebimur & debemus. Nobiles inſuper de Nouauedel & Felkemburg, cum Oppidis, Caſtris, & omnibus bonis ſuis in noua Marchia conſiſtentibus, qui patri noſtro prædicto fidelitatem & omagium, exercitu noſtro in noua Marchia exiſtente, præſtiterant: ad Magiſtrum & Ordinem, abſoluti primò à noſtris omagijs & Iuramentis, ratione bonorum prædictorum duntaxat nobis factis, infra hinc & prædictum terminum dominicæ Lętare reuertantur. Qualitercunq; autem ipſi Nobiles & Oppidum Arnſzvvadl ad poſſeſsionem Magiſtri & Ordinis acceſſerit: ſiue de manibus noſtris aut noſtrorum, ſiue etiam alijs modis quibuſcunq;: quòd per hoc huic articulo ſatisfacere cenſeamur. prouiſo tamen, quòd Magiſter & Ordo eoſdem fauorabiliter & benignè recipiãt, & de vita ac bonis aſſecurent: quemadmodum de huiuſmodi aſſecuratione per Magiſtrum & Ordinem in feſto Purificationis Mariæ proximo debet eiſdem prouideri, & in Caſtro *Rácząß* huiuſmodi Litera aſſecurationis præſentari. ¶ Item Caſtrum Nieſzovva, cum diſtrictu & mediętate nauigij, vt ſuperiùs eſt expreſſum, Magiſter & Ordo infra hinc & dominicam Lętare proximam, ad manus Reuerendiſs. in Chriſto patris domini Wladiſlai Epiſcopi Wladiſlauieñ nomine noſtro debent tradere, reſtituere, & aſsignare cum effectu. ¶ Item vt hæc concordia cum tanta maturitate concepta, abundantiori cautela valeat ab vtraq; Parte fortiùs & attentiùs cuſtodiri: Promittimus bona fide, attentè, & fideliter in verbo noſtro Regio, abſq; dolo & fraude, corporali præſtito iuramento, huiuſmodi concordiam in omnibus ſuis articulis, atq; punctis obſeruare.

De Oppidi Arnſzvvald Magiſtro reſtituendo.

De Caſtri Nieſzovva cũ Diſtrictu reſtituendo.

¶ Et vt propenſiori vigilantia ipſius capitula attendãtur, Decernimus formam Iuramenti ſub verbis & tenore infraſcriptis. ¶ Ego N. Iuro, quòd hanc concordiam obſeruabo: nec contraueniam ei facto, auxilio, conſilio, vel fauore: ſic me Deus adiuuet, & hęc ſancta Chriſti Crux. Et quòd omnes Reges ſucceſſores noſtri & hæredes, infra annum Coronationis ſuæ, ſeu ſuſcepti regiminis: ſimiliter Dux Magnus Litvvanię modernus, ad requiſitionem alterius Partis per Nuncios ſpeciale mandatum habentes,

Forma Iuramenti ſup concordia facta præſtandi.

habentes, huiuſmodi pacem perpetuam Iuramentis firmare & ſtabilire teneantur. Quodq; de decennio in decennium, per Prælatos, Duces, Palatinos, Commendatores, Terrigenas atq; Ciues, tam noſtrarum quam Ordinis Partium, & priùs non iuratos, debet nouis Iuramentis ſolidari.

De Literis p Nobiles & Ciues hinc inde dandis.

¶ Item vt Pars contra Partem metu animaduerſionis præſentis ad bella & prælia non conſurgat: Statuimus decernentes: Quòd noſtri Prælati, Milites, Ciues, & tota communitas, debeant & teneantur Terrarum Magiſtri & Ordinis Prælatis, Nobilibus, Militibus, Ciuibus, & toti communitati dare certas noſtras Literas, & pares ſiue reuerſales ab ipſis ſub eadem forma recipere: quas tam nos quàm præfatus Magiſter & Ordo vtriuſq; ſubditis noſtris, dare promittimus & debemus.

Forma Literarum reuerſalium hinc inde dandarum.

¶ Ipſiq; ſubditi noſtri, ſubditos Magiſtri & Ordinis, & è conuerſo ſubditi Ordinis, ſubditis Regni noſtri dare & præſentare tenebuntur in Dominica Lætare proximè ventura, ſub his vel ſimilibus verbis. Quòd ſi nos vel ſucceſſores noſtri, ſtante huiuſmodi pace perpetua, Magiſtro & Terris Ordinis, vellemus aut conaremur huiuſmodi guerras, aut bella mouere: non debent nobis ſubditi noſtri conſentire: nec in hoc obedire aut parere: quinimo erunt ab omnibus noſtris omagijs, Iuramentis, & ſubiectionibus liberi & ſoluti: donec in hoc caſu Nos & ſucceſſores noſtri, ad obſeruantiam pacis perpetuæ reuertemur.

Omnes violationes Treugarum &c. inter Partes priùs factæ, caſſantur.

¶ Item omnes violationes Treugarũ ac pacis, fœderum, ſtipulationum, contractuum, ſi quæ inter partes prędictas in guerris præterritis accidiſſent, vigore præſentis concordiæ, annullamus, & caſſamus. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum, quo ad præſens vtimur cum infraſcriptorum Illuſtrium ac prędclarorum dominorũ, fratrum noſtrorum chariſsimorum, Ducum, Baronumq;, Militum, Procerum, & Ciuitatum Sigillis præſentibus ſunt appenſa. videlicet Sigiſmundi Magni Ducis Litvvaniæ prædicti, Semouiti, Kazimiri, Wladiſlai, Boleſlai, Mazouiæ, Boguſlai, Stolpeñ. Michaëlis præfati domini Sigiſmũdi Magni Ducis Litvvaniæ nati, Ducum: Necnon Reuerendiſsimorum ac Reuerendorum in Chriſto patrum dominorum, Alberti ſanctæ Gneſnenſis Eccleſię Primatis, & Ioannis Leopolieñ. Archiepiſcoporum: Sbignei Cracouienſis, Staniſlai Poſnanienſis, Wladiſlai Wladiſlauienſis, Staniſlai Plocenſis, Matthię Vilnenſis, Ioannis Chelmenſis, Pauli Kamenecenſis, & Andreæ Wladzimir. Epiſcoporum: Andreę Wládzimirovvic, Chebdogłovvic, Iorgij Siemionovvic Ruſsiæ Ducum: & Magnificorum Nicolai de Michálovv Cracouienſi, Caſtellani, Sandivvogij de Oſtrorog Poſnanienſi, Petri de Piezkovvaskáłá Cracouieſi, Ioannis de Czyzow Sandomirienſi, Martini de Kálmoua Siradienſi, Ioannis de Lichin Breſtenſi, Iarandi de Brudzevvo Iunivvladiſlauienſi, Oſtyk Caſtellani Wilnenſi, Dolgerth Wilnenſi, Luluſch Trocenſi, Ioannis Mánzyk de Dabro-

vva Leopolienſi, Petri Odrovvaz Podoliæ, Staniſlai Grod de Srzeńsko Płocenſi, Ioannis Głowacz de Lauzenice Czyrnenſi, Pauli de Radzimow Bełzenſi, Palatinorum: Martini de Słamko Pośnanienſi, Dobeſlai de Syenno Sandomirienſi, Petri de Zerniki Caliſsenſi, Laurentij Zareba Siradienſi, Petri de Bnino Gneſnenſi, Alberti Malski Lancicienſi, Floriani de Korytnicá Viſſlicienſi, Domárath de Kobelány Lublinenſi, Nicolai de Worzunowo Brzeſtenſi, Chriſtini de Koziegłowy Sandecenſi, Ioannis Táneczyn Woynicenſi, Przedborij de Koniecpole Roſpierienſi, Nicolai de Wirzbicko Dobrinenſi, Ioannis de Babice Radomienſi, Barthoſſij de Goſtyn Nakleń. Martini de Vyrzyská Iuniwladiſlauienſi, Clementis de Sthrzelce Biecenſi, Vincentij de Szamotuły Miedzyrzecenſi, Dobrogoſtij de Kolno Cameneń. Przedpełkonis de Kopydłowo Landenſi, Dzik Przybiſlai Zarnouienſi, Varſy de Oſtrow Zauichoſtenſi, Pauli de Biskupice Małogoſtenſi, Alberti de Pakoſzcz Srzemenſi, Mathię Brzezinenſi, Ioannis de Kálinowa Sandecenſi, Petri de Chełmpo Lanecenſi, Nicolai de Lubſtow Kruſzuicienſi, Staniſlai de Skárſzewo Biechouienſi, Iacobi Przekorá Czechouienſi, Przybyſlai Koualenſi, Nicolai Kiełbáſá Bydgoſtienſi, Iákuſij de Strzygi Ripinenſi, Paskonis de Gosławice Konarienſi, Ioanis de Włonowo Rogoznenſi, Hrickonis Kyerdeiowic Leopolienſi, Nicolai de Wiſnice Præmiſlienſi, Petri de Smolice Sanocenſi, Michaëlis de Buczacz Halicienſi, Ioannis de Oleſznicá Marſſalci: Andreæ de Lubino Theſaurarij Regni Poloniæ. Andreę de Czechowice Płocenſi, Vigandi de Oskolongá Cyrnenſi, Dobrogoſtij de Nowydwor Warſſouienſi, Pauli de Leſno Sochaczouienſi, Adæ de Rythło Goſtinenſi, Markuſij de Popyen Rauenſi, Nicolai Małdrzyk de Stárogrod Bełzenſi, Caſtellanorum: Petri de Pieſzkowaskáłá Cracouienſi, Petri Kordybog Poſnanienſi, Andreæ de Zelechow Sandomirienſi, Dobrogoſtij de Számotuły Caliſsienſi, Clementis Szeligá de Ianowice Siradienſi, Staniſlai Bielawski Lancicienſi, Andreæ Dunin Breſtenſi, Staniſlai Iuniwladiſlauienſi, Volckonis Rokátowicz Leopolienſi, Sandkonis de Sennow Præmiſlienſi, Czuryłonis de Stoiańce Halicienſi, Ianuſsj Kerkeiowi c Kamenecenſi, Nicolai Grzymalca Sanocenſi, Staniſlai Kanymir Chełmenſi, Petri de Kámpá Płocenſi, Andreæ de Rádzieiowice Sochaczowienſi, Nicolai de Brzozow Goſtinenſi, Ioannis Tabaſz de Załuski Rauenſi, Succameramariorum: Marciſsij de Wrocimowice Cracouienſi, Teodorici de Modzichod Poſnanienſi, Staniſlai Słanka de Lapſowo Sandomirienſi, Nicolai de Pleſzewo Caliſsienſi, Zegothæ de Monkowo Siradienſi, Petri de Oporowo Lancicienſi, Vaſzkonis de Słuzewo Breſtenſi, Nicolai de Koſcielec Iuniwladiſlauienſi, Derſlai de Wyſokie Lublinenſi, Georgij de Láſſodki Dobrinenſi, Ioannis de Winnicá Leopolienſi, Iacobi de Zakowice

Halicien

Halicienſi, Andreæ Wyzgá Płocenſi, Ioannis de Reglewice Czyrnenſi, Ioannis Rogalá de Wangrzynowo Viſſegrodenſi, Derſlai de Podoſye Zakrocineñ, Vexilliferorum: Pauli de Bogumiłowice Cracouienſi, Abrahę de Zbanſzyn Poſnanienſi, Ioannis de Sprowa Sandomirienſi, Troiani de Lekná Caliſsienſi, Petri de Widawa Siradienſi, Adæ de Thur Lancicienſi, Andreæ de Ludbrancz Breſtenſi, Mathiæ Figà de Oleſznicá Iuniwladiſlauieñ. Alexij de Płonniki Dobrinenſi, Ioannis Kielczowic Lublinenſi, Staniſlai de Dawidowo Leopolienſi, Petri de Grochowiec Præmiſlienſi, Ioannis Kolà Halicienſi, Staniſlai de Strzegowo Płocenſi, Alberti de Chebdzino Czyrnenſi, Zylani de Winnicá Wiſſogrodenſi, Zemak de Smogorzewo Ciechonouienſi, Saſſyni de Szczawino Goſtinenſi, Iacobi de Głowno Rauenſi, Saſſyni de Wirzyská Bełzenſi, Iudicum: Ioannis Farurey Cracouienſi, Bieniakonis de Bandlewo Poſnanienſi, Ioannis Powale Sandomirienſi, Sigiſmundi de Małgonino Caliſsienſi, Stephani de Oporow Lancicienſi, Criſtini de Koſzcoł Brzeſtenſi, Ioannis Boybuski Iuniwladiſlauieñ. Demetrij de Chodorow Leopolieñ, Mſzykrowski Præmiſlieſi, Dapiferorum: Ianuſsij de Kobelani Cracouienſi, Samborij de Małochowo Poſnanienſi, Petri de Krzyzánowice Sandomirieñ. Thomkonis de Mirzá Siradieñ. Woieński Brzeſteñ. Káczkowski Iuniwladiſlauieñ, Nicolai de Felſten Leopolienſi, Venatorum: Iacobi Klicze Pincernę Siradieñ. Skora Poſnanieñ, Bogoſsij de Kruſzow Caliſsieñ, Andræ de Brzezie Breſtenſi, Ioannis de Zimnawodá Leopolienſi, Subiudicum: Nicolai de Brzeſſe Cracouienſi, Raphaelis de Gołuthowo Poſnanienſi, Iacobi de Báranow Sandomirienſi, Staniſlai de Oſtrorog Caliſsienſi, Nicolai Koluczski Iuniwladiſlauieñ, Clementis de Bánczyce Lancicienſi, Nicolai de Szarlei Breſtēſi, Subdapiferorum: Iacobi Lublinenſi, Kielcz Siradiēſi, Ioannis de Láſſodki Dobrinēſi, Iacobi de Malyce Leopolien. Tribunorum: Staniſlai Ligánzyc, Spzytkonis de Melſztyn, Petri de Kurow, Nicolai de Krolikowo, Przedpełcy Moſſczyc de Kozmin, Milai de Miłosław, Ianuſsij de Tuliſzkowo, Nicolai da Grándi, Petri de Zawady, Mſzczuy de Barczew, Iakuſsij de Vroniáwy, Ioannis de Zychlino, Nicolai de Sleſzyno, Vincentij de Pniewá, Tomkonis de Sobothá, Thłuk de Strijkow, Raphaelis de Tarnow, Ioannis de Pilcá, Skarpkonis de Gorà, Nicolai de Michow Nobilium & Procerū Cracouieñ. Poſnanieñ. Caliſsieñ. Leopolieñ. Płoceñ. Varſſouieñ. Stolpeñ. & Stargardeñ. Ciuitatum. Poſtquàm autem Deo fauente annos diſcretionis attigerimus, Promittimus & ſpondemus Iuramentum præſtare & appendere ſeu appendi facere præſentibus: Sigillum noſtræ Maieſtatis. Actum in Brzeſcie, Wladiſlauienſis diœceſis, Sabbato in Vigilia Circumciſionis Domini. Anno eiuſdem 1436. Datum per manus Magnifici & Venerabilis Ioannis de Koniecpole

niecpole Cancellarij, & Vincentij Roth Custodis Gnesnensis, Cantoris Cracouien, Regni Poloniæ Vicecancellarij, syncerè nobis dilectorum.

Magister Prußiæ promittit pacem seruare, cum Regno Poloniæ perpetuam.

NOs frater Paulus de Kuszdorff Ordinis Beatæ Mariæ domus Theutonicorum Ierosolymitan. Magister generalis. Significamus tenore præsentium quibus expedit vniuersis: Quia nunquam nos, nec successores nostri Serenissimo Principi & Domino domino Wladislao Regi, aut Regno suo Poloniæ guerras mouebimus, aut bella: sed pacem perpetuam & concordiam inter prædictum Dominum Regem, Regnum, & adhærentes suos ab vna: Nos, Ordinem & adhærentes nostros ab altera partibus, de anno domini 1436. in vigilia Circumcisionis Domini in Ciuitate Brzysk conceptam & firmatam, custodiemus & seruabimus inconcusse, in omnibus suis articulis atq; punctis. Promittentes: quòd si Nos vel successores nostri, stante huiusmodi pace perpetua, supra dicto Domino Regi, aut Regno Poloniæ vellemus aut conaremur huiusmodi guerras, aut bella mouere, non debent nobis subditi nostri consentire, nec in hoc obedire aut parere: quinimo erunt ab omnibus nostris omagijs, iuramentis, & subiectionibus liberi & soluti: donec in hoc casu nos & successores nostri, ad obseruationem pacis perpetuæ reuertemur: quos in huiusmodi casu absoluimus ab omnibus omagijs, promissionibus, & iuramentis nobis factis, vt præfertur ipso facto per præsentes. In cuius rei testimonium & fidem firmiorem, Sigilli nostri appensione præsentes fecimus communiri. Datum in Castro nostro Marienburg ipsa die dominica Lætare. Anno domini 1436.

Erunt liberi subditi Ordinis ab omnibus omagijs, Iuramẽtis, et subiectionibus, si Magister pacem perpetuam non seruauerit.

QVERCVS.

De Quercu excisa, aut lignis communibus.

Kazim. Maz. Vislic. Fol. 26.

VIdam de ipsorum audacia multum prẽsumentes, intrantes Syluam vel Gaium alicuius, præter domini voluntatem, quercus & ligna excidunt meliora, nullam pœnam ex hoc sequi prætendentes: ideo Statuimus: Vt si quis inciderit quercum, in bonis alterius, domino inuito, ad axem valentem, vel de minoribus quercubus, vel alijs lignis currum impleuerit: pœnam quæ dicitur *Piątnaćiesta*, illi soluat: in cuius dominio sunt incisa. Statuimus etiã: quòd pro qualibet arbore fructifera, seu pomifera excisa, duodecim Grossi duntaxat passo damnum, cum pœna *Piątnaćiesta*, exoluantur.

Ne in ali-

Ne in alicuius Syluis, ligna quis secet, præsertim quercus.

STatuimus etiam: Quòd quicunq; habens limites cum aliquo, vel terminos transgrediendo, ligna vel vtensibilia, in alicuius Sylua vel Gaio inciderit: is cuius sylua fuerit, incidentem priùs in securi, secundò in pallio vel tunica, tertiò in bobus vel equis, seu in vno equo, impignerare poterit: sine pœna. sed si impignerauerit in duobus bobus vel equis: vnum pro se obtinebit: & alium bouem, vel equum, super fideiussoriam Cautionem dimittat: & signum in arbore, vbi impignorauit, facere & incidere teneatur. Si verò quis in Gaio alterius, furtiuè vnam vel duas quercus inciderit: pro qualibet quercu, sex Scotos: si verò tres inciderit: tres Fertones illi, in cuius Gaio hoc fecit, cum tribus Marcis pro pœna,& Iudicio alias tres Marcas, soluere teneatur. Et si tantùm propagines, vel plantas minutas exciderit: quatuor Scotos ipsum incidentem soluere oportebit. Et idem volumus esse tenendum, de quercubus syluarum: seu in syluis aquaticis, circa quaslibet aquas. De quercubus verò Mericarum, vulgariter *Dąmbrowá*, duos Scotos quilibet ipsam incidens persoluat. Si autem propagines, aut ramos inciderit: solummodo pignora ab eo recipiantur. Si quis autem arborem cum apibus succiderit: passo damnum Marcam, & Iudicio alteram: Qui verò sine apibus, tamen ad apes aptatam arborem succiderit: passo damnum Marcam mediam, & Iudicio pariter mediam, conuictus exoluat. *Kazim. Mar. Visiat. Fol. 34.*

QVERELARVM TERMINI.

Capitaneus pro expulsione è dotalitio, & pro recenti crimine, tantummodo per modum querelæ iudicet: & quòd tempus recentis criminis annus sit, & sex dierum hebdomadæ.

QVerebantur subditi nostri Maioris Poloniæ, præsertim de Capitaneatu Posnanienssi, Citationibus Capitanei se vehementer grauari: quamobrem Decernimus: Quòd Capitaneus citare non debet ad querelam: nisi pro expulsione dominæ dotalitialis, & pro recenti crimine. Tempus autem recentis criminis sit annus, & sex hebdomadæ. *Alexã. in Radom 1505. Fol. 116.*

De eisdem literis, per Capitaneos, in tribus casibus ad Querelam dandis.

PRimò, cum aliquis dominam, dotem habentem, repellit ex reformatione: Secundò, cùm frater fratri diuisionem consentire non vult: Tertiò, cùm aliquis aliquem expellit, ex pacifica tenuta. *Consuet. terræ Crac. Fol. 121.*

Sed de dominabus dotalitionatis, et de alijs personis ex possessione bonorum pacifica violenter expulsis, hæc Lex intelligi debet.

Sigism. Craco. 1507. Fol. 2. PRæterea Statutum, de Citationibus Capitaneorum ad Querelam, volumus intelligi, de dominabus dotalitionatis: vt pro ipsarum, & aliarum personarum, de pacificis possessionibus expulsione violenta, liceat Capitaneo Citationem dare. Reliquum eiusdem Capituli approbamus.

Termini ad Querelam Castrensem non transponantur: Sed in duabus septimanis iudicentur.

Sigism. 1519. Fol. 22. TErmini ad Querelam, vigore Mandati facti, non transponantur simul cum alijs Terminis: sed semper in duabus septimanis iudicentur: & non habeant Dilationes, nisi vnam: hoc est, nisi in secundo Termino, tãquam peremptorio, iudicari possunt. Hæc tamen Constitutio moderabitur, & concordabitur, per Commissarios supradictos, in omnibus terris deinceps obseruanda.

¶ Termini Querelarum non transponãtur. Vide in Tit. TERMINI.

¶ Formam Citationis ad Querelã: Vid in Tit. CITATIO. Fol. 70.

RAPTOR VIRGINVM VEL VIDVARVM.

Raptor sit infamis, rapta verò si consentiat dotem perdat.

Ioann. Albert. Fol. Cvij. Tem de raptoribus virginum & fœminarũ, ita volumus esse obseruandum: Vt talis raptor virginis, si Iure conuictus fuerit, secundum antiquiora Statuta, honore: & fœmina rapi se consentiens, bonis omnibus hæreditarijs, & quibuscunq; alijs ipsam concernentibus rebus, Dotéque perpetua, priuentur perpetuis temporibus.

Eadem Lex interpretatur.

Sigism. Craco. 1532. A4. AD submouendam dubitationem, quæ circa Statutum, De raptu virginum & fœminarum conditum, oriri sæpè solet, Visum est nobis & Senatui nostro, per præsens Decretum illius intelligentiam ita declarare: Vt cùm raptor virginis, aut mulieris, viduæ, seu coniugatæ, ad præsentiam nostram, pro raptu commisso citatus fuerit: tum demum, secundum antiquiora Statuta, Iure esse conuictus in priuatione honoris intelligatur: cùm virgo, aut mulier, vidua, seu coniugata, in præsentia nostra constituta, confessa sibi fuerit per raptorem citatum vim fuisse illatam: & se contra eius voluntatem, & consensum, per illum esse raptam. Per hanc enim

raptæ

raptæ virginis, vel mulieris, viduæ, ſeu coniugatæ, confeſsionem: raptor Citatus, ad extendendam contra ſe pœnam priuationis honoris, cenſeatur eſſe ſufficienter Iure conuictus. Alioquin, rapta virgine vel muliere, vidua ſeu coniugata, per expreſſum in præſentia noſtra confitente & affirmante, ſe non per vim citati eſſe raptam: ſed voluntate, & conſenſu ſuo proprio, vndecunque abductam: Citatus de raptu, à pœna Statuti honoris priuationis, liber eſſe cenſeatur. Virgo verò ſeu mulier, vidua aut coniugata, (ad quarum omnium perſonas, & nomina, legem hanc diu Statutam & obſeruatam, pertinere & extendi volumus, ac declaramus) poſt factam huiuſmodi voluntatis & conſenſus ſui cofeſsionem, bonis omnibus hæreditarijs, & quibuſuis alijs eam concernẽtibus bonis & rebus, doteque ſibi debita, perpetuis temporibus priuabuntur.

RECOGNITIO.

Iudices, quid in recognoſcente videre debeant.

NOtandum, quòd Iudicio præſidentes debent diligenter intendere, & conſiderare perſonam, recognoſcentem aliquam Inſcriptionem: ſi videlicet habeat debitam ætatem, aut diſcretionem bonam. quòd ſi aliter: non ſuſcipiatur Inſcriptio. Etiam debent conſiderare, ſi eſt ſanus corpore: tunc poteſt ſcribi, Sanus mente & corpore. ſed ſi æger corpore exiſtat, compos tamen rationis: prout eſt in reſcribatur. ita videlicet, æger & languens corpore: tamen ſanus mente, & compos rationis. *Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 44.*

¶ Tantùm Rex mittet ad ægrotos. Vide in Tit. AEGER. Fol. 14.

REFERENDARII.

Referendarij Iudicijs ſe non immiſceant: ſed tantùm circa Regem cauſas audiant.

REferendarij noſtri querelis tantummodo, & non Iudicijs, ſecundum Statuta Regni, intendere debebunt: neque ſe deinceps Iudicijs Secularibus immiſcere poterint. præterquam in præſentia noſtra: quando ipſi cauſis cognoſcẽdis interfuerimus perſonaliter. Nobiſcum enim aſsidere, & conſilia dare poterint. quos etiam, iuxta Statutorum tenorem, ſemper ſumus deſignaturi, vacatione occurente. Iudices autẽ & Subiudices terrarum, cauſas audient: & iudicabunt, in Curia noſtra, iuxta Satutum Kazimiri Regis. *Sigiſm Petric. 1518. Ff 1.*

In curia Regia, duo ſint Iuriſperiti: alter Spiritualis, alter Secularis: qui querelas, ac preces ſupplicum audiant, Officialibuſque Cancellariæ referant.

Sigism. Craco. 1507. Fol. 5.

PRO clariori administratione Iustitiæ, & expeditione querentium, Statuimus: Quòd duo sint Iurisperiti, vnus Spiritualis, alter Secularis, secuturi semper Curiam nostram, per Nos eligendi. Qui iurati audiant querentes: referantq; fideliter Officialibus Cancellarię Regni nostri: qui deinde, de nostro & successorum nostrorum Mandato, expeditionem facient: secundum quod Ius & Iustitia suadebit, ac ipsorum querentium necessitas exposcet. Sedeant autem audientes querelas, peracta Missa nostra, ad horam prandij: & post prandium, vsque ad tempus cœnæ. vt liberiùs consilijs, & alijs actionibus nostris, intendere valeamus. Causæ tamē Iudiciariæ Iudici, iuxta Statutum committantur.

Referendarij quoque causas Theutonicales audiant: quas cum Cancellarijs Regi deferent.

Sigismu. Augustus 1550.

QVia in Iudicijs Theutonicalibus, multas causas Nobilitas habere solet. cùm ergo tales causæ obuenient: tum eas cum Consiliarijs, qui circa Nos tunc presentes fuerint, iudicabimus atque absoluemus. Cancellariæ verò Officiales, cum Referendarijs audient easdem: & partibus presentibus, nobis referent.

De eodem.

Ibidem.

IVxta Statutum anni 1538. Referendarij nostri debent sese conseruare.

REFORMATIO.

Bona Dotalitia vxoris, à Perlucris libera sint.

Sigism. Petric. 1523. Fol. 38.

SI verò quis in aliquo alio, bona quæcunque Iuris decreto fuerit assecutus: in quibus scilicet bonis, vxor eiusdem victi habuit Reformationē suam dotalitialem: talem Reformationem volumus illæsam permanere: Et talis cōuictus, pro golotha debebit reputari, Iure Golotarum deinceps conueniendus: casu, quo exequutioni rei iudicatæ contraueniret.

RELATIO MINISTERIALIS.

Relatio Ministerialis ex alio districtu, pro personali recognitione valet.

Consuetu. terra Cracou. Folio 123.

SI alicui necesse fuerit Ministerialem producere, ex alia terra, in aliam terram: & non poterit educere ipsum Ministerialem: tunc illum debet ducere, ad Iudicium Castrense illius districtus, vbi est Ministerialis: ibidemq; idem Ministerialis debet facere Recognitionem. & ille, cui debet Recognitio esse, literas accipiat, à Iudicio illo, vbi fit recognitio: ad aliud Iudici-

ud Iudicium, ad quod ducendus erat Miniſterialis. Quæ literæ ſint ſub Sigillo Iudicij illius, vel Capitanei, vbi recognouit: & tandem talibus literis credendum erit: perinde ac ſi ipſemet Miniſterialis perſonaliter ſtetiſſet, & recognouiſſet.

¶ SIMILIS. Relatio Miniſterialis, coram quibuſcunq; Actorum libris, de poſitione Citationis facta, volumus vt tantum valeat: quantum perſonalis Recognitio eiuſdem Miniſterialis, valere debet: niſi quòd recognoſcat in eiſdem Actis, tempus, & locum poſitæ Citationis: & cui eandem Citationem publicauit, in bonis: & cum quibus Nobilibus, aut Nobili, hoc fecerit: iuxta Statutum. *Sigiſm. Crac. 1543.*

RENVNCIATIO.

De abrenunciatione proprij diſtrictus.

ITem, ſi quis renunciabit terræ, & proprio diſtrictui: debet reſpondere ibi, vbi renunciando ſe inſcripſit. & cùm ſuper tali res obtinebitur iudicata, aliâs perlucrabitur: idem qui Ius perduxit, equitabit ad Capitaneum illum, ſub quo manet victus. Capitaneus tamen ille executionem facturus ſit rei iudicatæ, aliâs illorum Perlucrorum, in alio Diſtrictu Iure obtentorum. *Conſuetu. terræ Cracou. Folio 123.*

RESTITVTIO IN BONA.

Quomodo pulſi nunc reſtituantur in bona.

QVia negotium, de violenta expulſione de bonis, inter homines vehementer motum eſt: & increbruit adeò: vt iniquus iuſtum, nocens innocentem, reum peragat: boniſq; depellendo citet, in ſpem probationis: quæ ex conſuetudine Iuris, bonis expulſo ſeruit: vt bona eius intercipiat: tametſi fortaſis nunquam in poſſeſsione eorũdem bonorum fuit: nec Literas vllas, ſeu Priuilegium, ſuper eadem acquiſiuit: Quocirca nos huiuſmodi licentiæ ire obuiam, & eandem intercipere volentes, id illi remedij cum Senatoribus noſtris, terrarum Legatis reperimus: Vt ſi, qui ſe expulſos, ſeu deiectos bonis affirmant, ad Officium Caſtrenſe, in quo eiuſmodi bona ſunt poſita, in recenti, ad maximum infra menſem (facturi eo nomine Proteſtationem, ſi volent) confugiant: & pro expulſione deiectores citent. Nihilominus Officium, ex controuerſia partium deſcendendo in illa bona, ſcrutinium ſeu inquiſitionem à vicinis, illis bonis adiacentibus, facere: & teſtimonium ab eis, ſub onere conſcientiæ, & bona fide Nobili, à Kmethonibus autem illorum bonorum, ſub corporali Iuramento, inquirere debet, de hac expulſione: ſi ita ſcilicet facta ſit, nec ne: & quis ante hanc expulſionem, vel menſem, illorum bonorum poſſeſſor fuit: num *Sigiſm. Crac. 1543.*

videlicet expulsus, aut citatus. Qui quidem Kmethones tenebuntur narrare: quis eorum illos tenebat, cui censum dabāt, ante hoc tempus: quisúe eisdem imperitabat, & iuxta hanc testificationem in vtramque partem, Officium huius negotij iudicium, seu decisionem faciet. Præter pueros illos: quorũ fortasis patrui, vel Tutores, Iure Tutellæ vsi, dum minorennes adhuc essent, illa ipsa eorum bona vendidissent, aut alienassent: contra eorum Ius, & Iustitiam. Talibus enim pueris, postquam ad annos discretionis peruenerint, Officium tenebitur iustitiam facere: tametsi non in recenti facto, ad hoc ipsum Officium confugerint, ne eo modo scilicet Tutores bona puerorum perdāt: neúe quis ab eisdem incerta bona emat. Quòd si Citatus reciperet se ad Munimenta: debet narrare ad qualia Munimenta se recipiat: vnde, & ex quibus Actis producenda. Tunc enim nõ vlterior debet ei dari Dilatio: nisi ad Terminos proximos illorum Actorum, ad quæ se receperit. Quòd si aliud quidcunq; postea ostenderit: extunc causam suam amittere debet: indeq; Actor pro damnis, quæcunque hac depulsione sua Reus fecerit, ad Ius Terrestre, iuxta Statutum remitti debet.

RESTIVM LITERAE.

Restium Literæ bello præmittendæ.

Sigis. Bydgost. 1520. Fol. 25. STatuimus & ordinamus: Quòd dum bellum generale, iuxta Statuta antiquiora, per nos & successores nostros indictum fuerit: extunc trinæ Literæ Restium, seorsim siue successiuè mittantur: & in vltimis Literis Restium, nominabitur dies Conuentionum particularium in districtibus. Pro quo tempore Castellani districtuum, tenebuntur cum Nobilitate conuenire: & constituere inter se vnanimiter diem, & locum: in quo Nobiles districtuum, cum suis Castellanis ad locum generalis belli designatum procedant.

Sigis. August. 1550. ¶ SIMILIS. Literæ Restium vnæ pro binis, nisi in Comitijs ita decretum fuerit, emitti non debent, sed alteræ post alteras. iuxta Statutũ.

REVS SEV CITATVS, ET IVRE VICTVS.

¶ Vide in Titulo PROCESSVS IVRIS. Folio 354.

REX.

Dignitas Regia, iniustitia profanatur.

Albert. Petric. 1496. Fol. 96. ETenim dignitas Regia, per iniustitiæ culpam profanatur.

Quales Ciues Regni esse debent: inter quos Rex, pacem & iustitiam tuetur.

Cum Scri-

CVm Scriptura teſtante, omnis ætas ab adoleſcentia ſit promptior ad malum: & omnis creatura conſiſtat ſub vitio: naturaq́; humana facilius labitur ad delicta: ſic etiã quòd vitia imitetur. Quamùis enim Domino diſponente, ſibi ſubditi debeant fore, pudici, modeſti, iuſti, ac pacifici: effrenata tamen cupiditas, niſi Iuſtitiæ conatus ſubuerteret, tunc profectò concordia & pax inter homines deperiret. Summum autem bonum in hac vita eſt, Iuſtitiam colere: & vnicuiq; quod ſuum eſt tribuere. *Kazimir. Cracou. 1469. Fol. 53.*

Rex dabit Literas ad Palatinos, & Capitaneos, alioſq́; Officiales: vt ſua ipſi exequantur Officia.

IN petitione facta, de exequendis officijs Palatinorum, Capitaneorum, & aliorum Officialium Terreſtrium, etſi ſciamus expreſſa eſſe ſuper eo ſcripta Statuta: pœnasq́; in illis, contra negligentes ſua Officia eſſe adhibitas: nihilominus tamen, Nunciorum & Nobilitatis Regni noſtri petitioni ſatisfacientes, dabimus ea de re literas noſtras, ad prædictos Palatinos, Capitaneos, & alios Dignitarios ſeu Officiales: quibus ad ſatisfaciendum debito ſuo, illos commonebimus. *Sigiſm. Cracc. 1532. Art.*

Rex terras & quemlibet diſtrictum ingrediens, iuſtitiam cum Capitaneis faciet.

ITem pollicemur: Quòd ſemper in aduentu noſtro, in terras quaſcunq; noſtras, in quolibet diſtrictu, quem fœliciter ingreſſi fuerimus, omnibus petentibus iuſtitiam fieri cum Capitaneis noſtris, ipſam expedire faciemus. *Kazim. in Nieſzona 1454. Fol. 93.*

Rex Jura conſeruet: nemini bona recipiat, aut captiuet, niſi Jure conuictum.

IN primis igitur pollicemur verbo noſtro Regio, omnes Regni noſtri incolas, in Iuribus quibuſuis, ipſis à prædeceſſoribus noſtris datis, integraliter conſeruare: nulliq́; bona recipi mandabimus, aut captiuari faciemus: niſi priùs fuerit Iure conuictus. *Ibidem Fol. 92.*

Rex nulli, niſi Jure victo, bona recipiet.

ITem vt gratia vberiori conſolentur à nobis, etiam nos fide & ſeruitijs amplioribus proſequantur, Promittimus: Quòd exnunc & de cætero, nunquam alicuius ſubditi Regni noſtri, cuiuſcunq; dignitatis, eminentiæ, ſtatus, aut gradus fuerit, bona hæreditaria accipiemus, confiſcabimus, recipi & confiſcari faciemus: nec ſe de eis per Nos, vel Officiales noſtros, vel alios quoſcunq; homines intromittemus, vel intromitti faciemus: *Ex Priuileg. Wladiſlai Jagellonis Fol. 48.*

faciemus: pro quibuſcunq; exceſsibus, aut culpis: niſi priùs ſuper hoc præcedat Iudicium noſtrorum, quos ad hoc deputauerimus, cum noſtris Prælatis, Baronibus, matura cognitio & ſententia ſequatur.

Rex differentias, inter Spirituales & Seculares perſonas, cum Epiſcopis componit.

Bodzanta Epiſcopus Cracou. Folio 55.

CVm excitata erant odia multa, & differentiç, inter Spirituales & Seculares perſonas Dominos diœceſis Cracouienſis: tandem compactata erant congeſta inter eos, in Conuentione, per Regem Kazimirum Magnum, & in Synodo per Bodzánthám Epiſcopum Cracouieñ: pro vno tempore Cracouiæ quarta menſis Iunij, Anno Domini 1369, habitis. Quibus intererat Iaroſlaus, Gneſnenſis Archiepiſcopus, Boguria dictus: tunc ex cauſa illius differentiæ, authoritate Metropolitica & Primatiali viſitans diœceſim Cracouienſem. Sunt autem compactata infraſcripta, ſuper Decimarum libertate, raptu tempore decimandi, foriſandi, per dominos locorum eas emendi, ex aratro percipiendi, noualium locatione, earũ progreſsione &c. Columbationibus, viſitatione Archidiaconorum, ſuper expeditione ad bellum Clericorum, Secularium, ad Ius Spirituale citandorum, fabrica Eccleſiæ, Decima canapi, ſuper Interdicto triduano & ſimplici, ſuper ceſſatione à diuinis, ſalarijs Tabellionum: item de Eccleſijs in bonis Nobilium erigendis: vt infra ſequitur.

De eodem.

Kazim. Mag. Petric. 1451. Fol. 86

KAzimirus &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis: Quomodo agentibus nobis hic in Piotrkow, pro Rep. Regni noſtri Conuentionem generalem, inter cæteras huius Conuentionis ordinationes, ſuper differentia, quæ inter Prælatos & Barones terrarum totius Regni, vnanimiter ordinatum eſt & concluſum: innitendo Ordinationibus, & Concluſionibus aliarum Conuentionum etiam generalium, ab eis non recedendo.

De eodem.

Kazim in Nieſzowa 1454. Folio 93.

ITem Promittimus: Quòd quàm citò, Deo dante, de Expeditione in terras noſtras nos reuerti contingat, omnes differentias, inter Spirituales & Seculares exortas, in Conuentione generali ſopiemus.

RVSSIAE DVCATVS.

Ruſsia vno Iure cum Regno Poloniæ gaudeat.

Ex Priuileg. Vladiſlai Iagello-

ITem Pollicemur: Quòd omnes terras noſtras Regni Poloniæ, etiam terram

terram Ruſsiæ includendo, (ſaluis tamen auenæ Contributionibus: de quibus nobis, ad tempora vitæ noſtræ, ſola Ruſsia reſpondebit) ad vnum Ius, & ad vnam Legem communem omnibus terris reducemus: reducimuſque, adunamus, & vnimus, tenore præſentium mediante. *Gellonis in Iedlna. Fol. 52.*

Ruſsia omnibus Regni libertatibus fruatur.

AD ſupplicationem terrarum Ruſsiæ, Volumus, & Decernimus: Vt de omnibus fugitiuis, Statutum Regis Alberti obſeruetur. & quòd Nobilitas illarum terrarum, ſicut in alijs terris, Regni, à ſolutione Teloniorum, & Foralium, ſit libera atq; exempta: & in alijs eadem gaudeat libertate. *Sigiſm. Craco. 1507. Fol. 7.*

Terra Belzenſis Regno aſcribitur.

IN nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam Acta mundi auida ſubitò detergeret obliuio: niſi ea literarum ſoliditas, & teſtium adnotatio memoriæ commendaret æuiternæ: Proinde nos Kazimirus, Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lancicię, Cuiauię: Magnus Dux Litwanię, Ruſsiæ, Pruſsiæque: necnon Culmenſis, Elbingenſis, Kinigſzbergeñ. & Pomeraniæ hæres & dominus, Significamus tenore præſentium, quibus expedit univerſis & ſingulis, præſentibus & futuris, harum notitiam habituris: Quomodo recenſentes, & in animis reuoluentes, quanta puritatis affectione & fidei integræ conſtantia, Barones, Milites, Nobiles, Terrigenæ & Proceres terræ Belzenſis. ſyncerè, gratè, & fideles noſtri dilecti, perſonam & Regnum Maieſtatis noſtræ venerati ſunt: ad nos, tanquam dominum naturalem, hæredem verum & legitimum, ac indubitatum ſucceſſorem ſuum, & ad Coronam Regni noſtri Poloniæ à qua tranſactis temporibus exciderant, viceuerſa redierunt, & acceſſerunt: ſeque Regno & Coronæ, tanquam pars ſuo toto inuiſcerauerunt, vniuerunt, incorporauerunt, & appropriauerunt. Quæ quidem terra Belzeñ. iuſto titulo, Iure legitimo, hæreditario & ſuccedaneo, nos & nullum alium contingebat, atque contingit & concernit. Horum itaque terrigenarum Belzenſium fidelitatis conſtantia, zelo dilectionis, maturitate conſilij, & ſagaci prouidentia, Regali conſideratione, meritò digeſtis & reuolutis, ac debitè penſatis: & intuentes ad eorum ſtatum, honorem, commodum, ſalubremq; profectū: pio & ſyncero mentis affectu, (quemadmodum ex aſſumptæ dignitatis noſtræ debito tenemur, & pro Officio ſolicitè aſpirantes) ipſos in noſtrã & ſucceſſorum noſtrorum manutuitionem, & protectionem Regni & Coronæ reaſſumpſimus, incorporauimus, appropriauimus, & vniuimus: tenoreq; præſentium reaſſumimus, incorporamus, annectimus, appro- *Kazimir. Rex. 1462.*

faciemus: pro quibuſcunq; exceſsibus, aut culpis: niſi priùs ſuper hoc præcedat Iudicium noſtrorum, quos ad hoc deputauerimus, cum noſtris Prælatis, Baronibus, matura cognitio & ſententia ſequatur.

Rex differentias, inter Spirituales & Seculares perſonas, cum Epiſcopis componit.

Bodzanta Epiſcopus Cracou. Folio 55.

CVm excitata erant odia multa, & differentiç, inter Spirituales & Seculares perſonas Dominos diœceſis Cracouienſis: tandem compactata erant congeſta inter eos, in Conuentione, per Regem Kazimirum Magnum, & in Synodo per Bodzánthám Epiſcopum Cracouieñ: pro vno tempore Cracouiæ quarta menſis Iunij, Anno Domini 1369, habitis. Quibus intererat Iaroſlaus, Gneſnenſis Archiepiſcopus, Boguria dictus: tunc ex cauſa illius differentiæ, authoritate Metropolitica & Primatiali viſitans diœceſim Cracouienſem. Sunt autem compactata infraſcripta, ſuper Decimarum libertate, raptu tempore decimandi, foriſandi, per dominos locorum eas emendi, ex aratro percipiendi, noualium locatione, earũ progreſsione &c. Columbationibus, viſitatione Archidiaconorum, ſuper expeditione ad bellum Clericorum, Secularium, ad Ius Spirituale citandorum, fabrica Eccleſiæ, Decima canapi, ſuper Interdicto triduano & ſimplici, ſuper ceſſatione à diuinis, ſalarijs Tabellionum: item de Eccleſijs in bonis Nobilium erigendis: vt infra ſequitur.

De eodem.

Kazim. Mag. Petric. 1451. Fol. 86

KAzimirus &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis: Quomodo agentibus nobis hic in Piotrkow, pro Rep. Regni noſtri Conuentionem generalem, inter cæteras huius Conuentionis ordinationes, ſuper differentia, quæ inter Prælatos & Barones terrarum totius Regni, vnanimiter ordinatum eſt & concluſum: innitendo Ordinationibus, & Concluſionibus aliarum Conuentionum etiam generalium, ab eis non recedendo.

De eodem.

Kazim in Nieſzowa 1454. Folio 93.

ITem Promittimus: Quòd quàm citò, Deo dante, de Expeditione in terras noſtras nos reuerti contingat, omnes differentias, inter Spirituales & Seculares exortas, in Conuentione generali ſopiemus.

RVSSIAE DVCATVS.

Ruſsia vno Iure cum Regno Poloniæ gaudeat.

Ex Priuileg. Wladiſlai Iagellonis

ITem Pollicemur: Quòd omnes terras noſtras Regni Poloniæ, etiam terram

terram Ruſsiæ includendo, (ſaluis tamen auenæ Contributionibus: de quibus nobis, ad tempora vitæ noſtræ, ſola Ruſsia reſpondebit) ad vnum Ius, & ad vnam Legem communem omnibus terris reducemus: reducimuſque, adunamus, & vnimus, tenore præſentium mediante. *gellonis in Iedlna. Fol. 52.*

Ruſsia omnibus Regni libertatibus fruatur.

AD ſupplicationem terrarum Ruſsiæ, Volumus, & Decernimus: Vt de omnibus fugitiuis, Statutum Regis Alberti obſeruetur. & quòd Nobilitas illarum terrarum, ſicut in alijs terris, Regni, à ſolutione Teloniorum, & Foralium, ſit libera atq; exempta: & in alijs eadem gaudeat libertate. *Sigiſm. Craco. 1507. Fol. 7.*

Terra Belzenſis Regno aſcribitur.

IN nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam Acta mundi auida ſubitò detergeret obliuio: niſi ea literarum ſoliditas, & teſtium adnotatio memoriæ commendaret æuiternæ: Proinde nos Kazimirus, Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lancicię, Cuiauię: Magnus Dux Litwanię, Ruſsiæ, Pruſsiæque: necnon Culmenſis, Elbingenſis, Kinigſzbergeñ. & Pomeraniæ hæres & dominus, Significamus tenore præſentium, quibus expedit univerſis & ſingulis, præſentibus & futuris, harum notitiam habituris: Quomodo recenſentes, & in animis reuoluentes, quanta puritatis affectione & fidei integræ conſtantia, Barones, Milites, Nobiles, Terrigenæ & Proceres terræ Belzenſis. ſyncerè, gratè, & fideles noſtri dilecti, perſonam & Regnum Maieſtatis noſtræ venerati ſunt: ad nos, tanquam dominum naturalem, hæredem verum & legitimum, ac indubitatum ſucceſſorem ſuum, & ad Coronam Regni noſtri Poloniæ à qua tranſactis temporibus exciderant, viceuerſa redierunt, & acceſſerunt: ſeque Regno & Coronæ, tanquam pars ſuo toto inuiſceraucrunt, vniuerunt, incorporauerunt, & appropriauerunt. Quæ quidem terra Belzeñ. iuſto titulo, Iure legitimo, hæreditario & ſuccedaneo, nos & nullum alium contingebat, atque contingit & concernit. Horum itaque terrigenarum Belzenſium fidelitatis conſtantia, zelo dilectionis, maturitate conſilij, & ſagaci prouidentia, Regali conſideratione, meritò digeſtis & reuolutis, ac debitè penſatis: & intuentes ad eorum ſtatum, honorem, commodum, ſalubremq; profectũ: pio & ſyncero mentis affectu, (quemadmodum ex aſſumptæ dignitatis noſtræ debito tenemur, & pro Officio ſolicitè aſpirantes) ipſos in noſtrã & ſucceſſorum noſtrorum manutuitionem, & protectionem Regni & Coronæ reaſſumpſimus, incorporauimus, appropriauimus, & vniuimus: tenoreq; præſentium reaſſumimus, incorporamus, annectimus, appro- *Kazimir. Rex. 1462.*

priamus,

priamus, & vnimus, perpetuò & in æuum: promittentes ipſos, & eorum quemlibet, in omnibus ipſorum Iuribus, libertatibus, immunitatibus, gratijs, prærogatiuis, dignitatibus, honoribus, & Officijs, tenere & obſeruare. In primis itaque, pro prædicta eorum fideli & iuſta adhæſione, & ſubiectione, Iure defendere, agere, manutueri, & eos euincere, contra quamcunq; perſonam, cuiuſcunq; dignitatis, Imperialis, Regalis, aut Ducalis fuerit, aut cuiuſcunq; ſtatus, conditionis, & præeminentiæ extiterit, (dum per quempiam vexarentur ſeu impeterentur quomodo, pro ipſorũ huiuſmodi adhæſione) ſimiliter ab inſultibus, violentijs, bellis & alijs moleſtijs quibuſlibet, protegere, defenſare, tueri, & realiter ac effectiuè opponere, intercedere, & liberare. ¶ Item terram noſtram Belzenſem, cum ipſius diſtrictibus, Lubáczouienſi, Lopàczouienſi, Schewłozienſi, Grábowniczenſi, & Hrodlienſi, ſaluam & integram, prout fuit & in hactenus eſt conſeruata, ſuis limitibus, metis, & terminis, dudum tentis, obſeruabimus: tenereq; & obſeruare volumus: nullos diſtrictus aut villas ab eadem remouentes, alienantes, ſeu diminuentes. Item omnibus perſonis, tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus ciuitatum, & oppidanis, Priuilegia ipſorum, per anteceſſores noſtros Reges & Duces data & conceſſa, iuſta, legitima, & ſufficientia, ritè & rationabiliter emãnata, ac in nulla ſui parte vitiata ſeu ſuſpecta, confirmamus, ratificamus, & approbamus per præſentes. Vbi verò aliquibus perſonis forent, per voraginem ignis abſumpta: ſeu caſu infortunij amiſſa: & de hoc per ſufficiens teſtimonium probatum fuerit: præmiſſa innouare, atq; dare volumus, & ſpondemus. Item ex quo ex obligatione & Inſcriptione pecuniarum, Capitaneis in aliqua terra inſcriptarum, ſæpius indigenæ eiuſdem terræ varijs grauantur modis, oppreſsionibusque, & moleſtijs afficiuntur. Pollicemur: quòd præfatam terram Belzeñ. in pecunijs nullipiam obligabimus, aut inſcribemus, vllo vnquam tempore. Quòd ſi per obliuionem, aut alium caſum quemcunque, nos inſcribere contingeret: talem Inſcriptionem præſentibus, exnunc prout extunc caſſamus, annullamus, ac nullius roboris eſſe & fieri, decernimus per præſentes. ¶ Item nullum extraneum, cuiuſcunq; conditionis exiſtat, in Capitaneum terræ Belzeñ. præficere, & præferre debebimus: niſi terrigenam eiuſdem terræ poſſeſsionatũ. ¶ Item volumus omnimode, dignitates, honores, Officia, in terra Belzeñ. conſiſtentes & conſiſtentia, æquo modo circa Iura & Conſuetudines ipſorum, quæ & quas temporibus prędeceſſorum noſtrorum Regum & etiam Ducum obtinebant, conſeruare in eodem numero, & permanere. Quas quidem Dignitates & Officia, dum vacare contigerit: nulli extraneo, niſi indigenæ benè cõſeruato illius terræ, in qua Dignitas vel Officiũ vacauerit, dabimus & conferemus. ¶ Item quòd nulli terrigenę, de Terra Belzeñ, &

Rex nihil terra Belzen. alienet.

Terra Belzen. ne cuiquam obligetur.

Capitaneus Belzenſis ſit terrigena.

Dignitates terra Belzen. conſeruantur.

Terra Belzen. ada-

zeñ. & ipſius diſtrictibus, ad alias terras ſeu diſtrictus euocentur: ſed penitus, iuxta conſuetudinem aliarum terrarum Regni noſtri, Iuribus ipſorum & libertatibus vtantur, & gaudeant. ¶ Item Conuentiones, Colloquia generalia, Termini particulares, & Iudicia, iuxta ritum & conſuetudinem in talibus dudum tentam & obſeruatam, in terra præfata, (quẽadmodum in alijs terris Regni noſtri) debent habere progreſſum & proceſſum. ¶ Item nullus terrigena poſſeſſionatus, per nos aut Capitaneos noſtros, niſi Iure conuictus captiuetur. iuxta Priuilegia aliarum Regni noſtri terrarum, & Conſuetudines. ¶ Item omnes & ſinguli Kmethones, Spiritualium & Secularium perſonarum, in dicta terra conſiſtentiũ, de quolibet laneo poſſeſſo, pro feſto Sancti Martini, ſingulis annis exactionem, aliàs Podymne, per duos groſſos Monetæ & numeri communiter in Regno currentis, Nobis & ſucceſſoribus noſtris dabunt, & exoluẽt: more terræ Leopolieñ. & aliarum Regni noſtri terrarum. Alias autem Collectas, & exactiones, in Regno noſtro inſolitas & inconſuetas, (etiam ſi tempore Ducum huiuſmodi fuiſſent, in frumentis, bladis, aut auena, vel pecunijs exactæ, vel ſolutæ) de noſtra Regia benignitate caſſamus, & annullamus. ¶ Item cuilibet terrigenæ noſtro, limites & granicies cũ bonis noſtris Regalibus habere petenti, dare tenebimur: ipſas à ſignis metalibus, & ſcopulis conſuetis diſtinguendas volumus: iuxta modum aliarum terrarum, in Regno obſeruatum. ¶ Item quandocunq; terra noſtra Leopolieñ. ad bellicã Expeditionem ſe mouerit: aut neceſsitate incumbente, eandem procurauerit: præfata etiam terra noſtra Belzenſis, ſeu Nobiles & terrigenæ eiuſdem, cum ipſis Leopolienſibus, quotienſcũque fuerit neceſſe, tenebuntur & debebũt, ac omninò ſunt obligati pariter & aſtricti, proficiſci bellicosè, & tranſire: & non aliàs. eo tamen Iure & modo: quo terra Leopolienſis, ad Expeditiones ſe mouere conſueuit, & ſolita eſt. Animaduertendum autem, præfatos Nobiles terrigenas & Proceres, ad nos tanquam ad dominum & hæredem ipſorum legitimum, affectum habere ſpecialem: horum prætextu, volentes ipſos fauore noſtro ſpeciali proſequi, & eorum Kmethones quoſlibet, præfatam terram Belzeñ inhabitantes, ab omnibus & ſingulis Exactionibus, angarijs, præangarijs, caſtrorum ædificijs, & pontium laboribus, & reparationibus, eximimus, abſoluimus: ac liberos, & abſolutos facimus perpetuè, ſecundum morem aliarum Regni noſtri terrarum. Præterea generaliter & ſingulariter omnes alios articulos, libertates, & Iura, alijs terris Regni noſtri data & conceſſa, & præſertim terræ noſtræ Leopolieñ, ſi quæ hic omiſſa forent, pro inſertis habere volumus & habemus: eademq; extendimus & referimus, ad terram Belzenſem. In cuius rei teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Actum in Brzeſcie, Feria ter-

ad alios diſtrictus nõ euocentur.

Colloquia ſtatis temporibus celebrentur.

Nullus terrigena niſi Iure conuictus captiuetur.

Tantum duobus Groſſis Rex ex Terra Belzenſi cõtentus erit.

Cum bonis Regijs, Limites in terra Belzenſi fiant.

Cum terrigenis Leopolien. ad Expeditionem Belzen proficiſcentur.

tia festorum solennis Paschæ: Anno Domini 1462: Præsentibus, Reuerendiss. patre domino Ioanne de Brzezie, Iuris vtriusq; Doctore, Electo Ecclesiæ Cracouiensis, & Regni Poloniæ Vicecancellario: necnon Magnificis & Generosis, Petro de Opporow Lancicien, Nicolao de Koscielec Brzesten, Palatinis: Iacobo de Dambno Regni Poloniæ Vicethesaurario, Nicolao de Boryszowice Záwichosten, Sbigneo Bank de Corá Mátogostien, Castellanis: Nicolao Spoth de Wola Sandomirien, Ianusio Kołuczki Iuniwladislauien, Vexilliferis: Ioanne de Ostrorog Iuris Doctore, Nicolao de Brudzicwo Subpincernæ Calisien, & Capitaneo Brzesten, Iaroslao Brzozogłowy Subiudice Iuniwladislauien, Stanislao Marssałkowicz de Brzezie, & Ioanne Synowiecz de Zandowicze, Curiẽsibus nostris: & alijs pluribus, fide dignis testibus, ad præmissa. Datum per manus eiusdem Reuerendissimi patris, Domini Ioannis de Brzezie, Electi Ecclesiæ Cracouiensis, Regni Poloniæ Vicecancellarij, syncerè nobis dilecti.

Ad Relationem eiusdem Reuerendiss. patris Ioannis de Brzezie, Iuris vtriusq; Doctoris, Electi Ecclesiæ Crac. Regni Polon. Vicecan.

SALARIA COLLEGARVM IVDICII.

Actor reum in Contumacia condemnans, duos Grossos soluet.

Sigis. Patric. 1523. Folio 38.

ITEM volumus: vt quilibet Actor, condemnando citatum in Contumacia absentẽ, soluat duntaxat duos Grossos. quorum vnus cedet Notario, & alter Grossus Iudicio præsidenti.

Pro vna Nota Inscriptionis, vnus Grossus Notario.

Wladisl. Iagel. Crac. & Varsh. 1423. Folio 45.

TErrestres Notarij, in omnibus terris Regni nostri, videlicet Maiori Polonia, Siradia, Lancicia, Cuiauia, Dobrineñ. &c. pro Notis æqualiter accipiant sua Iura: secundum quòd Notarij Cracouiensis, & Sandomirieñ terrarum recipiunt: videlicet pro vna Inscriptione vsq; ad finem causę, vnum Grossum: aut in principio medium, & in fine mediũ Grossũ.

Kazim in Nieszo. & Opoki. 1454. Folio 94.

¶ SIMILIS. Item Statuimus: vt Notarij Terrestres, in Iudicijs nõ exigant à Notis, præterquàm in primo Termino medium grossum, & in vltimo tantundem: aut à Notis totius causæ, recipiant vnum grossum. Pro lectura verò, quam fecerint in Iudicijs, nihil penitus exigere debebũt.

Similis.

¶ SIMILIS. Sopientes controuerſiam, quæ in Iudicijs Secularibus euenire ſolet, de quæſtu Notariorum Terreſtrium, relinquimus in robore Statutum Regis Kazimiri, in Opoká factum. *Hæc Statutum Sigiſmun. Reg. Cracen. 1510. confirmat. Statu. 12.*

SIMILIS. Et quia multæ querelæ fiebant, ad notitiam noſtram deductæ, contra Notarios Terreſtres: quomodo ipſi à Notis, & Actionibus controuerſiarum, & aliarum quarumcunq; rerum, plus ſolito ſubditos noſtros, depactare de facto conſueuerint: ſimiliter à querendis Notis, Actis Iudicialibus inſertis: Quapropter Statuimus & Ordinamus, Statutis Regni vetuſtioribus inhærendo: Quòd ſinguli Notarij Terreſtres, ab vna controuerſia & cauſa, non plus recipiant, quàm per vnũ groſſum. Talis autem cauſa & controuerſia debebit intelligi, ex vna Citatione. *Sigiſm. Terric. 1523. Fol. 6.*

A teſtibus productis, & Terminis peremptorijs, quantum Notarius accipere debebit.

STatuimus, Quòd ſcriptores Iudiciorum de teſtibus producendis, ſi ſcribere & ſignare eorum dicta oportebit, recipiant tres Groſſos vbi vero Terminos peremptorios ſcribunt: de Nota & ſignatura, in Groſſo medio contententur. *Kazim. Viſlic. 1508 Fol. 37.*

A dilatione Termini vera infirmitate, vel Caſſatione Inſcriptionis.

QVo ſalario, pro literis vel Notis, Notarij Terreſtres vel Caſtrenſes contenti eſſe debeant, tametſi Statuta per Nos & anteceſſores noſtros condita ſufficienter declarent: quia tamen ipſi Notarij, vltra modum præſcriptum, à Dilatione Termini vera infirmitate, vel Caſſatione Inſcriptionis cuiuſpiam, ſolutionem Memorialis per quatuor groſſos exigunt, Statuimus: vt Notarij Terreſtres & Caſtrenſes, in exigendo ſalario, à Notis, Literis, & alijs Inſcriptionibus, modum in Statutis deſuper confectis expreſſum conſeruent. A dilatione verò Termini vera infirmitate, vel Caſſatione Inſcriptionis, non niſi vnum groſſum, ratione Memorialis, & pro Nota exigant, ſub pœnis in Statutis prioribus, contra eos ſancitis. *Sigiſm. Cracc. 1532. B 1.*

A memoriali quantum ſoluendum.

LIcèt pro redimenda pauperum vexatione, dudum ſolutio, dicta vulgariter *Częſné* aut *Pámiętné*, (quæ conſueuerat Iudici præſidẽti, ſeu aliquam cauſam definiente, applicari) fuerit ſublata & extincta: tamen eadem ſolutio, exquiſito colore, ſub alio nomine, quod dicitur *Pámiętné*, dignoſcitur eſſe innouata. quæ dicitur eſſe contra prędictam ſolutionem, & tranſcendere comprobatur. Vnde circa hoc modum imponere volentes, *Kazim. in Viſlic. 1366. Fol. 19.*

lentes, Decernimus: Quòd in cauſis hæreditarijs, vel non hæreditarijs, magnis, Iudex prętextu ſolutionis prędictę *Pámiętné*, vltra quatuor groſſos, exigere & recipere non præſumat. in minoribus verò cauſis, tantummodo duos groſſos exigendi facultatem habiturus.

PAGel. Craco. 1423 Fol. 45. ¶ SIMILIS. Officiales, aut Camerarij, ſeu Subiudices Terminorum particularium, non debebunt à cauſis minoribus, quas vſq; ad extimationem triginta Marcarum, & infra computamus, pro Memoriali aliâs *Pámiętné*, ſiue alio nomine *Przyśięźné*, plus quàm duos groſſos recipere. à maioribus verò Cauſis, quæ vltra triginta Marcas ſe extendunt, quatuor Groſſos recipiendi habeant facultatem.

Ab vna Querela, multarum perſonarum, vnum Memoriale ſoluatur.

Ibidem. PRouiſum eſt inſuper: quòd poſtquàm vnam quamq; quæſtionem, coram Iudicio expoſitam, dictam *Zálobá*, aliquis edixerit: etiam ſi plures perſonæ ſint: pro parte, quarum quæſtio agitatur, tantùm vnum Memoriale exigatur.

Tantum pro re principali decreta, detur Memoriale.

Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 32. ET Proteſtationes Memoralium ſeu captioſæ, nullum deinceps robur ſint habituræ: quę ſolebant fieri ante prolationem Sententiæ: ſed pro re principali decreta tantummodo, fiet Memoriale.

A decreto pro ſe lato, quantum ſoluendum.

Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 31. QVocirca volumus: Vt victor ſoluat à quolibet Decreto, pro ſe lato, Iudicio quinque Groſſos. quorum tres Iudici, & vnus Subiudici veniet. Notario verò ſimiliter vnum Groſſum, ab eiuſdem Decreti actication, ſoluere quilibet teneatur.

Quinimo ipſi Iudices Terreſtres, non plus ratione Memorialis accipiant, niſi quinque Groſſos, à Decreto ſatisfactionis, in Termino Concitatorio, ab additione Miniſterialis ad intromittendum, & remiſsione ad Capitaneum: ſi Intromiſsio victori non eſſet admiſſa. & hoc ſub pœna quatuordecim Marcarum parti, & nobis alia.

Sigiſm. Craco. 1543.

Taxa literarum Judicij Terreſtris, & Caſtren.

Sigiſm. Petric. 1511. Fol. 19. QVia verò Notarij Terreſtres, & Caſtrenſes, alicuius Actum, ſiue Inſcriptionem, in libro Terreſtri ſeu Caſtrenſi quærentes, Nobilitatę immodicè taxare pro labore quærendi conſueuerunt, Statuimus: Vt ipſi Notarij

Notarij nihil posthac exigere audeant, pro labore quærendi. Pro literis verò Pargameneis, cum appensis Sigillis decem Grossorum salario sint contenti. ex quibus sex Iudici, duo Subiudici, & duo Notario Terrestri cedant. A papyreis verò literis, sub Sigillis Iudicis & Subiudicis, vnus Grossus. A condemnatione in pœna Contumaciæ, duo grossi. A condemnatione in lucro, quatuor grossi. A Memoriali, iuxta antiqua Statuta quatuor grossi soluantur.

Pro litera Iudiciali sub Sigillo, quantum soluendum.

ITem pro litera Iudiciali, Sigillis Iudicis & Subiudicis obsignata, decem grossi. prout in quibusdam terris, hactenus fuit obseruatum. *Sigism. Petric. 1523. Fol. 38.*

Solutio Membranarum, & Minutarum non Sigillatarum.

ITem Notarius à Sigillatis Membranis, recipiet per medium Grossum: & á Minutis extractis, non Sigillatis, per vnum gross. ¶ At qui simplici Minuta nihil probari potest: sed tantummodo literis, aut Minuta sub Sigillo, aut Libris coram Iudicio. *Ibidem. Constitu. terræ Crac. 1565. Fol. 122.*

Confirmantur Statuta, de Salarijs præscriptis.

STatutum, per Nos Consiliarios; nostros status vtriusq; & Nuncios Terrestres, de salarijs Iudicum, Subiudicum, & Notariorum Terrestrium editum, in robore suo permanere, & in executionem extendi volumus: & præsenti Constitutione, strictius mandamus. *Sigis. Rydgost. 1520. Fol. 27.*

Pœna, si Notarius contra Statuta extorserit.

QVòd si Notarius, vltra præmissam Ordinationem, contra vim Statutorum, quippiam ab aliquo depactauerit: talis eidem depactato, id quòd iniustè extorserit, restituere teneatur, cum pœna trium Marcarum, & Iudicio totidem exoluenda: in qua peremptoriè debet idem Notarius cõdemnari: & satisfacere victori mox teneatur: sub alia pœna xiiij. Marcarum. *Sigism. Petric. 1523. Fol. 38.*

Constitutiones de Notarijs exequantur.

DEcernimus omnino habere volentes: Vt Constitutiones, de Notaris Terrestribus dudum editæ, iam exnunc debitam per omnia exe- cutionem habeant, & accipiant: atq; futuris temporibus dispositio illarũ, in omnibus seruetur, & manu teneatur. *Sigism. Petric. 1538. A 4.*

¶ SIMILIS. Cauendo ne Nobilitas nostra grauaretur, circa receptionem & scriptionem quamuis literarum, Renouamus Statutum: Vt *Sigis. Augus. Petric. 1550.*

Terrestres

Terreſtres Notarij conſeruent ſe, iuxta Statutum Sereniſsimi olim parentis noſtri. Propterea q; iuxta illud Salaria recipiant à Membranis, Citationibus & condemnationibus.

Idem ſentiendum de Capitaneali Iudicio.

Sigiſm. Craco. 1519. CApitaneale quoq; Iudicium, non plus à re Iudicata, ſeu ſcripturis quibuſuis Iudicialibus exigat, quàm quod in Iudicijs Terreſtribus, à ſimilibus exigi ſolet.

¶ Taxa Literarum ex Cancellaria, Vide in Titulo CANCELLARIA. Folio 55.

SALVVS CONDVCTVS.

Defenſores contra metum Regis, vel Capitanei.

Kazim. Mag. Viſtulæ 1368. Folio 35. STatuimus: Quòd ſi aliquis coram Nobis, vel noſtro Capitaneo, de aliquo crimine vel maleficio fuerit accuſatus: & ad oſtendendum ſuã innocentiam, per Nos vel noſtrum Capitaneũ non fuerit admiſſus: & ob hoc, ipſum fugere contingat: & ne huiuſmodi fuga ad infamiam reputetur, idem fugiens coram Reuerendiſsimo in Chriſto Patre Epiſcopo Cracouienſi, aut Palatino Cracouienſi, aut Sandomirienſi, proteſtabitur: quòd Nos, aut Capitaneus noſter, ad expurgandum ipſum admittere noluimus: & tales prænotati, aut Palatinus noſter illius terræ, Profugo Treugas duorum menſium dare poterit: & ipſum profugum ſeruare. Infra quod tempus, idem Palatinus, apud nos vel noſtros ſucceſſores, eidem profugo quærat gratiam, & fauorem: vt ipſum ad Iuſtitiam admittamus. Quæ ſi prædictus Palatinus non poterit obtinere: quòd eundem videlicet, ad expurgandum ſuam innocentiam admittere nollemus: extunc Palatinus, ad metas ſuæ terræ illum conducere tenebitur. qui à tempore conductus Palatini, infra annum, terræ, Regno, & terrigenis nocumenta inferre non debebit, vxore ſua in bonis ſuis pacificè infra annum prædictum dimiſſa in quiete. Quo anno euoluto, infra quem gratiam noſtram ſemper quærere debeat: & ſi ipſam inuenire non poterit: & præfatus profugus aliqua nocumenta Regno, vel terrigenis intulerit: propter hoc infamis nó debet reputari: nec ipſum per terrigenas captum, ad mortem Nobis, aut noſtro Capitaneo dare tenebuntur: nec propter hoc indignationem, aut offenſam noſtram, incurrant terrigenæ ſupradicti. Si verè maliciosè, & abſque culpa, contigerit aliquem profugere: & Iuri parere noluerit: & profugiendo, nocumenta Regno, aut terrigenis intulerit: bona ipſius immobilia, præter dotalitium vxoris, Cameræ noſtræ perpetuò applicentur: mobilia verò inter Nos & Barones noſtros, per medium diuidantur.

Et ſi ca-

Et si captus fuerit per quempiam: in gratia nostra consistat. nec propter captiuitatem eius, per amicos debet aliqua indignatio, vel inimicitia occulta, vel manifesta suboriri. Vxor verò eius in Dotalitio remanebit: prout superiùs est notatum: vel illud vendendi liberam habeat facultatem.

Omnibus profugis publica fides est danda.

ITem quoniam contingit sæpiùs regnicolis, casu contingente, aliâs propter insecuritatem vitæ, extra Regnum necessariò egredi: idcirco ne dignitas Regia, per iniustitiæ culpam profanetur, volumus, Statuimus, & Decernimus: Vt Regnicolis, Nobilibus, vel plebeijs, cuiuscunque status & conditionis existentibus, sexus vtriusque, in securitate personæ, casu quocunq; eis contingente, & istud exigente, extra Regnum se conferentibus, Saluus conductus & Affidatio, per Nos & successores nostros, dari debeat petentibus. vt sub libertate publica, vel se expurgarent, vel iustitiã peterent: eamque ex se redderent accusati. *Ioann. Albert. 1496. Fol. 100.*

Capitanei tamen Saluos conductus subditis contra dominos ne dent.

COnquerentibus Prælatis, & Proceribus maioris Poloniæ, quòd cum quodam despectu & leuitate eorum, hactenus Capitanei Posnanienses Saluos conductus, Kmethonibus illorum & terrigenarum dare consueuerant, Statuimus communi consensu: Quòd de cætero, Prælatorum, Baronum, Procerum, & terrigenarum nostrorum subditis, Kmethonibus, Ciuibus, Oppidanis, aut seruis, Capitanei locorum Saluos conductus dare non debeant: sed ad Ius commune, in euentibus recurrendum decernimus Kmethonibus talibus, & quibuslibet conquerentibus: sic vt cuique Iuris patrocinium debebitur. *Alexand. in Radom 1505. Fol. Cxvi.*

Saluus conductus ne subditis contra dominos, vel eorum subditos detur: sed tantum inter Ciues

EX mutuo colloquio, ac consensu dominorum Consiliariorum, & petitione Nunciorum Terrestrium, sic est Constitutum: Quia Literæ publicæ fidei, aliâs *Zelázné listy*, & Salui conductus, ampliùs dari non debent à Nobis, famulis contra dominos illorum, status & ordinis militaris, nec etiam contra subditos illorum, in damnum eorundem: sed Nobis & Consiliarijs nostris liberum erit hoc facere: tales videlicet Literas dare subditis nostris, status ciuilis, contra ciues, iuxta arbitrium nostrum: tamen contra Nobiles, & subditos illorum, nullas dabimus. *Sigism. Crace. 1543.*

Saluus conductus secundum Statuta detur.

Sigis. August. 1550. LIteræ publicæ fidei, seu Salui conductus, aliàs *Gleythy*, nullæ, quæcũque contrariæ Iuri & Statuto essent, dari debent: & si quis eas obtinuerit, hæ sunt nullæ.

Saluus conductus publicetur.

Sigism. Cracc. 1539. VT in vtramque partem, circa rationem Salui conductus, & securitati eorum quibus inimicitiæ denunciantur, prouideatur: vt illi, quos pœna manet, Salui conductus calumnijs non inuoluant innocentes, Statuimus: vt nullius Salui conductus pœna incurratur: nisi qui fuerit publicatus, & qui illo vellit sese palam tutari.

S A L.

Confirmatio Statutorum de Zuppis salinarum, per diuum olim secundum Kazimirum Magnum editorum, per Serenissimum Kazimirum tertium facta.

Folio 76. IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error obliuionis gestis sub tempore versantibus pariat detrimentum, alt: Regum & Principum decreuerunt Consilia, ea literarum apicibus & testium annotatione perennari. Proinde Nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniæ, necnon Terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Magnus Dux Litwaniæ, Pomeraniæ, Rusiæ, Prusiæque Dominus & hæres. Significamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis, præsentibus & futuris, harum notitiam habituris. Quòd si ex debito Regalis munificientiæ ad omnium subditorum commodum, & profectum, oculo considerationis intendere debeamus: propensior tamen solertia circumspectionis, ad augmentuum Thesaurorũ & prouentuum Regni nostri incumbit: ex quibus Regni & subditorum nostrorum commodis debitè valeamus prouidere. ¶ Cùm igitur Zuppæ nostræ Bochneñ & Wiliceñ, pars Nobilis prouentuum, & Thesauri Regni existit: quæ hactenus propter nimiam & continuam Nobilium & diuersarum personarum frequentationem, & salis elaborationem, in Nobili sui parte desolationem & iacturam susceperunt: exquo neque Zupparij, neque sui Officiales, regimini laboribusque intendere valuerunt, hospitum curæ, procurationiq; intenti: & nisi eis tempestiuè subueniatur: verendum est, ne ruinam & iacturam totalem subeant, & patiantur. ¶ Volentes igitur huiusmodi ruinæ & iacturæ subuenire: vt circumspecti Principis est, ex præteritis habere memoriam: & intentè considerationis oculum ad futura, &

Zuppæ Bochneñ ses & Wiliceñ. sunt partes notabiles thesauri Regni Poloniæ.

Prouidet Rex ruinis et iacturæ Zupparũ.

tura, & tandem ad singula salubri dispositione procedere, dum omnia prospexerit sapienter. Imitando igitur vestigia prædecessoris nostri, diuę memoriæ Domini Kazimiri Regis Poloniæ, qui præfatum Thesaurum Zupparum in capite & in membris, ac omnibus prouentibus, ordine, dispositione, & terminis ordinauit, statuit, & regulauit, atque perpetuis temporibus huiusmodi ordinationem & regulationem tenendam, seruandam, & custodiendam, sub pœnis in eis contentis statuit, & diffiniuit. Ne igitur nos, aut quempiam subditorum nostrorum, ab huiusmodi ordinatione & dispositione, recedere, aut eidem per ignorantiam contrauenire contingat: ¶ * Statuimus: & præsenti edicto in robur maioris firmitatis declaramus: ipsius Domini Kazimiri Regis prędata Statuta, & ordinationes, quæ in nostro hucusq; seruata sunt thesauro, in omnibus, & per omnia, secundum regulationem, ordinationem, & dispositionem suam, debere teneri & obseruari perpetuis temporibus duraturis. quorum & nos tenorem Constitutionum & articulorum, ex certa scientia, & maturo Consilio super hoc communicato, in omnibus suis punctis, articulis, conditionibus, & clausulis, ratificamus, approbamus & confirmamus. ¶ [a] Hoc specialiter addito & expresso: quòd omnia Salaria, & census, tam Ecclesiasticis quàm Secularibus personis, per prædecessores nostros, in perpetuum, ad tempus, vel ad vitam inscripti, ac ab antiquo per Zupparios pro tempore solui soliti, & literę iustæ & legitimæ, quomodolibet emanatæ, in suo debent persistere robore, & firmitate. ¶ [b] Ne autem successu temporis quocunq; colore, arte, vel ingenio, Statuta & Ordinationes prædictas contingat à quocunq; in dubium reuocari, & de harum continentia & tenore concipere hæsitationem: ipsas præsentibus inserendas duximus, & inseruimus. quarum tenor sequitur, & est talis.

* *Kazim. ij. vult vt Statuta Zupparũ per Kazi. ij. edita, et hucusq. tenta: adhuc in posterum teneantur perpetuò, ex maiura deliberatione Regis & Consiliariorũ sacrum.*

a *Specialiter quid adiungitur vltra Statutũ Kazimiri ij. in hoc Statuto.*

b *Propter tollendã hæsitationẽ & dubiũ de præfato Statuto Kazim. ij. illud idem hic per Kazim. ij. inseritur in eũ vt sequitur modum.*

IN Nomine domini Amen. Nota quòd sub anno Incarnationis domini 1368. Istud præsens Regestrum est scriptum, feria sexta post Conductum Paschæ, in Castro Cracouieñ. ad perpetuam rei memoriam: ob reuerentiam Dei Omnipotentis, necnon beatæ virginis Mariæ eius genitricis gloriosæ: necnon ob merita omnium Sanctorum, atque Sanctarũ: & ad Mandatum Illustrissimi Principis ac domini Domini Kazimiri Dei gratia Regis Poloniæ, Sandomiriæ, Cracouiæ, Siradiæ, Lancitiæ, Cuiauiæ, Pomeraniæque hæredis conscriptum: per manus Notarij, Domini Dimetrij protunc Vicethesaurarij. ¶ Item ob istam causam istud Regestrum est compilatum, propter malam consuetudinem perpetuis temporibus euitandam: & vt consuetudo Zupparum Domini Regis Kazimiri, ac sui totius Consilij per suos legitimos successores perpetuis temporibus teneatur. Nam idem Dominus Rex Kazimirus nihil fecit in Re-

Causa compilationis Regestri Zupparum

gestro addere siue minuere: sed fecit Regestrum conscribere, & omnes consuetudines diligenter antiquas perpetuè notare: prout antiqui Zupparij. Primus videlicet Porinus Gallicus Albertus, qui mensuram minuti salis minorauerunt: Petrus Vijnricus Gotfridus Gallicus. Dominus Adam Præsbyter, & Nicolaus Zupparius tenuerunt. ¶ Et hoc propterea fuit factum: quia in emptione Zupparum Trukla, Hensel, Buta, Leszko Iudæus, Bartko Monetarius, Arnoldus Velkier, propter remanentias salis, in resignatione Zupparum, ac aliarum rerum ibidem scilicet in Zuppis existentium. vicissim fortissimè litigauerunt: quia nescierunt in Zuppis modum, formam, siue consuetudinem: & ob hanc causam fuerũt vocati, protunc antiqui Zupparij: videlicet Petrus Vynricus, Dominus Adam Præsbyter, Gotfridus, Nicolaus Zupparius, qui rexerunt Zuppas tempore Domini Regis Kazimiri: vt modus regiminis Zupparum sub Iuramento eorum perpetuis temporibus teneatur. ¶ Item in compilatione huius Regestri, fuit vocatum Consilium Domini Regis, videlicet Spirituale, & Temporale: cui fuit data plenimoda potestas, Domini Regis, vt taliter præsens Regestrum conscriberetur: propter veram, bonam, antiquam consuetudinem conseruandam: ac propter vtilitates Thesauri dicti Regis, ac suorum legitimorum successorum, ac totius Regni perpetuis temporibus debet conseruari.

Alia causa cõpilationis huiusmodi Regestri.

In compilatione huiusmodi Regestri Zupparum, interfuit Consilium Regis, & Spirituale & Seculare.

Nomina dominorum Spiritualium, hoc compilantium Regestrum, sunt hæc.

PRimus fuit dominus Florianus Episcopus Cracouiensis. Item dominus Wilk Cancellarius Cracouiẽ, Item Zawisza Archidiaconus Cracouiensis. Iem Ianko frater Simkonis Vicecancellarius. Item Bodzantha Procurator generalis. Item Dominus Michałko Canonicus Cracouiensis, Protonotarius Domini Regis. Item Zimko Notarius Domini Regis. Item Ioannes Ielithkowit, qui tenuit protunc monetam ad fideles manus, cum Leszkone Iudæo.

Enumerantur nomina eorum qui interfuerunt compilationi Regestri. Et primo Dominorum Spiritualium.

Nomina Dominorum Temporalium sunt hæc.

PRimus Dominus Ioannes Melsztyn, Castellanus Cracouiensis. Item dominus Neorza Palatinus Cracouiensis. Item dominus Wásroszki Subiudex Cracouiẽ. Item Mszcyuius de Kwilina Succamerarius. Item dominus Otto de Pilczá. Item Swiáthoslaus Vicethesaurarius. Item Dimetrius Thesaurarius. Item Málochá antiquus Procurator. Item Szczepanko Magister Murorum.

Nomina Dominorum Secularium.

Nomina antiquorum Zupparíorum, Magistrorum montium, Stigariorum. &c.

Primus

PRimus Czyndel Stigarius, de montibus Kuthnis. Item Thyczkrácz de Thanczyn. item Bernardus Stigarius de Vngaria. item Stigarius Kazimirieñ. item antiqui Zupparij: videlicet Petrus Vinrici. item Gotfridus Gallicus. Item Dominus Adam Præsbiter. item Nicolaus Zupparius. item antiqui Zupparij rexerũt Zuppas ad manus fideles eis commissas, tempore Domini Regis Kazimiri: & illic sub Iuramento omnem cõsuetudinem per eos traditam, Dominus Rex Kazimirus, cum toto suo Consilio: videlicet Spirituali ac Temporali, perpetuis temporibus seruãdum confirmauerũt. ¶ * Item ad Regestrum per Dominum Regem ac suum Consilium fuerunt vocati moderni Zupparij confirmãdum: primo Trita. item Leszko Iudæus. Item Henselburg. Item Bártko Monetarius. Item Arnoldus Velkier. ¶ Item ad Regestrum formandum fuerũt vocati Vicezupparij, Magistri montium, Stigarij ambarum Zupparum: qui omnes consuetudines Zupparum regendarum sciuerunt. ¶ Primus fuit Albertus Magister pontiũ, frater Hankonis, de Miẽselmicz. item Ioannes Paulini Vicezupparius de Vieliczká. item Rorezek Carpentarius montium. item Giszko Stigarius de Wieliczká. item Nicolaus Stigarius de Wieliczká. itẽ Czándycz de Opáwia Vicezupparius de Wieliczká. itẽ Penacus Mõtium Magister, de Bochnia. item Dominus Ioannes Præbẽdarius de Zuppa Bochneñ. Item Czkufunf Carpentarius montiũ de Bochnia. Item Bullein Magister montium de Bochnia. Item Ioannes Prokendorff Stigarius de Bochnia. Item Kutha Magister montiũ de Bochnia. Item Petrus Werusch Stigarius de Bochnia. ¶ Item primò & principaliter & maximè super omnia Dominus Rex Kazimirus cum toto Consilio, priùs nominatam consuetudinem Regestri confirmauerunt: quòd nullus dominorum, siue sit magnus siue paruus, siue Castellanus, siue Capitaneus, præsumat Zuppas visitare. Causam assignauerunt: Quia venerat dominus Neorzá Palatinus ante Zuppam: & mandauit sibi dari prælibationem. Extunc Dominus Rex rescíens irascebatur sibi plusquàm ad duos menses: ita quòd vix illi venia per dominos fuit impetrata. Et sic dominus Rex sub pœna colli, ac bonorum demandat: quòd nullus dominorum per amplius præsumat Zuppas attentare. Nam quando Nobiles ad Zuppas veniunt, tunc Zupparius vtilitates domini Regis non potest tam diligenter aspicere, propter impedimentum Dominorum Zuppas visitantium. Ideo Statutum est: quòd Nobiles nunquam debeant Zuppas visitare: nisi sit priùs de maxima gratia Domini Regis. ¶ Item statutum est: quòd nullus Zuppariorum sub pœna colli ac bonorum suorum, aliquem equum Nobilium siue dominorum ad Zuppas præsumat acceptare: & ipsum pabulare: exceptis equis Regalibus: Rationem assignauerunt: quia pecuniæ domini Regis in rationibus Zupparũ, quæ prouenũt,

Enumerantur nomina antiquorum Officialiũ Zupparũ.

** Pro confirmatione Regestri, fuerũt vocati moderni Zupparij, quorum nomina exprimuntur.*

Pro formatione Regestri fuerunt vocati Officiales Zupparum, quorũ nomina Licet narrantur.

Nullus Dominorum sub pœna colli & priuationis bonorũ, audeat sine speciali Regis consensu Zuppas visitare: statione habiturus in eisdem.

Equi Nobilium (præterquã Regios) in Zuppis non stabulantur, seu pabulentur.

Zupparius ad fideles manus Zuppas tenens, sine consensu Regis nemini debet expensis.

minorarentur. ¶ Item statutum est: quòd quando Zuppæ per dominũ Regem dantur ad fideles manus, quòd nullus Zupparius qui tenet Zuppas ad manus fideles, præsumat absq; licentia Domini Regis aliquẽ dominorũ ad Zuppas intromittere: & ei necessaria cũ eius equis & familia ministrare. ¶ * Item Statutum est: quòd nullus Zupparionũ, qui tenet Zuppas ad manus fideles, soluat bancum salis, per sectores incisum, nisi per tres grossos: Tragarijs verò non computatis. ¶ x Item Statutum est: quòd Zupparius, qui tenet Zuppas ad fideles manus, bancum per Dominum Regem donatum Principibus, Nobilibus, siue quibuscunque personis computatis, non debet aliter domino Regi ad rationem ponere in Zuppa Wielicensi, nisi per quinque grossos: in Zuppa verò Bochnensi, per sex grossos Tragarijs & Notarijs cum sectoribus inclusis. ¶ Item, Si dominus Rex aliquem Nobilem donauerit cum Sale Centenariato, ac thinis, tunc Zupparius, qui tenet Zuppas ad manus fideles omnes centenarios debet conscribere: & eos rationistis in ratione enodare. ¶ z Item, Si dominus Rex aliquem Principem, vel Nobilem, vel Claustralem, cum minuto sale donauerit: tũc Zupparius qui tenet Zuppas ad fideles manus, non debet aliter mensurã computare, nisi per quatuor grossos in ratione. ¶ a Item sal quod datur Nobilibus, siue Claustralibus, per Dominum Regem in Thinis, Zupparius qui tenet Zuppas ad manus fideles, non debet istud domino Regi computare ad rationem. quia non est de Iure.

** Ab incisione banci salis non nisi 3. gross. sectoribus sunt dati, Tragarijs non cõputatis.*

x Banc⁹ donatus p Regem in Zuppa Bochnẽ. pro 6. in Wielicen. vero pro 5. gr. est p Zupparijs in ratione pnendus Notarijs tragarijs & sectoribus inclusis.

De centenarijs donatis in Zuppis.

z Mensura salis vninscuiusq; donata, dũcxat 4 gross. est in ratione computanda.

a Sal in Thinis donatũ, non est in ratione computandum

¶ b Item statutum est: quòd nullus Zupparius debet solus sal vendere in depositorio Cracouiensi, neque aliquis famulus Zupparij: sed Zupparius debet sal vendere mercatoribus, salsatoribus, tam de Cracouia, quàm mercatoribus, id est Ciuibus de Wieliczká, & illi Ciues de Wieliczká debent habere plenimodam potestatem sal vendendi in depositorio Cracouiensi. ¶ d Item statutum est: quòd Bochneñ. Mercatores salis, habeant plenimodam potestatem, sal mundum deducere ad partes alienas: videlicet in Mazouiã, Russiam, & Silesiam, necnon Lithuaniam, necnon versus Lublin. ¶ g Item Statuimus: quòd Ciues Bochneñ. siue Mercatores salis, debent habere plenimodam potestatem, sal commune deducere ad depositorium Cracouiense: propter pistores panum, & etiam propter vectores de alijs partibus venientes. ¶ h Item Statuimus ex mandato Domini Regis Kazimiri: quòd Sal ad Vngariam non debet alio modo dari, nisi quilibet Centenarius per quatuor gross. in floren. aureis: & floreni alio modo non debent recipi, nisi per septem Scotos grossorum. Causa est ista: quia Vngaris concutitur vnus bancus salis, qui valet duas Marcas: postea quando concussus fuerit, vix soluet vnum florenum cum medio ad Vngariam: & illud est damnum Zupparum, & illud tangit Zuppam Wie-

b De depositorio Cracouien & De Bochnen. Mercatorib.

g Ciuibus Bochnen. concedatur sal commune, propter pistores. & ad depositoriũ Craco. ducendum.

h Centenarius salis ad Vngariam quatuor gross. detur. Floren. autem non nisi per septem Scotos grossorum. recipiatur.

pam Wieliceñ. ¶ [p] Item Statuimus: quòd ſal quod datur è Zuppa Bochneñ. ad Czypſenſem Terram, quilibet Centenarius debet dari per quatuor groſſos in floren. aureis: Et quilibet florenus debet recipi per octo Scotos groſſorum. ¶ [q] Item ſi ferrum adducetur de Vngaria ad Zuppas pro ſale centenariato, tunc Statutum eſt: quòd quilibet Centenarius ferri, per Zupparium non debet alio modo recipi, niſi per ſeptem Scotos.

¶ [r] Item Statuimus: quòd homines, qui recipiunt ad Vngariã in Zuppa Wielicenſi ſal centenariatum, & ſi iſtud ſal ad Vngariam non deduxerint, ſed in graniciebus iſtud ſal vendiderint: extunc equos cum ſale vbi reperti fuerint perdere debent, omni occaſione poſtergata. ¶ [x] Item Statuimus: quòd ſi homines ad Terram Czypſenſem ſal de Zuppa Bochnenſi receperint, & ſi in Sandecz vel alijs graniciebus vendiderint, eandem pœnam debeant tolerare. ¶ [y] Item Statuimus: quòd quando equi domini Regis mittuntur ad Zuppam, tunc Zupparius aſſumptis equis, pro quolibet equo debet dare vnum coretum auenæ, dietim: & de fœno, & ſtraminibus omnem neceſsitatem: & numerum equorum fideliter conſcribere. ¶ [z] Item Statuimus: quòd quando accipiũt equos Regales ad Zuppam: tunc Zupparius tenetur ad quatuor equos ſeruare vnum ſubagazonem bene valentem, & eidem omnia neceſſaria in victu & amictu miniſtrare: & illa fideliter conſcribere: conſcripta rationiſtis enodare: vt illi conſiderent, quò ſumma pecuniæ Regalis deuenit. ¶ [b] Item Statuimus: quòd pauperes eleemoſinarij, qui ſunt in numero ſex in Zuppa Wielicenſi, & totidem in Zuppa Bochnenſi, cum pane, qui datur omni die pauperibus poſt miſſarum ſolennia, non debent poni ad rationem. Illud enim eſt confirmatum propter animas patris & matris domini Regis Kazimiri, necnon aliorum ſuorum progenitorum: & eiſdem pauperibus debet annuatim tribui conueniens amictus.

[p] *Centen. ſalis ℔ 4. gr. ad terra Cypſen. debet. flor. ℔ octo Scotis Groſſ.*

[q] *Centen. ferri Vngarici, in Zuppis nõ niſi 7. Scotis eſt ſolnendus.*

[r] *Vectores ſalis Wielicen. ad Vngariã ducẽtes ſal in medietate vendẽtes, equos cum ſale perdant.*

[x] *Sal ℔ terra Czypſin. ſeptẽ. ſi in Sandecz. etc. venditur, ſal & equi amittantur.*

[y] *Pro quolibet equo Regis vnus coretus auenæ dietim, cũ fœno et ſtraminibus ſufficientiam dare debet.*

[z] *Pro 4. equis Regis, vnus equiſo datis per Zupparium eſt tenendus.*

[b] *Eleemoſinarij in Zuppis non ſunt ad rationẽ per Zupparium ponendi.*

Sequitur venditio Zupparum.

ITem Statuimus: quòd ſi fuerint Zuppę venditæ per Dominum Regem ac ſuum Conſilium: tunc ille qui Zuppas emerit, debet ſal, quotquot inuentum fuerit diligenter conſcribere: & illud conſcriptum iuxta Statuta Conſilij acceptare. ¶ * Item Statuimus: quemlibet bancum non aliter à domino Rege acceptare in Zuppa Wielicenſi, omnibus computatis, videlicet Capiſterijs, cordis canapeijs, ſuberinis, non aliter niſi per quinque groſſos. In Bochnia verò niſi per ſex groſſos. ¶ [b] Item Statuimus: Sepi quotquot lapides inuenti fuerint, non debent alio modo computari pro parata pecunia, niſi ſecundum exigentiam fori. In minuto verò ſale, quilibet lapis per ſex groſſ. Item Statuimus: quòd ratio laminarum

Emens Zuppas ſal minutè conſeruat. et iuxta Statuta Cõſilij acceptet.

** Bãnus Salis in Bochnia per 6. gr. ℔ D. Regẽ acceptatur.*

In Vieliczkâ per quinque groſſ. omnibus computatis, ſcilicet Capiſterijs, cordis canapeis, ſuberinis. [b] Lapis ſepti non putari pro parata pecunia, quàm in foro: in minuto verò ſale, quilibet lapis per ſex groſſos.

Cunei

narum ferrearū debet computari quęlibet ſexagena, per vnam Marcam, in minuto ſale. ¶ *Item Statuimus: quòd cunei ferrei, quotquot in Zuppis reperti fuerint, non debent alio modo computari, niſi quilibet per mediū groſſ. ¶ Item Statuimus: quòd cordæ ſuberinæ alio modo non debēt computari, niſi quęlibet per octo groſſos. ¶ Item Statuimus: quòd cordæ Canapeæ alio modo non debent computari, niſi quilibet lapis per ſex groſſos. ¶ [a] Item Statuimus: quòd quilibet Zupparius qui emerit Zuppas à Domino Rege, tenetur tantū reddere de perceptis ſalis in numero ſepi, ac aliarum omnium rerum, quantum aſſumpſit: & ſi poſt reſignationem Zupparum ſui regiminis tantum ſicut percepit non dimiſerit: extunc omnia debet ſoluere Domino Regi cum parata pecunia. prout in ſale Bancato ac minuto, ac aliarū rerum extitit enodatum. ¶ Item Statuimus: quòd qui emerit Zuppas à domino Rege, non debet fouere Nobiles, ac dominos, prout prius eſt conſcriptū. Cauſa, ne mala conſuetudo ex eo committatur. ¶ Item Statuimus: quòd quilibet Zupparius, qui emerit Zuppas à domino Rege, non debet aliter dare bancum ſalis de ſex centenarijs, niſi per alteram dimidiam Marcam. ¶ [b] Item Statuimus: quòd bancum ſalis de octo centenarijs, Zupparius ſuis Mercatoribus ſalis, vt puta Regnicolis, non debet alio modo dare, niſi per duas Marcas. ¶ [d] Item Statuimus: quòd Zupparius extraneis hominibus, videlicet de terris alienis, ſuper dicas vnum bancum ſalis de octo Centenarijs, non debet in cariori foro dare, niſi per duas Sexagenas. ¶ [g] Item Statuimus: quòd quælibet Marca iuxta Statuta facit in dicis ſex menſuras minuti ſalis: & hoc fecimus Statutum ſalubre fideliter contaxatum: vt emptores ſalis, habeāt incrementum. Rex verò plenimodā vtilitatem. ¶ [h] Item Statuimus ex mandato antiquo Domini noſtri Regis Kazimiri: quòd ſi dominus Rex aliquem Principem, Nobilem, clauſtralē, cum aliquo banco ſalis donauerit: Zupparius non debet aliter computare bancum Domino Regi niſi per mediam Marcam: menſuram minuti Salis per quatuor groſſos. Centenarium in Wieliczká per ſex groſſos, in Bochnia per octo: vnam Thimam in vtraque Zuppa per fertonem. ¶ [q] Item Statuimus: quòd quilibet bancus ſalis qui exciditur in Bochnia, alio modo non debet computari Domino Regi in reſignatione Zupparum, niſi per ſex groſſos omnibus computatis. ¶ [x] Item Statuimus: quòd quilibet Zupparius, qui Zuppas emit à Domino Rege, in reſignatione ſui regiminis non debet, nec tenetur de ſale bancato plus deducere, niſi trecentos bancos, ad depoſitorium cōmune, id eſt forū Cracouienſe. Si autem plus deduxerit: vbicunque repertum fuerit: ſiue in domibus, ſiue incauernis, ſine in ſtabulis:

*Cunei ferrei, in Zuppis reperti, non niſi per mediū gr. computandi.

[a] Zuppas emēs tantū reddat ſalis, ſepi, ferri, et & aliarū rerū, quantū percepit. alias tenetur D. Regi pecunia parata ſoluere omnia.

[b] Bancus ſalis, de octo cētenarijs, nō niſi per duas Marcas Regnicolis detur.

[d] Bancus ſalis, de octo cētenarijs, nō niſi per duas Sexagēas extraneis debet dari.

[g] Sex menſura ſalis minuti faciunt vnam Marcā iuxta Statuta.

[h] Bancus ſalis alicui dōatus, nō niſi per mediam Marcā. menſuca ſalis minuti p q̄tuor gr. Centenari⁹ in Wieliczká, per 6. groſſ. In Bochnia, per 8. groſſ. Thima in vtraq. Zuppa per Ferton.

D. Regi in rationē cōputādi.

[q] In reſignatione Zupparū, bancus ſalis in putandus.

Bochnia non niſi pro ſex groſſ. D. Regi eſt computandus.

[x] Zupparius in reſignatione ſui regiminis, non niſi trecentos bancos ad forum Craco. ducere poteſt. aliàs ſale & omnib. bonis per Regem priuandu.

bulis: illud sal totum debet recipi pro Camera domini Regis: & Zupparius debet omnibus bonis priuari: nisi excepto quòd Zupparius haberet de mandato domini Regis. ¶ Item Statuimus: quòd quilibet Zupparius, siue sit ille qui ad fideles manus tenet Zuppas, siue sit emptor Zupparum, non debet domino Regi bancum computare, nisi per quinque grossos in Wieliczká: in Bochnia verò per sex, sepo, & omibus alijs rebus largo modo computatis. ¶ * Item Statuimus: quòd Eleemosinarij per dominũ Regem Kazimirum stabiliti, per Zupparium qui emerit Zuppas, non sint in ratione computandi. ¶ n Item Statuimus: quòd Zupparius qui emit Zuppas, non tenetur plures equos Regales ad Zuppas recipere, nisi quantum in Conuentione Zupparum est expressatum: & ad illos equos, qui sunt in emptione expressi. ad quatuor equos vnum famulum realem conseruare, & eidem famulo victum & amictum ordinare: & illa non debent poni ad rationem Regalem. ¶ o Item Statuimus: si plures equi Regales ad Zuppam adducti fuerint, quàm expressatum est in venditione Zupparum: extũc pro quolibet equo debet dari vnus coretus auenæ per dierium, cum fœno & straminibus: & illud computari. sicut in foro emptũ fuerit. Et pro quatuor equis unus famulus, & famulo expensas tribuere: & illas computare septimanatim per sex grossos. & illa debent poni ad rationem. ¶ p Item Statuimus perpetuis temporibus: quòd quilibet Zupparius qui emerit Zuppas, debet domino Regi dare necessaria omnia, & dominæ Reginæ, & toti familiæ: & pabulare equos & alia necessaria dare semel in anno, in vtraque Zuppa: & Zupparius tenetur donare dominum Regem cum Centum florenis aureis, & dominam Reginam cum quinquaginta: & illa non debent poni ad rationẽ Zupparum. ¶ b Item Statuimus: quòd Zuppæ non debent remissius vendi, nisi pro decem & octo millibus Marcis: medietas grossorum, medietas quartensium sine vsualis moneta: sicut sunt venditę proprio ore per dominum Regem Kazimirum, Trutloni, Leskoni Iudæo, Henselburg, Bárthkoni Monetario, & Arnoldo Velkier: quia in vna septimana fuerat quadruplex mutatio Zupparіorum, quia vnus alium in pecunia superauit.

Zupparius in Wieliczká bancũ non nisi per 5. gross. In Bochnia verò per 6. gross. D. Regi computabit: sepo et alijs largè computatis.

** Eleemosinarij a Rege stabiliti, non sunt in ratione per Zupparium emptorẽ computãdi.*

n Emens Zuppas, non tenetur plures equos quam in conuentione expressum est, tenetur recipere. et pro quatuor equis famulum realem tenere.

o Equis pluribus per ciuem adductis dandi pro quolibet equo coretus auenæ, fœni et stramina iuxta forũ in ratione computãda. Pro 4 equis, famulus dandus: cui expensa per 6. gross. septemanatim sunt computãda.

p Statio Regi & Reginæ, per Zupparium in vtraque Zuppa annuatim danda: et Regi, cẽtũ, Reginæ quinquaginta flor. donandi.

b Zuppæ remissius quàm pro 18. millibus Marc. vendi debent.

Sequuntur Iura Officialium.

ITem Statuimus Iura Officialium: primò Vicezuppario datur media Marca qualibet septimana. Item Stigario in Bochnia vnus Ferto. Item Stigario in Wieliczká septem Gross. Item Pensatori in Wieliczká septem Grossi, & tertia pars pensæ. Item Pensatori in Bochnia sex grossi, & quarta pars Carbariatus. Item in Wieliczká Carbario septem gross. Item Procuratori in Wieliczká septẽ grossi, & omnes paruæ cutes. Item Pro-

Salaria cuiliz-

bet Officiali septimanatim data enumerantur.

curatori in Bochnia sex gross. Item Pincernæ duos gross. Item Vice-procuratori duos grossos. Item cuilibet Sagittario quatuor grossos. Item Coco quatuor gross. Item Subcoco duos gross. Item illi qui lauat scutellas duos gross. Item Portulano duos grossos. Item Camerario qui sal furatũ temptat quatuor gross. Item Vicethesaurario qui cisticulam portat duos gross. Item Calefactori duos gross. Item illi qui tegit mensas duos gross. Item illi qui syluas custodit quatuor gross. ¶ Item Statuimus omnibus prædictis Officialibus annuatim dari duplicia vestimenta: videlicet æstiualia & hyemalia: & quolibet mense vnicuiq; sotulares. ¶ Item Statuimus: quòd quittationes Principum, Nobilium, Dominorum Præsbyterorum, & cuiuscunq; conditionis extiterint, Zuppario non debent præsentari: exceptis quittationibus salis: quia tunc illas quittationes salis Zuppatius tenetur expedire. ¶ Item Statuimus: quòd Dimetrius Vicethesaurarius omnes quittationes Principum, Nobilium, Dominorum, ac cuiuscunq; conditionis extiterint, in pecunijs debet expedire: & pecuniam Zuppario recipere, & ab omnibus Capitaneis, Procuratoribus totius Regni Poloniæ: & illam ad thesaurum deponere, & eam distribuere: prout sibi dominus Rex commiserit, & demandabit.

Duplicia vestimenta, scz. æstiualia et hyemalia Officialib. danda.

Quittãtie salis dãda sunt p Zuppatiũ fore expedienda.

Quittantie pecuniarie p Vicethesaurariũ fiunt expediendæ.

Sequuntur Jura Dominorum in Zuppis, quæ non debent poni ad rationem.

Centũ Marc. p Capitulo Crac.

Centũ Marc. pro Capitulo Gnesnen.

Præbendario Zuppæ Bochnẽ quolibet q̃rto lũni, 2. Marc. habeat, et vnũ vestimentũ in anno, cum famulo.

Plebanus Bicinensis septimanatim vnã Marc. habet.

Plebanus in Wieliczka vnum coretũ salis minuti habet.

Plebano de Collocelarij 5. Marc. cum 8. vlnis panni, & vna thuna datur.

ITem Capitulum Cracouien. debet habere centum Marcas.
Item Capitulum Gnesnen. debet habere centum Marcas.

¶ Item Præbendario in Zuppa Bochnen. videlicet S. Stanislai, quibuslibet quatuor temporibus dantur duæ Marcæ. & non plus: & debet habere vnum famulum in montibus, & vnum famulum ad altare ministrantem. Qui Præbendarius & famulus debent habere vestimentum à Zuppario vnum in anno, & nullum equum in Zuppis seruare debet.

¶ Item, Plebano in Bochnia datur omni septimana vna Marca.

¶ Item Plebano in Wieliczká, datur omni septimana vnus coretus minuti salis.

¶ Item Plebano de Collocelarij dantur quinq; Marcæ cum octo vlnis panni breuis de Thuna.

¶ Item Plebano in Niepołomicze, dantur annuatim quatuor lapides sepi & totidem ceræ.

¶ Item Vicearijs Ecclesiæ Capituli Cracouien. dantur annuatim sexaginta sex mensuræ salis minuti.

¶ Item Hankoni dicto Steberim de Wieliczká, & suis veris & legitimis hæredib

Plebanus in Niepolomice quatuor lapides cere & totidem sepi annuatim habet. Vicarij Ecclesiæ Crac. Carl ed. al. 66. mensuras salis minuti annuatim. Hankoni cum suis successorib. pro Magistro in Wieliczka super Carbaria 30. Mar-

hæredibus & succeſſoribus, Iure hæreditario, ſuo pro Magiſterio, ibidem in Wieliczká ſuper Carbaria, damus triginta Marcas ſingulis annis, temporibus perpetuis duraturis: & iſta non debent ad rationem poni.

¶ Item ſal bancatum quod datur monialibus Wratiſlauiam.

¶ Item ſal ad caſtra Domini Regis ſiue bancatum ſiue minutum, iſta omnia non debent ad rationem poni.

¶ Item in præſentia totius Conſilij Dominus Ioannes, Caſtellanus Cracouien, cum fratre ſuo Domino Raphaële herede de Tharnow, monſtrauerunt quaſdam literas magiſtratus montium in Bochnia, videlicet ſuper montem Cracou. in quibus literis continebatur: quòd deberent habere ſeptimanatim vnam ſexagenam groſſorum: quæ literæ per Dominum Regem Kazimirum ac totum Conſilium omnimode fuerũt annullatæ. Et ideo præcepit dominus Rex: quòd perpetuis temporibus nullus dominorum debet aliquem cenſum habere in Zuppis: niſi illi qui ſunt in Regeſtro conſcripti, & finaliter per conſilium confirmati. Nam illi qui ſecus fecerint, collo & bonis debent omnimode priuari.

ce, ſpetuò dãtur annuatim.

Sal bancatũ pro monialibus Vratiſlauien.

Sal bancatũ & minutũ, pro Caſtris R. M. non ponendum in ratione.

Nullus Dominorũ habeat ius cẽſum in Zuppis præterq; in Regeſtro ſcripti. alias collo & bonis priuãdus.

Sequuntur Jura Succamerarij.

ITem Statuimus: quòd Succamerarius quando Zupparius introuiſat ad Zuppas, tunc Zupparius ratione ſui Officij tenetur ſibi dare vnum ſtamen Machliceñ. Si verò Zupparius ſtamen non habuerit: tunc loco ſtaminis, debet ſibi dare decem Marcas.

Zupparius ratione introuiſationis Succamerario debet vnũ ſtamẽ pãnis Machlicen. alias decẽ Marcas dare.

¶ Item Statuimus: quòd Succamerarius non debet intrare Zuppas, ne ipſas impediat: ſed debet deſcendere ad hoſpitium: & neceſſaria ſibi per ſeniores ſectores, videlicet vna menſura auenæ, octo pulli, ſexagena panis, medium quartale carnium bouinarum cum potu debeãt miniſtrari. quia hoc Statutum eſt: vt Zuppa per eum non impediatur.

Succamerarius nõ debet deſcendat, neceſſaria hic deſcripta prouidendus.

¶ Item Statuimus: quòd Succamerarius nullum hominem in Zuppa permanentem præſumpſerit iudicare: & nullum equum in Zuppis ſtabilire, niſi equum ſui famuli Camerarij de tribus Marcis. Si idem equus ſeruitijs Zupparum defecerit: extunc Zupparius loco illius equi debet alium ordinare.

Succamerarius nõ iudicet hominẽ in Zuppis manẽtem.

Equũ in Zuppa Succamerarius nõ ſtabilit. præter equũ famuli de tribus Marc. quo deficiente Zupparius aliũ loco eius ordinet.

¶ Item Statuimus: quòd idem Succamerarius ad feſtum Sancti Ioannis Baptiſtę debet eligere Conſules in Wieliczká, & ſeniores ſectores. In Bochnia verò in feſto Circumciſionis domini: & illos iuxta Iura eorum iudicare.

Succamerarius ad feſto ſancti IOannis Baptiſtæ, Conſules in Wieliczká & ſeniores ſectores: in Bochnia verò pro feſto Circumciſionis D. *eligat.*

¶ Item Statuimus: quòd nullus ſiue ſit magnus ſiue paruus, præſumat Zuppas impedire ac eas intrare:

Nullus Zuppas impediat nec intret, præter Succamerarium qui in quatuor equis pro pecunijs venies põt intrare ſub pena bonorum & colli.

Succamerarius ſub pena bonorum & colli non debet intrare Zuppas.

intrare: nisi tantummodo Dimetrius Vicethesaurarius cum quatuor equis: dum venerit pro pecunijs à Zuppario assumendis. sub pœna colli: & omnium bonorum.

Sequuntur Iura Zupparij.

Zupparius non nisi coram Rege de annulo suo citatus respondeat.

ITem Statuimus: quòd nullus Zuppariorum de se querulanti debet respondere, nisi coram domino Rege: dum per ipsius annulum fuerit euocatus.

Familia Zuppæ, dumtaxat à Zupparijs iudicanda.

¶ Item Statuimus: quòd nullus viuentium debet iudicare familiam Zuppæ, nisi solus Zupparius.

Sequuntur Iura Sectorum.

Sexaginta sectores, alias Stolnicy, in vtraq. Zuppa laborib. deputãtur.

ITem Statuimus sic volentes: quòd in vtraque Zuppa, videlicet Wielicensi, & Bochnensi, tantummodo debent laborare sexaginta sectores, qui nominantur in vulgari *Stolnicy*, famulis hospitalibus inclusis, & non plus. Causa est ista, quòd si plures laborarent, mõtes sale citius euacuarentur.

Initium laborũ à festo S. Martini ad festum Pentecost. necessitate immẽse, à festo tãdẽ S. Michaelis ad festũ prænotatum.

¶ Item Statuimus: quòd idem sectores debent laborare continuè à Festo Sancti Martini, vsque ad festum Penthecostes. Si autem necessitas fuerit: tunc debent laborare à festo Sancti Michaelis vsque ad festum prænotatum. Et ijdem sectores debent obedire Zuppario & Stigario, quotiens fuerit oportunum.

Sector sal destruẽs, à Stigario puniendus.

¶ Item Statuimus: Si aliquis sectorum rebelliſando sal suum destruxerit: extunc Stigarius debet eum punire sibi montes abnegãdo tam diu, quousque à Zuppario & Stigario veniam impetrabit.

Tragarius negligens vel rebellis, per Stigarium puniendus.

¶ Item Statuimus: quòd omnes Tragarios rebelles, quotienscunque crimen commiserint, seu laborare noluerint, extunc idem Stigarius debet eos de laboribus destituere, & alios loco ipsorum ad labores ordinare.

Sequuntur Iura Magistrorum Montium.

Magister mõtium, nullum censum de Zuppis habiturus.

ITem Statuimus: quòd Magister montium, non debet aliquem censum habere de Zuppis, neque septimanalem, neque annualem: nisi tantummodo famulos, quos ab antiquo in montibus habuit: & eos proprijs pecunijs salariare secundum consuetudinem montium, pecunijs quas de bipenne acquisiuit.

Carpentario septimanatim 1. Fert. cũ victu & amictu debetur.

Et Carpentario montium, loco ipsius qui proprijs manibus laborat in montibus, debet dari septimanatim vnus ferto, cum victu & amictu, prout cæteris Officialibus.

Duo fornatores in quolibet mon-

¶ Item Statuimus: quòd in quolibet monte, debent poni duo fornatores pro

tores pro sale quærendo: & illud quod per fornatorem in omnibus quatuor angulis acquisitum fuerit, debet obseruari cum optimis parietibus salis. ¶ Et quando sectores proprijs laboribus fecerint: tunc Zupparius unà cum Magistro montium, debet eis fornaces cum parietibus largiri: & nulla munera ab eisdem acceptare: quia illud est donum Dei, & non Magistri montium.

monte pro sale quærendo ponendi.

Sectoribus proprijs laboribus deferentibus, Zupparius cum Magistro montium, debet eis fornaces cũ parietib. largiri.

Ad idem.

HArum testimonio literarum quibus Sigillum nostrum est appensum.

Ad idem.

NOS verò Sbigneus, miseratione diuina Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli sanctæ Priscæ Presbyter, Cardinalis, & Episcopus Cracouien. Wladislaus Dei gratia Sanctæ Ecclesiæ Gnesnen. Archiepis. & Primas. Ioannes eadē gratia Wladislauien. Andreas simili gratia Posnanien. Episcopi Ecclesiarum. Ioannes de Czyzow Castellanus & Capitaneus, Ioannes de Thánczyn Palatinus Cracouien. Lucas de Gorká Posnanien. Ioannes de Olesznicá Sandomirienſis, Albertus de Male Lancicien, Ioannes de Krethkow Brestheñ, Palatini. Ioannes de Konieczpole Regni Poloniæ Cancellar. Predborius de ibidem Castellanus Sandomirien, Creslaus de Kurozwiánki Lublineñ. Laurentius Zarembá Siradienſis, Petrus Skorá de Gay Calisienſis, Staniſlaus de Ostrorog Gnesnenſis, Nicolaus de Ossolin Woynicenſis, Nicolaus de Wurzymow Brestenſis, Petrus de Czurow Sandecen, Hincza de Rogow Rosperien. & Regni Poloniæ Vicethesaurarij: Nicolaus de Wirbiásko Dobrinen. Gregorius de Bránicze Radomien. Ioannes de Bnin Miedzyrzeczen, Nicolaus de Wisnicze Leopolien, Nicolaus de Zákrzow Wislicienſis, Stephanus de Opporow Brzezineñ. Petrus de Strykow Iuniwladislauien. Ioannes de Bobrká Bieczen. Albertus de Michow Záwichostenſis, Nicolaus de Prochnicze Premislien. Ioannes de Kurhahnizet Halicien. Borko de Osiczno Naklenſis, Castellani: Nicolaus de Brzezie Regni Poloniæ Marssalcus, Ioannes de Pilcá, Bárthosius Obulecz de Borá Cracouien. Nicolaus de Wiszmutow Sandomirien. Thomas de Sobothá Lancicien. Iudices. Petrus Száfránicz Cracouien. Ioannes de Czarnkow Posnanienſis, Nicolaus Powálá de Mágnuszow Sandomirien, Petrus de Brudzow Calisien. Ioannes Kuropatwá de Lákuchow Lublineñ. Michael de Lásotki Dobrineñ. Nicolaus Bolá Iuniwladislauien. Succamerarij: Ioannes Biezad de Morsko Cracouien. Nicolaus de ibidem Sandomirien. Nicolaus de Noykow Sandecen. Vexilliferi. Nicolaus Subiudex Sandomirien. Cæteriq; Prælati & Barones, Dignitarij, Nobiles, & Proceres, in hac conuentione generali

Consiliarij Regni Polon. approbant Statuta per Kazimirum sertissima confirmata: Sigillorum appensione.

Petricouien. congregati: innitentes approbationi confirmationiq; præfati Sereniſsimi domini noſtri Regis Statutorum ſupradictorum, Sereniſſimi Domini diuæ memoriæ Regis Kazimiri eadem Statuta velut hic habentur inſerta, per omnia approbantes, in omnibus punctis, articulis, & clauſulis, firmiter attendemus, cuſtodiemus, & ſeruabimus: & nunquam illis verbo aut facto contraueniemus. Vnde & Sigilla noſtra præſentibus iuſsimus appendi, in robur firmitatis & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum. Actum in Conuentione Petricouiæ feria quinta infra octauas feſti Pentecoſtes. Anno domini 1451. præſentibus Dominis ſupradictis. Datum per manus Magnificorum Ioannis de Konieczpole Regni Poloniæ Cancellarij, Prædicti Petri de Szczekocin eiuſdem Regni Vicecancellarij nobis ſyncerè dilectorum.

Similis alia confirmatio prædictorum de ſalinis Statutorum.

Folio 83. IN Nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error obliuionis geſtis ſub tempore verſantibus pariat detrimentum: alta Regum & Principum decreuerunt conſilia, ea literarum apicibus, & teſtium annotatione perennare. Proinde nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, &c. Ruſsiæq; Dominus & hæres. Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis præſentibus & futuris, præſentium noticiam habituris. Etſi ex debito Regalis munificentiæ, ad omnium ſubditorum commodum & profectum oculo conſiderationis intendere debeamus: propenſior tamen ſolertia circumſpectionis, ad augmentum Theſaurorum & prouentuum Regni noſtri incumbit: ex quibus Regni & ſubditorum commodis debitè valeamus prouidere. Cùm igitur Zuppæ noſtræ Bochnen. & Wieliczen. pars notabilis prouentuum & Theſauri Regni noſtri exiſtit: quæ hactenus propter nimiam & continuam Nobilium, & diuerſarum perſonarum frequentationem, & ſalis elaborationem, in notabili ſui parte deſolationem & iacturam, ſuſceperunt. Quodq; neq; Zupparius neq; ſui Officiales regimini & laboribus intendere valuerunt, hoſpitum voluntati intenti. Et niſi eis tempeſtiuè ſubueniatur, verendum eſt, ne in ruinam & iacturam ponantur. Volentes igitur huiuſmodi ruinæ & iacturæ ſubuenire: vt circumſpecti Principis eſt, ex præteritis habere memoriam & intentè conſiderationis oculum ad futura, & tandem ad ſingula ſalubri diſpoſitione dirigere: vt dum omnia proſpexerit ſapienter. imitantes veſtigia prædeceſſoris noſtri diuæ memoriæ domini Kazimiri Regis Poloniæ: qui præfatum Theſaurum Zupparum, in capite & in membris, ac in omnibus prouentibus, ordine, diſpoſitione, & terminis ordinauit, & regulauit: atque perpetuis temporibus huiuſmodi ordinationem tenẽdam,

ſeruan-

seruandam, & custodiendam statuit & diffiniuit. Ne igitur nos, aut quẽquam subditorum nostrorum ab huiusmodi sui ordinatione, & dispositione recedere, aut eidem per ignorantiam contrauenire contingat, Statuimus: & præsenti edicto in robur maioris firmitatis declaramus: ipsius Domini Kazimiri Regis Statuta & ordinationes, quæ in nostro Regali seruantur Thesauro, in omnibus & per omnia, secundum regulationem & ordinationem suam debeant teneri, perpetuis temporibus duraturis. Et quæ quidem Statuta, hic habentes pro insertis, in omnibus suis punctis, articulis, conditionibus, & clausulis, ratificamus, approbamus, & cõfirmamus. Harum testimonio literarum quibus Sigillum nostrum est appensum. ¶ Nos verò Wladislaus, Dei gratia Sanctæ Gnesnensis Ecclesiæ Archiepiscopus, & Primas. Ioannes eadem gratia Wladislauien. & Andreas simili gratia Posnanien. Episcopi. Necnon Ioannes de Czyzow Capitaneus & Castell. Cracouiensis. Lucas de Gorká Posnanensis, Ioannes de Olesznicà Sandomirensis, Abertus de Mali Lancicensis, Ioannes de Krethkow Brzesthen. Hryczko de Porzány Podolię Palatini, Ioannes de Konieczpole Regni Poloniæ Cancellarius, Predborius de ibidem Sandomirensis, Ioannes de Pilcá, Stanislaus de Ostrorog Gnesnensis, Nicolaus de Borzymow Brzestensis, Petrus Skorà Calisiensis, Laurentius Zarembá Siradien, Creslaus de Kurozwiáki Lublinensis, Nicolaus de Ossolin Woyniczensis, Petrus de Kurow Sandecensis, Nicolaus de Wirzbisko Dobrinensis, Gregorius de Brànice Radomiensis, Ioannes de Bnin Miedzyrzeczen. Nicolaus de Wisznicze Leopolensis, Nicolaus de Zákrzow Vislicen. Stephanus de Opporow Brzezinensis, Petrus de Strijkow Iuniwladislauien. Ioannes de Bobrká Bieczen. Andreas de Michow Zawichosten. Nicolaus de Prochnik Præmislensis, Ioannes de Kniahnicze Halicensis, Borko de Osiczno Naklensis, Castellani: Barthosius Obulecz de Gorà Cracouiensis, Nicolaus de Wiszmutow Sandomirensis, Thomas de Sobotà Lancicensis, Iudices: Ioannes de Czarnkow Posnanien. Petrus de Opporow Lancicensis, Petrus de Brudzow Calisiensis, Ioannes Kuropáthwá de Láczuchow Lublinen. Michael de Lasothki Dobrinensis, Nicolaus Kolá Iuniwladislauiensis, Succamerarij: Ioannes Brzyzath de Mokrsko Cracouiensis, Nicolaus de ibidem Sandomirensis, Ni- Nicolaus de Moykow Siradiensis, Vexilliferi: Nicolaus de Pánkow Subiudex Sandomirensis. Cæteriq; Prælati, Barones, Dignitarij, Nobiles, & proceres in hac Conuentione generali Petricouiensi congregati. Innitẽtes approbationi, confirmationi, præfati Sereniſsimi Domini Regis Statutorum supradictorum, Sereniſsimi diuæ memoriæ Domini Regis Kazimiri eadem Satuta velut hic habentur inserta, per omnia approbantes in omnibus punctis, articulis, & clausulis, firmiter attendemus, custodiemus &

Nomina omnium & singulorum Regni Prælatorum, Dignitariorũ, & Officialium, supra scripta Statuta Zupparum approbantium.

mus & ſeruabimus: & nunquam illis verbo aut facto contraueniemus: vnde & Sigilla noſtra præſentibus iuſsimus ſubappendi, in robur firmitatis, & teſtimonium omnium, & ſingulorũ præmiſſorum. Actum in Conuentione Petricouienſi, feria quinta infra octauas Penthecoſtes. Anno Domini 1451. præſentibus dominis ſupadictis. Datum per manus Magnificorum Ioannis de Konieczpole: Regni Poloniæ Cancellarij, & Petri de Szczekocin eiuſdem Vicecancellarij nobis ſyncerè dilectorum.

De Sale forenſi & aduectitio Statutum innouatum.

Albert. Petric. 496. Fol. 102.

ITem licèt genitor noſter ſtatuerit, certi tenore Priuilegij ſuper ſal forenſe ſcripti, quod terris infertur: quibus non eſſet inferendum, qualiter videlicet areſtandum, qualiterque in Areſtatione agendum eſſet: tamen cùm modernis temporibus Officiales excedere viderentur limites ſui Officij, ac Conſtitutionis, & priuilegij illius, nonnihil committentes temerè & iniuriosè etiam contra tenorem Priuilegij: idcirco Statutum illud, tanquàm Officioſum, & rationabile, his noſtris de verbo ad verbum decernimus neceſſariò inferendum, ſic videlicet. ¶ Quia conſiderantes theſaurum Regni noſtri communem in Zuppis Cracouien. continuò decreſcere & minui, propter ſalis forenſis & aduenticij in Regnum noſtrum, & præſertim in partes Maioris Poloniæ licentioſam introductionem: quod incolis illarum partium paſsim & liberè præter veterem ordinationem, ad vſum eorum communem propinabatur, in detrimentum Reipub. & Zupparum Wielicen. & Bochnen. deſtructionem. Igitur cũ conſilio communi Conſiliariorum omnium noſtrorum ad infraſcriptam deuenimus Sententiam, & ordinationem: vt ſal Wielicen. & Bochnen. Zupparum, per omnes Regni incolas cuiuſcunque ſtatus exiſtant edatur, & propinetur. ¶ Nec quiſpiam extraneum ſal, in domo, vel hæreditate ſua audeat habere, comedere, vel conſeruare, ſub pœna 14. Marcarum, totiens quotiens repertum fuerit, irremiſsibiliter perſoluenda. Terras tamen Ruſsiæ (vbi ſal proprium eſt) hac obligatione & Statuto volumus eſſe exceptas. ¶ Quæ quidem pœnæ per Capitaneos locorum pignoratione mediante exigantur, more conſueto, vſque ad intromiſsionem in ea bona, in quibus ſal forenſe repertum eſſet: quæ intromiſsio teneri debet vſque ad integram ſatisfactionem pœnarum & damnorum.

¶ Quòd ſi apud quencunque Nobilem, Spiritualem, vel Secularem, cuiuſcunque ſtatus & conditionis fuerit, quotienſcunque præfatum ſal prohibitum, in domo vel in curia repertum fuerit: ille totiens irremiſsibiliter dicta pœna Regali 14. Marcarum puniatur, & ad ſolutionem eius, modo quo ſupra compellatur. ¶ Si verò apud Kmethonem inuentum fuerit:

Hic inſertum eſt de ſale Statutum: vt conſtetur in Statuto Kazimiri.

Sal aduectitiũ ſub pœna xiij. Marcarũ prohibitum. terris Ruſſiæ exceptis.

Pœna ſalis, qualiter p Capitaneos exigenda.

Pœna xiij. Marcarum in eum apud quẽ ſal repertum eſſet.

Pœna contra Kmethonẽ, pro ſale

fuerit: totiens quotiens id fecerit idem Kmetho pari pœna puniatur: vbi verò mediante pignoratione pœnam soluere non curauerit: extunc hæredis contradictione non obstante (qui taliter subditos suos tenere debet, vt non sint pœnales) bona dicti Kmethonis per Capitaneum poterint, & debent confiscari, ad pœnæ valorem extimanda. Residuum verò quod supereſſet in bonis relinquatur pro Kmethone. Vbi verò bona Kmethonis non sufficerent pro pœna soluenda: extunc idem Kmetho debet mãcipari & vinculis detineri, vsque ad debitam pœnæ exolutionem.

Sale apud eum reperto.

¶ Casu verò quo in Ciuitatibus & oppidis, apud quascunque personas, sal tale compertum fuerit habitum, comestum, vel propinatum & conseruatum, Consules dictarum Ciuitatum in simili 14. Marcarum pœna puniantur. quæ ciuitates & oppida, cum eorum incolis cum inter se ordinem seruent: vt extraneum sal in detrimentum Reipub. Regni nostri apud eos non habeatur, propinetur, vel conseruetur, clam vel apertè.

In Ciuitatibus & oppidis si sal repertum fuerit, eandem debeant punire.

Quapropter Nos Ioannes Albertus Rex Decernimus: vt eo ipso ordine Decreti paterni, Statutum de sale obseruetur æuiternè. Et si illi qui ad recipiendum aliâs arestandum sal pro tempore deputantur, aliter in reperiendo, arestandoque sale, & trãsgressores puniendo processerint: extunc Decernimus secus facientes, pœna 14. Marcarum puniendos: pro qua coram Palatino Terræ lociq; illius, comparere, respondereq; & iuxta Decretum eius illam Palatino soluere debeant, more Terrestris Iuris exigendam. Et si impossessionati fuerint, habebit, & habeat ipse Palatinus facultatem ipsos captiuandi, detinendiq;, tanquam Iuris, æquitatisq. communis violatores: non mittendo eosdem, donec aut pœnam illam soluerint, aut cautionem pro se dederint ad soluendum.

Arestatores Salis si excederint contra Statutũ arestanda, per Palatinus terræ illius indicabũtur, & detinebuntur: vsque ad pœnæ solutionem.

De non admittendo Sale externo.

Sigism. Crac. 1510. Fol. 10.

NOuas adinuentiones abrogando, de consilio Consiliariorum nostrorum quæ anteactis temporibus constituebantur, Thesauro communi contrarias, salem Cracouien. in pristinum statum & ordinem, Statutis vetustis innitentes, reducendum decernimus, ne Zuppæ Cracouien. periclitentur in detrimentum Reipub. atque ideo innitentes vetustis Cõstitutionibus, Mandamus omnibus Capitaneis, quatenus debitum Officij sui exerceant in prohibendo peregrino, & extraneo sale, quodcunque duceretur ad ea loca, vbi vsus salis Cracouiensis esse consueuit: sub pœnis super Capitaneos tam oppignoratos Capitaneatus habentes, quàm liberos iampridem constitutis.

De Salis libera, ductura, vendicatione. Item de ciſtis Salis abolitis.

Ioan. Albert 1496. Fol. 104. ITem crebris moti querelis ſubditorum noſtrorum ſuper cariſtia ſalis; in Terris Maioris Poloniæ, & Cuiauiæ ſæpius contingeñ. tametſi certi vectores, ad certa loca cum ſale minuto ire illudq́ue in ciſtis oppidorū deponere conſueuerunt: tamen abolentes ciſtarum earund em depoſitoria, Statuimus: vt vectores ſalis vbique in areſtis & prohibitionibus: ſale ducto eant, illudq́; vel in ciſtis deponendo vel non deponendo, aut in curribus ipſis tenendo, vbi eis videbitur, faciendum, diebus & horis conſuetis, iuſto pretio in ciuitatibus, oppidis, atque villis, vendant ementibus vbiq;, adeò libere, vt in nullis locis ad ponendum cogi poſsint: Saluis tamen foralium ſolutionibus pœnam certam 14. Marcarum conſtitueñ. ab illis, qui aut vecturam, aut venditionem ipſam prohibere niterentur, per nos noſtroſque Capitaneos exigendam.

De ſale vehendo ad illas terras, ad quas nauibus demitti ſolet: quod vt Nobilitati iuſto pretio vendatur, Palatini prouidebunt.

Sigiſm. Petric. 1511. Fol. 19. ITem promittimus copiam ſalis nos eſſe deuecturos ad omnes illas terras, ad quas nauibus deportari ſolet: vt quæq́; prædictarum terrarum ſale antiquitus vti ſolito, & nunc copioſè vti poſsit: & vt iuſto pretio à Mercatoribus, Nobilitati, & vulgo vendatur, Palatinorum cura erit prouidendum.

Sal externum ac Marinum, ne in Kráiná quoq; & Paluki inferatur, Capitan. prouidebunt: Ruthenico verò ſali Bydgoſtiæ depoſitorium: ſimulq; æſtimatio imponitur.

Sigiſ. Bydgoſt. 1520. Fol. 27. ETiam innitentes veteri Statuto de extraneo ſale edito, commodo fiſci noſtri Regij & Reipub. prouidentes, prohibemus vſum ſalis extranei cuiuſcunque, tam Halleñ. quàm grandinoſi: hoc eſt *Krupiáſtey*: quod per mare adduci ſolet, in locis vniuerſis terrarum Maioris Poloniæ. In quibus ex antiqua conſuetudine vti ſolitum erat eodem ſale. Deinceps verò ſale noſtro Regio Ruthenico, loco illius extranei vtantur: ita tamen quòd Ruthenici ſalis depoſitorium Bydgoſtiæ conſtituemus: vt ex eodē Bydgoſtieñ. depoſitorio, ad loca illa in quibus extraneo ſale vti ſolitum erat, pretio porrigatur. De quo ita conſtituimus: vt in eodem depoſitorio ſingulæ tunnæ ſalis bene refertæ, tantæ quantitatis, vt ſal noſtrum Regium Thorunij vendi ſolet vna ſcilicet Polonicali Marca pecuniæ emantur. Quia verò huiuſmodi porrectio ſalis Ruthenici ad depoſitorium Bydgoſtienſe non poterit tam propere fieri, concedimus, & admittimus: vt interim ſale illo ſolito extraneo vtantur: quoad illius tandem vſum vetare commiſe-

commiserimus: & Capitaneis eum submouere præceperimus: vt pote cũ salis Ruthenici sufficientia huc ad depositorium Bydgostiense conuecta fuerit. Publicatum verò esse debebit sex septimanis antequam vsus salis illius extranei cessabit: vt illud omnes diuẽderent, nec eo amplius vterentur: tali modo, à die publicationis post decursum sex septimanarum, nemo illud in Regnum inuehere, sub amissione bonorum omnium & mercium suarum, & nec quisquam eo vti audeat: sub pœna 14. Marcarum pecuniarum, per eos apud quos repertum fuerit, irremissibiliter soluendarum: Etiam considerantes: quòd licet constitutum fuerat, vt in Kráyná & Páluki vniuersi incolæ, sale de Zuppis Cracouien. vti deberent: compertum tamẽ habeñ. rarò, vel potiùs nũquam sale ipso nostro Cracouien. sed extraneo vulgariter *Krupiáſta* dicto vti, non sine incommodo nostro, & grauitate Zupparum nostrarum. Itaque Statuimus: vt deinceps ipsi subditi nostri de Páluki, & Kráyná sale nostro Ruthenico, ad instar aliorum subditorum nostrorum, vbi sal Saxonicum vendi consueuerat, pretio superiùs expesso vtantur, sub pœnis superiùs expressis.

Sal solito pretio venditur: eiusq; copia esse debet.

SAlis venditionem, & eius administrationem, recipimus ita nos procuraturos esse: vt & sal pretio solito vendatur: & copia illius, quoad fieri poterit, vbique habeatur. *Sigism. Crac. 1543. A 4.*

SIMILIS. Sufficientia salis, omnia dominia nostra prouidebimus: iuxta Iura eo nomine conscripta. *Sigism. Augustus 1550.*

Attamen tunna salis transmarini in scapham Gedano recipiatur.

TAmetsi verò Statutis Regni prohibitum est: ne sal transmarinum in Regnum inferatur: nihilominus indulgentes in ea re subditis nostris, permittimus illis: vt in scaphis, quæ Gedano reuertuntur, ad vsum nautarum seu familiæ circa eaidem existentis, tunna salis recipiatur in quamlibet scapham. *Sigis. Augustus. Varsa. 1550.*

SECRETARIVS MAIOR.

De maiori Secretario, & Prærogatiuis eius.

PRopter multiplicationem Secretariorum, cùm quilibet Notariorum, ac etiam Cubiculariorum, intrans Regis Cameram, Secretarij nomine se appellet, Statutum est communi Maiestatis Regiæ Prælatorum & Baronum consensu: Quòd vnus sit semper Secretarius, sciens secretas expeditiones publicas: qui etiam ad ea intromittetur secreta, quæ Cancellario *Alexan. Petr. 1504. Fol. 115.*

& Vicecancellario Regni pandentur. qui etiam sit primus expectans Prælaturarum, Dignitatum, Beneficiorumque, immediatè Cancellario Regni & Vicecancellario, in talibus & Officijs successurus.

Promotionem tamen Cancellarij, Vicecancellarij, & Secretarij Maioris, Rex in sua reliquit potestate.

SECVLARIVM CAVSAE SPIRITVALI IVDICIO NON SVBSVNT.

Vide in Titulo EVOCATIO E DISTRICTV. Folio 164.

SENATORVM ORDO.

Archiepiscopi Ecclesiarum.

Gnesnensis. & Leopolienſis.

Episcopi.

Cracouiensis.	Wladislauiensis.	Posnanienſis.
Plocensis.	Warmiensis.	Præmislienſis.
Chelmensis.	Culmensis.	Camenecensis.

Ordo Palatinorum Regni.

Castellanus Cracouieñ.	Siradiensis.	Lublinensis.
Palatinus Cracouien.	Lancicienſis.	Belzensis.
Posnanienſis.	Brzestensis.	Plocensis.
Sandomirienſis.	Inowladislauienſis.	Mazouiæ.
Calisiensis.	Rusiæ.	Rauensis.
	Podoliæ.	

Palatini in Prussia.

Culmensis.	Marieburgensis.	Pomeraniæ.

Castellanorum verò ordo.

Posnanienſis.	Dobrinensis.	Camenecensis.
Sandomirienſis.	Biecensis.	Czechouiensis.
Calisiensis.	Landensis.	Krusswicienſis.
Lublinensis.	Zawichostensis.	Kowalensis.
Siradiensis.	Sremensis.	Bydgostienſis.
Gnesnensis.	Rosperiensis.	Rogoznensis.
Lancicienſis.	Malogostensis.	Ripinensis.
Sandecensis.	Nacklensis.	Conarienſis.
Brzestensis.	Brzezinensis.	Kazimirienſis.

Woynicenſis. Sandecenſis. Plocenſis.
Inowladiſlauienſis. Polanecenſis. Warſzauienſis.

Sed ipſorum Caſtellanorum ordo iuſſu Regis Sigiſmundi ita erat conſcriptus.

Poſnanienſis. Rogoſnenſis. Brzezinenſis.
Sandomirienſis. Radomienſis. Kruſwicienſis.
Caliſsienſis. Záwichoſtenſis. Oſwiecimenſis.
Woynicienſis. Landenſis. Camenenſis.
Gneſnenſis. Sremenſis. Spicimirienſis.
Siradienſis. Zárnouienſis. Inowlodenſis.
Lancicienſis. Málogoſtenſis. Kowalienſis.
Breſtenſis. Wielunenſis. Saulocenſis.
Inowladiſlauienſis. Præmiſlienſis. Szochàczouienſis.
Leopolienſis. Halicienſis. Wàrſzouienſis.
Camenecenſis. Sánocenſis. Goſtinenſis.
Lublinenſis. Chelmenſis. Wiſnenſis,
Belzenſis. Dobrinenſis. Ràcieſienſis.
Plocenſis. Polanecenſis. Sieprcenſis.
Cernenſis. Præmetenſis. Wyſzogrodienſis.
Rauenſis. Krzywinenſis, Rypinenſis.
Sandecenſis. Czechouienſis. Zákroczymenſis.
Miedzirecenſis. Nàcklenſis. Ciechanouienſis.
Wiſlicenſis. Roſpirienſis Liuenſis.
Biecenſis. Biechouienſis.
Bydgoſtienſis. Conarieñ. ter. Siradieñ.
Conarienſis terræ Lancicienſis. Conarienſis terræ Cuiauienſis.

Caſtellani in Pruſsia.

Culmenſis. Elbingenſis. Pomeraniæ.

Generalis Conſiliariorum circa Regem authoritas eſt: quòd Rex, abſque illis, in Repub. nihil faciat.

NE Rex Senatorum ſuorum Conſilium negligat, nunquam nos commiſſuros eſſe: vt non communicato cum Senatoribus noſtris Conſilio, vlla de re quicquam ſtatuamus. *Sigiſ. Auguſt. 1562.*

Quiſque Officialis ſuum ſpectet Officium.

SIngula Officia ſuis ſunt actibus deputata. *Kazim. iij. in Nieſzo. 1454. Folio 92.*

SENTENTIAE IVDICII.

Si retractabitur Sententia Iudicis Castrensis, honori Iudicis nihil nocebit.

Sigism. Petric. 1519. Folio 24. TErrestrium & Castrensium Iudicum Sententia, si quando retractata fuerit: honori & bonæ existimationi ipsorum non nocebit.

Ad librum Terrestrem Actiones, quæ coram Regia Maiestate peragi solent, inferantur.

Sigis. Augus. Petric. 1550. QVia etiam Iure communi, diuersis Officialibus diuersa sunt negotia adscripta: quicquid ad Terrestria negotia, causasue Iudiciales pertinet, quæ in præsentia nostra peragi solent: hoc totum in Librum Actorũ Terrestrium inscribi debet. Alias verò causas, & negotia, ad Cancellariam nostram, iuxta veterem consuetudinem, & Statutum Anni 1538. remitti volumus.

Sententia transit in rem iudicatam, à qua non fit Appellatio.

Kazim. in Visca. 1308. Folio 20. PEtrus agebat contra Ioannem Iudicem: quòd in causa, quam coram ipso habuit, iniustam & iniquam Sententiam contra ipsum promulgasset. à qua tamen Sententia, quando ipsam idem Iudex tulit, Petrus non prouocauit, nec appellauit, vulgariter *Nie nágánil.* Nos itaq; huiusmodi Sententiam Iudicis, quæ non fuit aliqua prouocatione suspensa, vulgariter *Nienágániona*, declaramus trasiuisse in rem iudicatam: prædictum Petrum, ad pœnam debitam, aliâs pro Iudicibus spectantem, condemnantes.

De Sententia reprobata.

Sigismundus 1523. Fol. 37. ITem Volumus: Vt dum Sententia redarguta per Iudicium Appellationis, fuerit reprobata: victus appellanti Actori, seu victori, ratione expensarum, tres Marcas pecuniarum exoluet. quæ aliâs Iudicibus, redargutæ victoriam reportantibus, in vim emendæ soluebantur. ita quòd si Sententia, à qua appellatum est, retractabitur & destruetur: extunc Appellans suas tres Marcas reaccipiet. quòd si talis Sententia approbabitur, & confirmabitur: appellans amittet tres Marcas, quas victor accipiet.

Res subsidiariæ, ante prolationem Sententiæ adducantur.

Sigism. Petric. 1543. Folio 32. DEbebit autem Iudex præsidens à partibus comparentibus, ante Sententiæ prolationem inquirere: an haberent aliqua sua Munimenta, vel documenta, defensionesque Iuridicas, ad causæ prosecutionẽ opportunas. ne

tunas. ne homines ſimplices, ruditate ſua in cauſis ſuccumberent. Et licebit vtrique partium introducere res ſubſidiarias, & verbales, & literatorias, ante prolationem ſententiæ.

Et proteſtationes Memorialium ſeu Captioſæ, nullum deinceps ſint robur habituræ: quæ ſolebant fieri ante prolationem Sententiæ: ſed pro re Principali decreta, tantummodo Memoriale ſoluatur.

Licebit quoque vtrique parti, omnia quæ opus habet allegare, reponereque, ante Sententiæ prolationem.

De obliuione iudicatæ Sententiæ.

ADijcientes, quòd quando ſuper iudicato dubitabatur, & ad Iudicem recipiatur, aliàs *Wſteca*: quòd ſi ille in memoria teneat, qualiter iudicauit: ſtatim dicere, vel in craſtinum differre teneatur. *Kazim. Mag. Folio. 12.*

De Sententia iniquè per Iudicem lata, & impugnata.

CVm in cauſarum proceſsibus, apud iuſtos Iudices, nihil habeat odiũ vendicare, vel fauor vſurpare, timor prævalere, aut premium iuſtitiam euertere: ſed geſtant ſtateram in manibus, æquo libramine lances appendentes: vt in concipiendis & ferendis Sententijs, ſolum Deum præ oculis habentes: ne velut famæ ſuæ prodigi, & perſecutores honoris, contra eorum conſcientiam & iuſtitiam, per gratiam, aut per ſortes quicquã faciant, partis in grauamen. Propter quòd Statuimus: Vt ſi aliquis deinceps Iudex ordinarius, vel delegatus, timore Dei poſtpoſito, vtiq; Sententiauerit, contra aliquem clientulum, alteri parti ipſum condemnando, ſuper hæreditate, aut alia re certa: in Iudicium deducta: & propter hoc pars damnata, ad ſuperiorem appellet. Et quia moris eſt in Iudicio Polonicali: quòd Iudex, à quo prouocatur, & cuius Sententia per partem impugnatur, non priùs teneatur ſuam defenſare Sententiam: niſi priùs per partem tres Marcæ, aut pelles Mardurinæ ſibi aſsignentur. vt parilitas in pœnis habeatur. Et ſi idem Iudex vinceretur, per partem condemnatam: eidem pelles: aut tres Marcas receptas, cum pœna *Piątnadzieſta*, ſuffuſus rubore, ſuo aduerſario reſtituat: qui ad ſuperiorem, in falſa pronunciatione euocauit. *Kazi. Magn. Folio 31.*

¶ Si ſenior frater, per Sententiam Iudicis cauſa cadit: iunior eandẽ Sententiam innouare non poteſt. præſertim ſi Præſcriptione temporis probauerit, iuniorem præſcripſiſſe. Vide in Tit. FRATER. Folio 177.

¶ Qui Sententias iniquè arguerit Caſtellanorum, ipſorumque Camerariorum, qua pœna plectitur. Vide in Tit. CASTELLANVS. Fol. 64.

Qui Sententiam Iudicis redarguit.

Statuimus

Fazim. Mag. Folio 32. STatuimus insuper: Quòd si litigator dixerit, in nostra nostrorumq; Baronum præsentia, vel absentia, Iudicantem in causa sua iniquè & perperam processisse, vel iudicasse: Iudex per suos collegas, qui secum præsiderunt, in Iudicio eodem statim probare debebit: quia iustè & legitimè iudicauit. Sin autem arguens de falso, Sententiam suam probare voluerit, ipsum Iudicem (vt præmittitur) iniquè Sententiam protulisse: id probare teneatur, per sex testes similis dignitatis, cuius noscitur esse Iudex: isque redarguens Sententiam Iudicis (vt dictum est) nullatenus audiatur: donec Iudici tres Marcas, vel pelles dederit Mardurinas. quas idem Iudex pro se Iudicialiter obtinebit.

De redargutione Sententiæ Subiudicis, Castellani, & Iudicum Castellanorum.

Fazim. Mag. Fol. 32. SImiliter redarguens Sententiam Subiudicis, non debet audiri: nisi prius illi tres Fertones, vel pelles vulpinas, curauerit assignare. quæ eidem Subiudici cedunt: si se iustè comprobauerit iudicasse. Et id quod de Iudice præmisimus, & Castellano etiam censuimus sentiendum. Si verò Iudicibus Castellanorum, obijciet aliquis falsitatem Sententiæ, audiri minimè teneatur: donec eis pelles agnellinæ fuerint præsentatæ. quas pro se obtinebunt: si similiter suum Iudicium ostenderint fore iustum.

Vnus sit Liber Actorum: propter Sententias Iudicij inscribendas.

Fazim. in Nie sz. nia 1454. Folio 91. ITem Statuimus: Quòd pro Iudicijs iustè expediendis, & negotijs in Iudicium deductis scribendis fideliter, fiat vnus liber Iudiciorum, seu Actorum, in quolibet districtu. Et dum in aliqua causa, in Iudicium deducta, super aliquo articulo, audita Propositione & Responsione, fuerit in Iudicio Sententiatum: quòd illa Sententia, in librum Actorum inscribatur, vt postea super eodē articulo, vel ei simili, similis Sententia proferatur.

SEPES.

Fazim. Mag. Folio 19. FRanciscus deposuit querelam contra Egidium: quòd in ipsius hæreditatem & fundum, posuit Sepes: & intra illos Sepes, omnes fructus, quos fecit & facere poterat, percepit. Egidius autem, respondit: quòd idem Franciscus in eadem villa die ac nocte præsens est, & fuit cum ipso: & per duos annos tacuit: nec vnquam admonuit ipsum Egidium vnico verbo, pro Sepibus prænotatis amouendis. Nos itaq; attendentes desidiam, seu pigritiam ipsius Franciscj, Declaramus: in hoc casu, ipsi Francisco duorum annorum obstare Præscriptionem.

Seruus,

SERVVS, SEV FAMVLVS.

CVm verò aliquis homo, cuiuſcunque ſtatus exiſtens, inculpatus fuerit: quòd ipſius familiaris violentiam domeſticam fecerit: vt ſcilicet deſcriptum eſt, hoſpitem, vxorem, filios, aut familiarem eius inuadēs, manu violenta in domo eadem interfecerit: in eo caſu illum violatorem, apud ſuum dominū, per Nobiles & Miniſterialem areſtare decernimus: cum quo taliter inculpato, dominus ſuus Ius miniſtrare tenebitur. Et ſi perſonaliter requiſitus, Ius miniſtrare denegauerit: extunc pro eo reſpōdebit dominus, ſecundum Iuris ordinem. *Ioan. Albert. Petric. 1496. Folio 107.*

¶ Idem in Titulo INVASIO DOMVS. Folio 222.

Si ſeruitor violator domus fugerit: quid cum domino eſt faciendum.

TAlis autem familiaris ſi aufugerit: per Nobileſque areſtatus non fuerit: dominus ſuus pro ipſo Citatus, non aliter ſe innoxium de crimine tali expurgabit: niſi Iuramento, per eum cum duobus teſtibus ſimul præſtito: Quòd videlicet nec ſuo ſcitu, nec conſenſu, neq; mandato, aut voluntate, crimen id eſt commiſſum: neque dedit aufugiendi occaſionē ſeruitori. *Idem Rex Folio 107.*

Quomodo contra ſeruos poſſeßionatos, vel impoſſeßionatos, inuaſionis domeſticæ, necis, aut vulnerum, aliorumúe criminum reos, ſit procedendum.

CRebro iam experti, Conſtitutionem ſeu Decretum, quod *Oſtrogi* nomine inſcribitur, ſubditorum noſtrorum rationes grauare: ne deinceps querelis vel offenſionibus mutuis, aliqua ſubſit occaſio: & vt peræquè diuiti, ac pauperi iuſtitia miniſtretur, Statuimus: Vt ſi quiſpiam aliquem dominorum, vel Nobilium, ſubditorū noſtrorum citauerit: quòd ſcitu, mandato, & voluntate ſua, quippiam per ſeruos miniſtroſque eius, ad iniuriam ſibi factum fuerit: Dominus, ſeu Nobilis iuſtitiam, cum eiuſmodi ſeruis ſuis miniſtrare tenebitur: cùm apud eum fuerint areſtati, per Miniſterialem, & Nobiles. In defectu verò iuſtitiæ, is ipſe dominus, ſeu Nobilis Citatus, pro his duntaxat reſpondere, & ſe purgare debebit: quæ attinēt violentiam domus, & perſonæ inuaſionem, vel Nobilis alicuius necem, ſeu vulnerationem, iuxta tenorem Statuti, per Regem Albertum ſuper hac re conditi. De alijs verò iniurijs, vtputa de percuſsione, aut vulneratione plebeij alicuius, item de ſeminum, vel frugum in agris, & graminum in pratis conturbatione, conculcatione, depaſtione, & alijs id genus minoris momenti commiſsis, ſi alter alterum in hunc modum citauerit: *Sigiſm. Cracc. 1532. Az.*

tauerit: quòd ſcitu, mandato, & voluntate ipſius, aliqua huiuſmodi iniuria, per vnum, vel plures ſeruos, non poſſeſsionatos, affectus fuerit: Statuimus: Vt qui iniuriam paſſus fuerit, Iuſtitiam ſibi miniſtrari à ſerui, vel plurium ſeruorum domino poſtulare: dominus verò ſeruorum illam miniſtrare teneatur. ſi areſtati ſerui apud dominum ſuum, per Nobiles, & Miniſterialem Terreſtrem fuerint. Quòd ſi verò inculpati de crimine, vnus vel plures cuiuſpiam domini ſerui, fuerint poſſeſsionati, illos Actor iniuriam paſſus, & non dominum illorum, de commiſſo crimine, in Iudicio, & foro competenti conueniet.

Famulus aliquem pro domino in contentione vulnerans, non eſt culpandus.

Kazim. Mag. Folio 38.

ITem Statuimus: Quòd quotienſcunque aliquos, cuiuſcunque conditionis vel ſtatus exiſtant, contendere contigerit: & famulus dominum ſuum iuuando, exempto gladio, vel cultello, aliquem vulnerauerit: pro eo indignationem vulnerati, vel amicorum ipſius, nullatenus incurrat.

Qui ſerui, præcreaque aliæ perſonæ, poſſunt ſponſione fidei, à Rege vel alio obligari.

Statuta Cracou. 1440.

ITA poſtulantibus ſubditorum noſtrorum rationibus, Decernimus: Vt nullus Nobilis noſter, ſponſione fidei per nos obſtringatur: niſi lure victus. ſecùs erit, in exercitio rei militaris: & vbi Nobis, vel alicui ſubditorum noſtrorum, actio interuenerit, cum ſeruitore, factore, adminiſtratore, aut ſubdito ſuo: & vbi Reipub, cauſa aliquid ſit, contra quæuis agendum.

Sed quicunque terrigena, ſeruos illiberos, ac fugientes retinet: neque eos in curia Regis viciniori manifeſtat ei, cuius ſunt: cum pœna Piantnadzieſta reſtituit.

Hagel Crac. & Varthe 1423. Folio 47.

IN lege Imperiali continetur: Quòd ſerui illiberi, aut ancillæ, non poſſunt nec valeant, de manibus dominorum ſuorum liberari: niſi per eoſdem fuerint manu miſsi, & libertate donati. ſed quia multotiens tales illiberi, manus dominorum ſuorum ſubterfugientes, & euadere volentes, apud alienos terrigenas & vicinos latitant, & obſeruantur: & ſic tali modo dominos ſuos poſtponentes, & euadentes, ad propria reuertuntur: ex quorum fuga domini non modica damna percipiunt, ac ſi hæreditatem perderent: cùm ſeruos illiberos, dominus vbi vult locare poteſt, acquirẽdo hæreditatem nouam, per ipſos erigendam. Vnde ſi apud aliquem tales de cætero latitabunt, aut ſeruabuntur: idem debet eoſdem retinere, &

in curia

in curia proximiori domini Regis proteſtari: quòd tales habent retentos & ſeruant. Quòd ſi ille facere omiſerit: & dominus ſeruorum, per teſtes approbauerit contra ipſum illiberum domino, cuius fuerit, ſoluere tenebitur, cum pœna *Piątnadzieſta*.

Serui furem inſequi nolentes, infames ſunt.

CVm hac tempeſtate familiares vbiq; ſe excuſarent: quia dominis eorum ad inſequendos fures, maleficos, aut hoſtes, non euntibus, ipſi quoque eoſdem maleficos inſequi nollent. quo non mediocre dabant patrocinium nequam hominibus, manus euadentibus eorum, per quos cómodè poterant detineri. Quapropter Statuimus: Vt quicunq; ſeruorum, ſiue famulantium, iubentibus dominis, fures & malefactores quoſcunq; inſequi, & apprehẽdere noluerint recuſauerintq;, perpetuò ſint infames. Qui autem fures inſequentibus, & apprehendentibus, infamiam obijcerent: eandem pœnam infamiæ incidant, eo facto. *Alexan. in Radom 1505. Folio Cxvi.*

Serui ſex ſeptimanis ante bellum, veniam abeundi petant.

QVicunque ſeruientium ſiue famulantiũ, ſub Expeditione bellica, aut aliqua alia neceſsitate iuſta & legitima, licentiam à ſeruitio apud dominum ſuum petierit: & ab eo receſſerit: perpetuò etiam ſint infames. Habebit autem quilibet, ante bellicam Expeditionem, ante neceſsitatem domini ſui, ſex ſeptimanarum tempus. infra quòd, & non celeriùs, à domino ſuo licentiam à ſeruitio petet, & poſtulabit. *Ibidem.*

Decem poſtea datæ ſunt hebdomadæ.

TVM in illa quoq; Conſtitutione, De tempore ſeruorum, ſub indicta belli expectatione, aut alia neceſsitate iuſta & legitima, à dominis recedere volentium, (quæ ſex ſeptimanas præfinit, petendæ licentiæ diſceſſus à dominis, ante dictam Expeditionem bellicam) ad decem ſeptimanas extendimus. *Sigiſm. Cracc. 1507. Folio 2.*

¶ De ſeruis, dietim, horatim, aut ſeptimanatim, non annuatim ſeruientibus in Ciuitatibus. Vide in Titulo VAGI.

Si villicus, vel familiaris, de aliquibus rebus furto ablatis, culpatus fuerit: cum ſex teſtibus ſe excuſat.

PRæterea cùm dominus contra ſuum Wladarium, aut contra alium familiarem, pro aliquibus rebus, vel iniurijs mouerit quæſtionem: tunc ipſe Wladarius, aut familiaris, domino ſuo non deferendo Iuramentum, teneatur ſe cum ſex teſtibus expurgare. *Kazim. Maz. Folio 30.*

SIGILLVM.

Filij, dum viuunt patres, proprium Sigillum non habeant, nec portent.

Kazim. in Visca 1368. Folio 9.

QVia filij cum patribus, vna persona Iurisfictione censentur: ideoque Statuimus: Quòd viuentibus patribus, filij duntaxat Sigillo paterno vtantur: & aliud portare, vel habere non præsumant.

De Minuta non Sigillata, nihil probante.

Consuetu. terra Cracovien. Folio 122.

ITem simplici Minuta nihil probari potest: sed tantummodo literis, aut Minuta sub Sigillo, aut libris coram Iudicio.

SYLVA.

De syluis glandarijs, fagarijs, & porcis.

Kazim. Mag. Visc. Fol. 15.

STatuimus: Quòd quando aliquis habens syluam vel mericam à se diistantem, porcos suos vel scrophas per bona alterius intermedia & vicina voluerit pellere aut ducere ad eandem syluam: id facere non poterit per bona alterius: nisi per viam quæ ducit ad syluam suam. Et idem dicimus esse per omnia obseruandum, de eo, qui pro suis scrophis vel porcis, pro pretio conduxerit, syluam glandinibus abundantem, vel fagis: & bona alterius sunt intermedia, inter syluam huiusmodi vel mericam. Is ergo per cuius bona, pecudes huiusmodi domini, mericæ vel syluæ conductoris, pelli debebunt: ex vtraque parte viæ, ad triginta vlnas: glandes proprias priùs colligat seu depascat: vt sic prædictus conductor mericæ vel syluæ, prædictas scrophas vel porcos, absque suo damno, seu offensa, poterit pellere ad eandem.

Capiatur pretiosorum lignorum excisor.

Wla Est. Iagel. Crac. & Varsa. Folio 46.

PRimęua Constitutione, in Capitulo Statuimus &c. noscitur esse obseruatum: quòd cùm aliquis Kmethonem, vel quempiam in sua syluа arestauerit, eundem pro prima impignoratione, in securi tantùm pignorabit: prout supra in eodem Capitulo est descriptum. Et quia diuersæ sunt syluæ: inter quas aliquæ reperiuntur, in quibus sunt arbores magni valoris & pretij: vt est taxus, vulgariter *Cis*, & aliæ: His igitur attentis, quia pignora debent præcellere in valore res, pro quibus impigneratur: æquum visum est nobis, & nostris Baronibus: Quòd si aliquis syluam intrans, tales arbores, vel his similes inciderit: poterit per hæredem & dominum syluæ capi: ad fideiussoriam cautionem petentibus assignari. Non enim

videtur

videtur consonum & sufficiens, pro tam notabili damno syluæ, pignus recipi: vel solùm in pignore puniri. Et similiter de Gaijs, vbi paucæ sunt syluæ, obseruetur.

De aruipyrio, & incendio syluarum.

FRequenter solet euenire: quòd Nobiles, seu plebeij, Borra, Syluam, aut Gaijum, dictum *Zapuſtá* cuiuscunque, ex industria intrantes, aut casu caumatæ, aliàs *Požarem* succendunt: Si de hoc per dominum villæ fuerint inculpati: tales non alio Iure, nisi Iure Polonico, sicut incendiarij debent iudicari. Et licèt honori ipsorum per hoc minimè derogetur: nihilominus tamen conuicti, si fuerit Kmetho, & non habet vnde soluat, redimat saltem vitam decem Marcis, sicut pro capite plebeij dare est consuetum *Wladisl. Iagel. Volu. 47.*

¶ Quercum in sylua excidens, qua pœna puniendus: Vide in Titulo QVERCVS. Folio 392.

¶ Qui in aliena sylua arbores excindit, qua pœna puniendus, Vide in Titulo eodem, Folio sequenti.

SCHOLA CRACOVIENSIS.

Wladislaus Iagello Rex, Scholam, seu Gymnasium Cracouiense literarium erigit.

WLadislaus Rex Poloniæ, &c. Significamus: quòd cùm supernæ dispensationis prouisione, de gentilitatis erroribus ac tenebris ad lucem, & sui nominis agnitionem, eduxit misericorditer: & tandem ad Regale dignitatis fastigium exaltauit: ad hoc curam nostram diligentiæ præstantis extendimus: vt quos olim in erroris vetusta caligine constituti socios tenebrarum habuimus, signanter indigenas terræ nostræ Litwaniæ, per asuefactionem & exercitium piorum operum, (sine quibus ipsa Fides vacua esse noscitur) eò magis in filios lucis conuertamus. id tamen horum ope pariter & opera, quorum animos in fundamentis Scripturarum peritos esse noscimus, & artibus virtuosis, Reipub. stabilitas semper salubribus proficit incrementis. Videmus equidē, & certo certiùs experimur: qualiter Parisia, per congregationē & conuocationem peritorum & prudentum, Franciam irradiat: Patauium cum Bononia, totam Italiam clarificat: Prágá Boëmiam illuminat: Almaniam Vxonia illustrat. profectò ad hoc summi dispositione præsidij, plurimarum gentium & diuersarum Regionum obtinuimus Principatum: & Regni Poloniæ prædicti recepimus diadema: vt ipsum Regnum doctarum personarum studijs illustremus. quorum doctrinis ignorantiæ cœcitate sublata de medio, Regnum *Ex Bibliotheca Academiæ Cracouien. descriptum est hoc Priuilegium.*

noſtrum in tempore noſtri regiminis fœlicis, cæteris regionibus poſſumus coęquare: non dubitantes idipſum Regni noſtri ſubditis ſalubriter profuturum, in Ciuitate noſtra Cracouienſi: in qua ſtudium vigeat generale, in qualibet licita facultate, vtpote in Theologia, Iuris Canonici, Phyſicæ, Legum, & artium liberalium facultatibus, nominandum, eligendū, conſtituendum, ponendum, ordinandum, & erigendum dignum duximus: & tenore præſentium facimus, & inſtituimus, temporibus perpetuis duraturum. ſitque ibi ſcientiarum præualentium margarita: vt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutum ornatibus redimitos, & variæ facultatis doctrinis eruditos: fiatq; ibi fons doctrinarum irriguus: de cuius plenitudine hauriant vniuerſi, literarum cupientes imbui ornamentis.

Hanc Gymnaſij erectionem Papa confirmat: ſed in eo Theologiam prælegi vetat.

VRbanus Epiſcopus, Wladiſlao Regi Poloniæ. Cùm nuper tu, ad vtilitatem incolarum Regni tui Poloniæ, & aliarum partium vicinarum laudabiliter intendens, in Ciuitate tua Cracouienſi ſtudium generale, in qualibet licita facultate duxeris ordinandum: ac omnibus & ſingulis, Rectoribus vniuerſitatis, Doctoribus, Magiſtris, Scriptoribus, Stationarijs, & eorum familiaribus, ad Ciuitatem prædictam cauſa ſtudij huiuſmodi ſe transferentibus, & ibidem morantibus, nonnulla certa Priuilegia, duxeris liberaliter concedenda: quæ dilecti filij, Conſules, Scabini, Iurati dictæ Ciuitatis, perpetuè tenere & inuiolabiliter obſeruare promiſerunt: prout tam in tuis, quàm dictorum Conſulum, Scabinorum, & Iuratorum patentibus literis, hinc inde confectis, tuoq; magno & ipſorum Sigillis pendentibus munitis, pleniùs continetur: Noſque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, de fratrum noſtrorum conſilio, per alias noſtras literas duxerimus ſtatuendum, & etiam ordinandum: Vt in dicta Ciuitate ſtudium exiſtat generale: illudq; perpetuis temporibus inibi vigeat: tam in Iuris Canonici, & Ciuilis, quàm alia qualibet licita: præterquā in Theologica facultate. & quòd Legentes & Studentes ibidem, omnibus Priuilegijs, libertatibus & immunitatibus conceſsis Doctoribus, Legentibus, & Studentibus commorantibus in ſtudio generali, gaudeant, ac vtantur.

Bonifacius Theologiam concedit.

EXhibita nobis nuper, pro parte Regis Wladiſlai & Reginæ petitio, continebat: vt in eorum Ciuitate Cracouienſi, ex Statuto & ordinatione ſedis Apoſtolicæ, ab olim fuerit, & ſit, in vtroque Iure, & alia qualibet licita

bet licita facultate, ſtudium generale. Itaque pro parte ipſius Regis ac Reginæ prædictorum, nobis iterum fuit ſupplicatum: vt in Ciuitate prædicta ſtatueremus, & ordinaremus huiuſmodi ſtudium generale, etiam in ipſa Theologia: idcirco Statuimus, & ordinamus: Quòd in ipſa exnunc, & ſemper, perpetuis futuris temporibus, ſit ac eſſe valeat, etiam in eadem Theologia, huiuſmodi ſtudium generale. Et nihilominus de vberioris dono gratiæ concedimus: quòd Studentes & Legentes pro tempore, in ipſo ſtudio, in eadem Thologia, Baccalaureatus, Licentiæ, vel Doctoratus gradum ibidem ſuſcipientes, omnibus Priuilegijs, libertatibus, prærogatiuis, & indulgentijs gaudeant, & vtantur: quibus in eadem Theologia, Studentes, Legentes, & ſimiles gradus Pariſiis ſuſcipientes gaudent: ac etiam quomodolibet potiuntur.

Eccleſiæ dotatæ ſunt, propter cultum diuinum, & propter doctos retinendos.

CVm magna pars Reipub. noſtræ, in ordine ac ſtatu Eccleſiaſtico conſiſtat: Eccleſiæque Regni noſtri, per anteceſſores noſtros ſint ampliter dotatæ: cùm ad diuinum cultum peragendum, & manu tenendum: tùm etiam ad viros literatos, & idoneos, maximè verò Nobiles promouendos: quorum pauci eſſent, quibus vel animus, vel facultas adeſſet literis incumbendi, & alia ſtudia, per quæ emergitur, ſectandi: niſi bona Eccleſiaſtica, non ſolùm facultatem viuendi, ſed etiam opem multis ſe & ſuos ſubleuandi præſtarent. *Sigiſm. Cracou. 1532. B 3.*

Synodi Petricouienſis decretum, de Lectoribus ſalarijs Epiſcoporum fouendis, tale eſt.

PRo reformanda Vniuerſitate Cracouien. matre noſtra, & prouentibus Lectorum augendis, & aliunde vocandis: Legiſtæ, & duobus literarum humanarum profeſſoribus, Reuerendiſsimus dominus Archiepiſcopus Gneſnenſis, inhærendo deliberationi in proxima præterita Synodo factæ, promiſit in hac ſacra Synodo ſe daturum centum ducatos auri in auro, ratione Eccleſiæ Gneſnenſis: ratione verò Eccleſiæ Cracouienſis, ſimiliter centum auri in auro ducatos. Cuiauienſis, centum Florenos in moneta, per mediam ſexagenam: & Plocenſis ſimiliter etiam centum: Poſnanienſis ſimiliter centum, per mediam ſexagenam: ex decreto & ordinatione Synodi, Reuerendiſsimo domino Poſnanienſi, & reliquorum dominorum Epiſcoporum Nuncijs conſentientibus, dare & ſoluere debebunt. ad quod Capitula Eccleſiarum prædictarum, conſenſus ſuos præſtare polliciti ſunt: attento, quòd hoc ſanctum propoſitum, in totius Regni vtilitatem publicam vergere dinoſcatur. Et quòd abſentes domini *Tempore Petri Gamrathi Archiepiſcopi.*

Epiſcopi

Episcopi admoneantur, vigore præsentis Synodi: vt Decretum præsens exequantur, & Capitulorum consensus obtineant: sub pœna centum Aureorum Vngaricalium, per Synodum, seu aliâs Reuerendissimum dominum Archiepiscopum à singulis exigenda, ad vnius anni decursum.

Abbates differunt deliberationem

DOmini verò Abbates, in eadem Synodo præsentes, propter absentiam aliorum Abbatum, & Religiosorum, & quòd ea de re cum fratribus suis tractatus & consilia non habuerunt, distulerunt hoc negotium in aliam deliberationem, & responsionem.

Petetur Regia Maiestas: vt Lectoribus aliquem censum consignare velit.

DEbent autem domini Archiepiscopus & Episcopus, precibus supplicibus diligenter instare, apud sacram Regiam Maiestatem: vt eius sacra Regia Maiestas, ad tam sanctum, & laudabile, ac necessarium opus, de suis prouentibus aliquem censum perpetuum, prædictæ vniuersitati constituat.

In Magistros & Baccalaureos promouendi, sumptibus non grauentur: & Academia Cracouien. reformetur.

Ioannes de Lasko 1523.

QVoniam Vniuersitas, seu Schola generalis Cracouiensis famatissima in amplitudine nominis sui, propter nõnullas nouas & ægrè tolerandas consuetudines, promouendorumque ad aliquos gradus insolitas depactiones, quæ in ipsa hac nostra tempestate, per incuriam temporum pedetentim decrescere videtur: cum magno dedecore, & iactura Reipublicæ: placuit Synodo: vt Reuerendissimi in Christo patres Domini, Archiepiscopus Gnesnensis, ac Cracouiensis & Præmisslensis Episcopi moderni, Cracouiam descendentes, reformationem faciant, vigore Breuis Apostolici, ad hoc habiti: omnesq; illas ineptias in ea natas tollant, & depellant: faciantque in omnibus ita bonam reformationem: quò Schola ipsa pristinæ claritudini restituatur: & Scholares promouendi releuentur, ab excogitatis & superuacaneis impensis, circa Promotiones suas. & præsertim, vt ordinatio fieret noua, ad Collegiaturas & Lecturas: talis scilicet, quæ in eruditione faceret conditionem meliorem. Quòd si forsan omnes eò descẽdere non possint: duo vel vnus eorum id faceret. aut si forsan nullus ipsorum eò descendere posset: deputarent viros aliquos dignos, & doctos, antiquarum consuetudinum illius Scholæ gnaros, ad hoc faciendum: & quicquid facient, tota Vniuersitas æquo animo suscipere debeat, & teneatur.

Scholis

Scholis maioribus Magistri & Baccalaurei præficiantur.

QVoniam Ecclesia Dei, sicut pia mater, prouidere tenetur: ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non possunt, studendi & proficiendi oportunitas subtrahatur: vt sic Respub. & Ecclesia doctrinis illuminetur: & virorum eruditorum ingenijs decoretur: hoc sacro approbante Concilio, Decernimus: Vt locorum Ordinarij, non solùm in Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum Scholis, Rectores, Magistros in artibus seruent, & foueant: foueriq;, & seruari faciant: verùm etiam in oppidis maioribus, & in oppidis minoribus, Baccalaureos: vbi Magistri sustentari non possunt. In alijs verò locis inferioribus, Scholares maturos, idoneos, & doctos: prouidentes, vt Rectores Scholarum seruent in Scholis, idoneos, benè morigeratos, & minimè licentiosos discipulos: quos dirigant bono regimine, & laudabili disciplina. Si autem aliqui ex eis essent incorrigibiles: eosdem Ordinarijs, vel eorum Officialibus deferant puniendos.

Scholastici vagi de Scholis pellantur.

SCholares vagos, eos scilicet qui Scholam dereliquerint, remisseque & licentiosè vixerint, ex ciuitatibus & oppidis esse propellendos Statuimus.

De libertate Scholasticorum.

WLadislaus Iagello Rex Poloniæ &c. Vniuersis & singulis, Clericis, Laicis, & Scholaribus, cuiuscunque ordinis, conditionis, & status existāt, & signanter Rectoribus Vniuersitatis, Doctoribus, Magistris graduatis, Baccalaureis, Studentibus, Scriptoribus, Stationarijs, & Bedellis, ac eorum familiaribus quibuscunq;, qui se gratia studij in Ciuitatem prædictam Cracouiensem contulerint, & ibidem moram traxerint, articulos conscriptos in præsenti Chyrographo contentos, irrefragabiliter tenere promittimus, & seruare. quos etiā fauoribus gratiosis prosequi volumus: ipsosque, & eorum quemlibet, in suis Iuribus, Priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, Statutis, gratijs, & consuetudinibus singulis, quæ in studijs generalibus tenentur & seruantur, seruare, tenere, defendereque volumus, ac tueri: omnesque & singulos Clericos, Scholares, Studentes, Laicos, ad præfatam Ciuitatem Cracouien. causa studiorum (vt premittitur) temporibus futuris accedentes, in accessu ad eam, & recessu ab ipsa, cum omnibus eorum rebus, scilicet equis, libris, vestimentis, lectisternijs, vtensibilibus, pecunijs & suppellectilibus, ab omnibus damnationibus, solutionibus, passibilibus, pontialibus, castris, custodijs, Gabellis, Pedagijs pedalibus, decimis & oneribus, quocunque nomine censeantur, ex

Cracouiæ 1400.

tur, ex certa noſtra ſcientia eximimus: ac authoritate Regia liberamus: Volentes: quòd à prædictis Scholaribus ſeu Studentibus, qui ſibi per ſe ipſos, per amicos, aut per quaſcunque perſonas promiſsiones facere voluerint, in eſculentis, ac poculentis, ac victualibus, ad vſum vitæ ſpectantibus, in bladis, frumentis, farina, braſeo, ceruiſia terciali, & quacunque alia, vino, & alijs potionibus, lignis, & alijs neceſſarijs, per aliquas terras quas Regni & dominiorum noſtrorum complectitur amplitudo, nulla penitus telonia, & dationes requirantur, ſeu decimæ: nec eos carnifices, piſtores, & molendinatores aggrauent, & perturbent: ab ipſis Scholaribus & Studentibus, pro macellis, emolumentis, & piſtrinis, pluſquam à ciuibus, & incolis Ciuitatis Cracouienſis exigere & extorquere præſumant. Ne autem ſub habitu & nominis Studentium, à mercatoribus, vel alijs, fraus in præmiſsis valeat exerceri: volumus in hac parte, vt iuxta qualitatem perſonarum, Iuramento ipſarum credatur: ſi à ducentibus prouiſiones huiuſmodi, meritò viſum fuerit exigendum: vt teſtimonia literalia Rectoris Vniuerſitatis ſtudij ſupradicti, ab ipſis recipiantur. quibus in hac cauſa, fidem ab omnibus volumus plenariam adhiberi. Præterea ſi aliquis Studentium, aut Scholarium, ad Ciuitatem Cracouien. ratione ſtudij proficiſcens, in terris Regni noſtri, per prædones vel maleficos, ſpoliatus, prædatus, aut damnificatus fuerit, in rebus & bonis ſuis quibuſcunque, publicè vel occultè: cum plena & totali diligentia operam apponemus, & apponi faciemus: vt prædicti malefici & prædones, per Officiales Regni noſtri inquirantur: & ablata eorundem Scholarium & Studentium, ab eis repetantur: per ipſoſq; Officiales noſtros tales malefici, pro poſsibilitate corrigantur. Et vt ordo debitus, & rigor ordinatus, in ſtudio generali Cracouien. per Scholares iugiter obſeruetur: Volumus, vt omnes Scholares & Studentes Cracouiam accedentes: ibidem cauſa Studiorum moraturi, proprium Rectorem habeant: qui in Ciuilibus cauſis ipſos doceat, iudicet, habeatque Iuriſdictionem ordinariam ſuper omnes: cui ſub onere Iuramenti, debitam obedientiam præſtare, & honorem exhibere teneantur. nec vllus vnquam, in eiſdem ciuilibus cauſis, Studentes & Scholares Vniuerſitatis Cracouienſis, cuiuſcunq; ſtatus & conditionis fuerint, alibi coram Iudice alieno, Eccleſiaſtico vel Seculari, audeat conuenire. A ſententia autem Rectoris prædicti nullus appellare valeat, vel ſupplicare: aut reſtitutionem in integrum petere. Et ſi appellatum fuerit: ipſius Appellatio non ſuſcipiatur: nec appellans per aliquem Iudicem, Eccleſiaſticum vel Secularē, audiatur: ſed Rectoris ſententia, in ſuis clauſulis inuiolabiliter obſeruetur. Verumtamen ſi de nullitate, vel iniuſtitia, argueretur eadem Rectoris ſententia: per Conſiliarios Vniuerſitatis, de ipſius Iuribus & iuſtitia cognoſcatur: & quòd Iuridicum fuerit, per ipſos in ea decernatur.

Rector vniuerſitatis, eiuſque Authoritas.

Inſuper

¶ Insuper Rector prædictus, Scholares & Studentes suos, in causis criminalibus leuioribus, vtpote pro capillatione, offensioneque cum palmo vel pugno, ad effusionem sanguinis, ac contentione qualibet non enormi, habeat iudicare: nec ob hoc ipsi Scholares & Studentes, vel eorũ familiares, atq; serui, ad extranea Iudicia euocẽtur, & trahantur. Si autẽ (quod Deus auferat) Studens, Scholaris, vel alius prędictorum, in furto, adulterio, stupro, homicidio, aut aliquo crimine capitali & ignominioso, notum ac fuerit deprehensus: illorum cognitio non debet ad Rectorem pertinere: sed statim criminaliter deprehensus Scholaris, si Clericus fuerit, ad Episcopale Iudicium remittatur: si verò Laicus: nostro Iudicio subiacebit. Et iam quilibet Scholaris, Laicus, Bedellus, Stationarius, aut ipsorum familiaris, si de crimine homicidij, incendij, adulterij, membrorum mutilationis, aut lętali vulnere, vel quocunque nefario excessu fuerit accusatus: extunc non secundum consuetudinem patriæ, aut Regni nostri, nec secundum Statuta ipsius, sed iuxta leges, per Nos ad Iudicem deputatum, criminaliter accusatus debebit iudicari. quinimo per proborum hominum attestationes, ad expurgationem illati criminis admittatur. Porrò si aliquis Scholaris vel Studens, aut quicunque prædictorum, pro quocunque crimine, excessuuè magno, siue paruo, fuerit inculpatus: nullus ipsum capere vel retinere audeat: nisi cum Rectoris familia, & de ipsius requisitione speciali. ¶ Item si Rector contra aliquem, de sua Iurisdictione iustè processerit: & secundum formam Statutorum, ipsum de Vniuersitate excluserit, studiorumq; commodis priuauerit: ad requisitionem ipsius Rectoris, talis priuatus de ciuitate vtraque, tam Cracouiensi, quàm Kazimiriensi, & alijs de nouo locandis, & Cracouiæ & Kazimiriæ in posterum adiungendis, per Aduocatos, Ciues & incolas earundem, protinus expellatur: nullusq; talem in suo hospicio, aut mansione, seu domicilio, audeat colligere, & fouere: vel necessarijs vitæ, in victu & amictu, aliquid ministrare. ¶ Si autem Scholaris, vel Studens, vel alius de prædictis, sententiæ vel mandato Rectoris non paruerit: & Rectori suo contumax fuerit, & rebellis: ad requisitionem eiusdem Rectoris, teneantur Aduocati & Consules ciuitatum prædictarum, eorum familiam mittere, ad dicti rebellis pertinaciam compescendam. Hæc autẽ Statuta, in præsentibus literis contenta, sub pœna decem marcarũ Grossorum Pragensium, quæ fisco Scholarium debent applicari, Statuimus firmiter obseruanda. qua pœna Statutorum præscriptorum, & subscriptorum, punire volumus transgressores. ¶ Statuimus etiam: vt quotienscunq; aliquos Scholares, in qualibet facultate, per Doctores seu Magistros, ad priuatum examen, more consueto poni contigerit: super illos Cancellarius noster, qui tempore fuerit, tanquam supremus, approbandi

Criminales causas Scholarium quis iudicabit?

Excluſus à Rectore, pellatur Cracouia.

Contumax remittendus.

Cancellarij Academiæ potestas.

Campsor Studiorum, Iudæus. ipsum examen omnimodam potestatem habebit. ¶ Item ordinabimus prædictis Scholaribus vnum Campsorem, vel Iudæum, in Ciuitate Cracouiensi: qui habebit sufficientem pecuniam, ad mutuandum ipsis, super bonis oppignorandis. qui de vsura non plus exiget, nisi vnum Grossum de Marca qualibet infra mensem. ¶ Demum Statuta, per Doctores & Magistros Vniuersitatis prædictæ Cracouiensis condenda, quæ hic non poterunt contineri, quæ in aliorum Studiorum Vniuersitatibus, iuxta possibilitatem seruari poterint, volumus pro ipsorũ studio confirmare.

Statuta Vniuersitatis confirmantur.

Domus Collegij erigenda ¶ Et vt Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalaurei, Studentesque Vniuersitatis Cracouiensis prædictæ, eorum Lecturas, Exercitia, & Actus doctrinarum, liberiùs & magis commodè valeant & poterint exercere: pro habitatione Magistrorũ, & pro quotidiano & communi congressu Studentium, & Scholarium Vniuersitatis Studij prædicti Cracouiẽ. domum nostram, quæ Stephani *Páncyn* fuerat & vocabatur, quam & Gersdoff olim Ciuis Cracouiensis habebat, in platea Sanctæ Annæ sitam, prout in eius latitudine, longitudineque, & amplitudine est limitata & distincta, decreuimus assignandam: ipsam ab omnibus solutionibus, tributis, exactionibus, iudicijs, iuribus, & consuetudinibus, impositione onerum, & angariarum liberantes. quam Vniuersitati prædictæ appropriamus, incorporamus, adiungimus, perpetuè & in æuum: nihil iuris in ea & dominij, pro nobis & successoribus nostris, reseruantes. quam eisdem Iuris libertatibus, & gratijs, & signanter in libertate fugitiuorum, & alijs, quibus Deo dicatæ fruuntur Ecclesiæ, vti frui volumus, & gaudere: per ipsos Doctores, Magistros, & Collegiatos, tenendam, habendam, & temporibus perpetuis possidendam.

Friderici autem Imperatoris ea est, de prærogatiua Scholarium Constitutio.

In Codice Capit. 4. Fol. 147. OMnibus, qui causa Studiorum peregrinantur Scholaribus, & maximè diuinarum atque sacrarum legum professoribus, hoc nostræ pietatis beneficium Indulgemus: Vt ad loca, in quibus literarum exercentur Studia, tam ipsi, quàm eorum nuncij veniant, & in eis securè habitent. Dignum nanq; existimamus: vt cùm omnes bona facientes, nostram laudem & protectionem omni modo mereantur: quorum scientia totus illuminatus Mundus, & ad obediendum Deo, & nobis eius Ministris, vita subiectorum informatur, quadam speciali dilectione eos ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non misereatur: qui amore scientiæ exules facti, de diuitibus pauperes semetipsos exinaniunt: vitam suam multis periculis exponunt: & à vilissimis sæpe hominibus (quod grauiter ferendum est) corporales iniurias, sine causa perferunt? Hac igitur generali, & in

rali, & in perpetuum valitura Lege Decernimus: Vtnullus de cætero tam audax inueniatur: qui aliquam Scholaribus iniuriam inferre præsumat, nec ob alterius cuiuscunq; prouinciæ delictum, siue debitum, (quòd aliquando ex peruersa consuetudine factum audiuimus) aliquod damnum eis inferat. Scituris huiusmodi sacræ Constitutionis temeratoribus, & etiam ipsis locorum Rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum: notaq; infamiæ, eis ipso iure irrogandæ, dignitate sua se carituros in perpetuum. Verumtamen si litem eis quispiam, super aliquo negotio mouere voluerit; huius rei optione data Scholaribus, eos coram domino, vel Magistro suo, vel ipsius ciuitatis Episcopo, quibus hanc Iurisdictionem dedimus, conueniat. qui verò ad alium Iudicem eos trahere tentauerit: etiam si causa iustissima fuerit, à tali conamine cadat.

SCVLTETVS.

Scultetus non vendat potentiori Scultetiam suam, absq; consensu domini.

CVm Officium Scultetorum, semper existat seruile: & ad nutum dominorum suorum, stare, & facere iurè teneantur: indecens est, vt maiores & potentiores personæ, in Scultetias aliquas, præter dominorum voluntatem assumantur. idcirco fuit visum nostris Baronibus: Vt nullus Milles, aut alius quicunq; Illustris, emat aut acquirat sibi, in aliqua villa Scultetiam: præter illius villæ possessoris, siue domini, siue patroni, voluntatem. Factam autem emptionem contra hoc Statutum, decernimus irritam & inanem. *Kazimi. Vistic. 1508. cap. 30.*

De Sculteto inutili, ac rebelli.

INutilem Scultetum dominus in hæreditate habens, aut rebellem Dominus potest recipere Scultetiam suam, & vendere. Qui si emptorem non habuerit, nec habere poterit: tunc ille hæres, cum dicto Sculteto, debebunt & tenentur accedere ad Iudicium Terrestre: & recipere duas eligendo personas sagaces, neutri partium suspectas: qui valorem Scultetiæ ad summam taxantes, vnam eidem domino, seu hæredi, soluere nunciabunt. & sic dominus soluta taxa illa pecuniali, pro se Scultetiã obtinebit. *Wladis. Iagel. in Cracouia & Varsau. 1423. Fol. 46.*

Eadem lex corrigitur, in verbo Recipere.

ITem errorem in Statuto, De inutili Sculteto, iusta interpretatione corrigere volentes, Statuimus: vt pro verbo Recipere, verbum Præcipere ponatur. *Sigism. Cracou. 1511. Fol. Xxiij.*

Sculteti, Aduocati, & Molendinatores, scultetias, aduocatias, & molendina sua, absq; consensu dominorum suorum, cuiquam alienare & obligare non debent: sub amissione summæ, in eis descriptæ, domino vel Regi cessuræ.

Sigism. 1510. Folio 15. SAepenumero Aduocati, Sculteti, Molendinatores, Iuri dominorum per ignorantiam detrahere consueuerant: & vendebant, vel oppignorabant, Aduocatias, Scultetias, & molendina, in toto vel in parte, absque consensu dominorum suorum: Quapropter Statuimus: ne hoc ampliùs facere audeant: sub amissione summæ, pro qua vendiderint, vel oppignorauerint: fisco domini sui, in bonis verò nostris, nobis applicandæ. Petentibus autem ad oppignorandum Consensum, non negabimus. sine tamen incommodo nostro. Et Cancellaria non amplius debet recipere à Consensu, quàm à centum Florenis quindecim grossos.

Sculteti vel Kmethonis à domino profugi, & quater ad Iudicium vocati, nec redeuntis, bona per dominum loci accipiantur. & quid faciendum sit: si possessori Scultetiæ minetur.

Wlad. St. Iagel. Fol. 46. CVm autem Scultetus, vel Kmetho, de agro & hæreditate sua, absque culpa domini fugerit: talis profugus debet per dominum, in Iudicio maiori & bannito, ter, & ex superabundanti quartò, vt ad suam redeat hæreditatem euocari. qui si non redierit, taliter vocatus: dominus villæ, cum Protestatione, poterit suam hæreditatem per alium locare: Contumacia illius non obstante. Et si is profugus minas incusserit possessoribus agrorum qualescunque: tenebitur dominus, sub quo degerit, requisitus, Ius Polonicale poscentibus cum eo ministrare: aliâs ille sub quo fuerit cotradicens, pænam *Piątnadźiesta* incurret, totiens, quotiens contra hanc Constitutionem fecerit quoquo modo.

Sculteti omnes, Spiritualium & Secularium, militent.

Kazimi. Visticia 1368. Folio 18. QVia onus, præsertim quod omnes tãgit, inter plures diuisum faciliùs deportatur: quapropter Statuimus: Quòd indifferenter omnes Sculteti, tam Spiritualium quàm etiam Secularium personarum, iuxta ipsorũ facultates, ad quamlibet Expeditionem nobiscum transire teneantur.

Sculteti Spiritualium, nisi liberentur Priuilegio, ad Expeditionem bellicam eant.

Sigism. Petric. 1538. C 1. VIsum est: ut si probatum fuerit, Scultetos Spiritualium teneri ad Expeditionem bellicam, Sculteti eorum sint obligati deinceps nobiscũ in bellũ

in bellum proficiſci. præter eos, qui Priuilegijs eſſent ab expeditione exempti & liberati. Quæ Priuilegia domini Spirituales, in Synodo proxima, poſtquam præterita (propter mortem domini Archiepiſcopi) effectum ſortita non eſt, ſe recenſere promiſerunt: & illa poſtmodum in Cõuentu generali Regni, proximè poſt Synodum futuro exhibebunt. vt ex illis fiat cognitio, de immunitate Scultetorum, ſeu Aduocatorum: vel obligatione, ad præſtandam & ſuſtinendam bellicam Expeditionem.

¶ SIMILIS. Quia vbi eſt maior hominum copia. ibi vis potentior: renouando antiqua Statuta, Statuimus: Vt ex Scultetijs & Aduocatis bellicum ſeruitium fiat: idq; tam ex his, quæ poſsidentur ab ipſis: quàm ex his, quę exẽptæ ſunt. Nihilominus in futuris Comitijs, Spirituales hoc docere debent: an Sculteti vel Aduocati eorum, á bellico ſeruitio liberi ſint: iuxta Statutum, anni 1538. quod quidem ſi non fecerint: extunc Sculteti æ, & Aduocatiæ eorum, ad pofectionem bellicam iam tenebuntur & erunt obligatæ. *Sigiſ. Augu?. Petric. 1550.*

SCOPVLVS.

Diſiectorum Scopulorum pœna, & ſatisfactio.

SI quis autem Scopulos erectos, vel alia ſigna metalia, vel in parte, vel in toto diſiecerit, annihilaueritq; violenter: talis violator, á quolibet Scopulo aciali, luet parti contra ſe agenti, per tres Marcas pecuniæ vſualis. ab alijs verò Scopulis diſiectis, & ſignis quibuſcunque metalibus deſtructis, & annihilatis, luet per ſex Scotos. *Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 40.*

¶ Et nihilominus idem violator teneatur Officium Succamerarij, ad locum Granicierum violatarum, ſumptibus ſuis educere: & coſdem Limites á ſe diſiectos reſtaurare, & de nouo exigere. quod facere tenebitur, poſt auiſationem per Miniſterialem, & Nobiles, ex parte talem iniuriam paſsi infra octo ſeptimanas: ſub pœna 14. Marcarum parti & totidẽ Iudicio ſuccumbenda: Qua pœna ſoluta, in alijs octo ſeptimanis, tenebitur Granicies, ita vt præmiſſum eſt, reſtaurare. & ſic, totiens quotiens ipſas granicies reſtaurare renuerit, & noluerit: totiens 14. Marcas præfatas, parti & totidem Iudicio ſuccumbet ad ſoluendum, in quibuſlibet octo ſeptimanis. *Ibidem.*

Inofficiosè erigens Scopulos, quam pœnam luit, & quomodo ſatisfacit.

SI quis in alieno ſolo, ſiue aliena hæreditate, ſine Succamerario & eius Officio, ſigna granicialia ſuapte, ſponte, & temerè erexerit, & fecerit: talis etiam pari modo, à quolibet Scopulo aciali tres Marcas: & ab alijs, per ſex Sco- *Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 41.*

sex Scotos (prout supra) succumbet ad soluendum. Et nihilominus Scopulos, & signa omnia metalia, taliter inofficiosè facta, officiosè per Officium Succamerarij destruet, dissipabit, annihilabit: ita vt in posterum nullum præiudicium, parti iniuriam passæ, ex eorum vestigijs euenire possit. quod facere tenebitur, sub pœna 14. Marcarum parti, & Iudicio totidem. Et similiter contra talem procedetur, in octo septimanis: prout & contra violentum destructorem Granicierum. vt supra descriptum est.

Scopulos tres, vel signa notabilia, si quis ostenderit: ad probationem per Succamerarium admittatur.

Iagello Cracou. 1423. Folio 44. DE limitibus autem nostrorum Nobilium, taliter duximus prouidendum: Quòd si contigerit aliquem litigantem pro limitibus, docere, vel ostendere Scopulos, dictos *Kopce*, ad minus tres, aut alia signa notabilia, in campis, vulgariter *Wyázdy*: in syluis verò signa, ad instar crucis facta, vt est moris: extunc Succamerarius noster, illum qui meliora & notabiliora Signa seu Scopulos ostenderit, discernens sub honore & conscientia, debebit & tenebitur mittere ad probandum. Vbi autem vtraque pars, Signis notabilibus inter hæreditates caret: extunc Actor ad probationem Limitum, cum testibus, prout de Iure est, admittatur.

SCRVTINIVM.

Scrutinium Regi reseruatur. Scrutatores autem iurati sint.

Sigis. August. 1510. SCrutinia, Statuto Regis Ioannis Alberti, personæ tantùm Regiæ sunt credita. circa quæ nos ita conseruabimus: sicut Statuto describitur. Scrutatores autem iurati esse debent. sub quo Iuramento debent scrutari diligenter, ab hominibus Iuramento obligatis, veritatem rei, seu facti.

¶ De scrutinio homicidij, Vide in Titulo HOMICIDIVM. Folio 193.

¶ De scrutinio expulsorum de bonis, Vide in Titulo EXPVLSIO. Folio 167.

SPIRITVALES.

☞ Hic etiam omnia de Ecclesijs vide.

Quia Ecclesiæ dotatæ sunt, propter Dei cultum augendum, & doctos viros fouendos: Cortisani, Pensionarij, Reseruatores, etc. eiusmodi puniantur.

Sigism. Craco. 1532. B 3. CVm magna pars Reipub. nostræ, in ordine & statu Ecclesiastico consistat: Ecclesiæq; Regni nostri, per antecessores nostros sint ampliter dotatæ: cùm ad diuinum cultum peragendum, & manu tenendum: tum etiam ad

etiam ad viros literatos & idoneos, maximè verò Nobiles promouendos, quorum pauci essent, quibus vel animus, vel facultas esset literis incumbendi, & alia studia, per quæ emergitur sectandi: nisi bona Ecclesiastica, non solùm facultatem viuendi, sed etiam opem multis se & suos subleuandi præstarent. Vnde Nobilitas Regni, quæ potissima est istius Regni portio, & cuius domus ac familiæ partim multiplicatione prolis, partim etiam alijs euentibus, plerunq; extenuari solent, præcipuum habeat status & prouectionis suæ subsidium & adiumentum: ac cum successu temporis, multi indigni homines, varijs artibus, & præsertim Romanis impetrationibus, sese ad sacerdotia ingererent, ac illa viris dignis & idoneis præriperent: antecessores nostri multiplicibus statutis & pœnis grauissimis, collationes suas & subditorum suorum Secularium, asseruerunt, ac defenderunt. Sed cùm Ordinarij Regni nostri, qui & magis debent statui, & dignitati Ecclesiasticæ prospicere: & melius sciunt personas Spirituales Ecclesiæ & Reipub. idoneas eligere, hactenus nihil haberent præsidij, quo suas collationes & prouisiones saltem in mensibus suis, aduersus Romanas multiplices reseruationes, accessus, regressus, & coadiutorias, aliaq; id genus impedimenta, tueri possent: vnde lites & expilationes multarum facultatum sequebantur: nos inter alia quæ toto tempore fœlicis nostri regiminis, in Regno nostro reficienda curauimus: hanc indignitatem & incommodum, tam Ecclesiarum quàm etiam Reipub. considerantes, magna cura egimus, apud Sanctissimum in Christo patrem, & Dominum Clementem septimum, sanctæ Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ summum Pontificem: vt quod nonnulla alia Regna & Prouinciæ, pro magno & singulari haberent Priuilegio, ac diligentissimè obseruarent: eius Sanctitas nobis & Regno nostro, cùm de sede Apostolica, tum etiam de vniuersa re Christiana bene merito concedere dignaretur: vt videlicet Ordinarij, aliæq; personæ Ecclesiasticæ perpetuis deinceps temporibus haberent vicissim cum ipsa sede Apostolica sex menses liberos: in quibus nullæ qualescunq; reseruationes, nulli accessus, regressus, ac coadiutoriæ, aliaq: impedimenta ex curia Romana prouisionibus & collationibus ipsorum obsistere aut illas impedire possent. Quòd tandem Priuilegium de gratia ac benignitate eius sanctitatis obtinuimus, amplissimis quidem rationibus & clausulis roboratum, prout ex tenore ipsius clariùs constat. Cuius exempla ad omnes Ecclesias Cathedrales sub Sigillo nostro transmisimus. Quia tamen tanta est multorum hominum temeritas, tanta rerum & temporum varietas, vt nihil tam solidi obtineri ac ordinari possit, quod non turbetur & labefiat in posterum: nisi vi & potestate Principum defendatur ac manu teneatur. De consilio ac consensu vnanimi omnium, tam Consiliariorum quàm etiam Nunciorum terrarum Regni

noſtri Statuimus & decernimus perpetuis temporibus obſeruandum: quòd quicunq; aduerſus Priuilegium hoc tam ſalubre, & tanto labore & cura noſtra obtentum, per derogationes, aut quoſcunque alios modos quidquam committere per ſe, vel ſummiſſas perſonas, aut quouis alio prætextu ſeu colore, illud in parte vel in toto infringendo, vel contra id aliquid tentando auſu temerario præſumpſerit: vel contra illius diſpoſitionem beneficium quodcunq; Eccleſiaſticum, acceptauerit vel acceptare voluerit: vel penſionem quamcunq; ſeu aliquam quottam ex prouentibus beneficij per eum impetrati vel acceptati ſibi reſeruari procurauerit: cuiuſcunq; ſtatus, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtat, pœnis in Statutis Sereniſsimorum Ioannis Alberti, & Alexandri, Regum Poloniæ germanorum & anteceſſorum noſtrorũ contra plebeos ad maiores Eccleſias ſe recipi procurantes, & alios imperatores Cortiſanos editis, ſubiaceat ipſo facto: quippe omnium bonorum ſuorum communium & priuatorum, mobilium & immobilium ſecularium, ærario ſeu fiſco & menſæ noſtræ applicandorum priuatione: Eccleſiaſticorum verò areſto & confiſcatione: & præterea extra Regnum & dominia noſtra bannitione & proſcriptione puniendus. Ne autem extraneis perſonis contra hoc Priuilegium aliquid tentandi via pateat, ſi per ſummiſſas perſonas illi contraueniendi facultas relinqueretur, Statuimus & Decernimus: ſimili pœnæ & mulctæ ſubiacare & eo modo eſſe puniendos omnes & ſingulos Prælatos, Spirituales & Seculares, ac Capitula, tam Sectularia, quàm Regularia, Abbates, Canonicos, Plebanos, Vicarios, beneficiatos, & quoſcunque præsbyteros omnium Eccleſiarum: necnon Tabelliones, Notarios, & quaſuis alias Eccleſiaſticas & Seculares perſonas Regni noſtri, & alias vndecunque exiſtentes: quæ literas quaſcunque ſupraſcripto Priuilegio Regni noſtri, & præſenti ordinationi contrarias perſonis externis ſiue indigenis & alijs quibuſcunque, cuiuſcunque gradus, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, & quacunque præfulgeant dignitate, alias prouiſiones in vita, reſeruationes cum penſionibus, ſurrogationes, & quoſcunq; proceſſus deſuper obtentos in ſe continentes, portarent, afferrent, & publicarent, palàm & priuatim: aut qui penſiones huiuſmodi celando illas, ſummariè pecunijs redimerent, & ceſsiones vel reſignationes beneficiorũ ſeu Iuris ad illa competentis ſuſciperent, vel acceptarent: ſeu qui monitorio cenſuras, procurationes, & ſequeſtra, contra prouiſos ordinariorum ob non ſolutionem penſionum, etiam motu proprio reſeruatarum, in ſe contineñ. quacunq; auctoritate data, admitterent, aut exequi præſumerent: vel talium fautores, executores, Procuratores, aut quoſuis ſollicitatores promouere, fouere, vel illis auxilium opemúe aliquam præbere auderent, vel talia fieri promouerent: pœnis ſupra expreſsis ſubiaceant, per

locorum

locorum Capitaneos ſub pœnis in negligentes Capitaneos conditis, contra tales temerarios tranſgreſſores irremiſsibiliter exequeñ. Datum in Conuentione generali Cracouienſi, die ſanctorum Fabiani & Sebaſtiani Martyrum. Anno domini. M. D. XXXII. Regni noſtri Anno XXV.

Ad mandatum Regiæ Maieſtatis proprium.

Ne Spirituales Iudicijs Secularibus ſe immiſceant.

PEtitionibus Nunciorum Terreſtrium permoti, & ad ſopienda odia, quæ aduerſus Eccleſiaſticos viros, ob quorundam inſolentiam, apud Seculares excitari contingit, Statuimus: Vt Eccleſiaſtici viri, Beneficiati, aut Sacerdotes, non ſe immiſceant deinceps Iudicijs Secularibus, neque cauſas procurent, & promoueant Secularium perſonarum: neq; Officia Notariorum, aut Vicenotariorum in Secularibus Iudicijs obeant: ad quos per Iudices Terreſtres non admittantur. Exceptis cauſis proprijs, aut aliarum Spiritualium perſonarum: in quibus agendi, procurandiq; liberam habeant vbiq́ue facultatem. Verùm Capitaneis licebit habere Notarios Spirituales: quandoquidem ipſi, pro exceſſu Notariorum reſpondere tenebuntur, & erunt aſtricti. In Iudicijs autem Noſtris, in præſentia noſtra, dum ipſi perſonaliter Iudicio interfuerimus, licebit Spiritualibus perſonis nobis aſsidere, & Conſilia præſtare. *Sigiſm. Petric. 1538. Bo.*

Differentias Spiritualium & Secularium, Rex ſopit.

ITem Promittimus: Quòd quàm citò, Deo dante, De Expeditione in terras noſtras nos reuerti contingat: omnes differentias, inter Spirituales & Seculares exortas, in Conuentione generali ſopiemus. *Kazim. in Nicſco. Folio 95.*

Coram Archiepiſcopo gladium ſtringentis, pœna.

SI verò coram Domino Archiepiſcopo, gladium vel cultellum extraxerit: ſiue vulnerauerit, ſiue non: pœna *Siedmnadzieſta* puniatur, eidem Domino Archiepiſcopo applicanda. *Kazim. Viſlic. 1368. Folio 39.*

Coram Archiepiſcopo turpia verba proferentis, pœna.

SI quis verò turpia coram eo protulerit: pœnam eidem Domino Arciepiſcopo *Piąthnadzieſta* perſoluat. *Kazi. Viſlic. 1368. Folio 49.*

Si Sacerdos occidatur, capiatur, vulneretur, aut detineatur.

PRæterea vbi Clericus ordinatus, vel Præsbyter eſſet occiſus, captus, vulneratus, vel detentus: illius loci Eccleſia, vel Eccleſiæ, ſi fuerint plures, *Iaroſlaus Gneſnen. Archiepiſc. Folio 54.*

plures, à Iure sint interdictæ. & ideo in eisdem Diuinum Officium non debet celebrari: quousque malefactor Domino Episcopo tradatur. Qui si comprehendi non poterit: tunc habitatores eiusdem loci præstabunt Iuramentum: Quòd malefactorem deprehendere non potuerunt: nec occasionem effugiendi dederunt. extunc Ordinarius tollet Interdictum, à Iure statutum. Et nihilominus malefactor sit proscriptus: & per quemcunq; rapi poterit, Domino Ordinario tradatur, & omnino Excommunicetur.

De eodem, Bodzanta Episcopus Crac. constituit.

Folio 57. PRæterea vbi Clericus ordinatus, vel Præsbyter esset occisus, vulneratus, captus, vel detentus: illius loci Ecclesia, vel Ecclesiæ, si sint plures, Iure sint interdictæ. et ideo in eis Diuinum Officium non celebretur: quousq; malefactor Domino Episcopo tradatur. Qui si deprehendi nõ poterit: tunc habitatores illius loci præstabunt Iuramentum: Quòd malefactorem detinere nequiuerunt: nec occasionem aufugiendi dederunt. demum Ordinarius tollet Interdictum, à Iure statutum. Cùm tamen nihilominus malefactor sit proscriptus: & per quemcunq; rapi potuerit, domino Ordinario ipsemet tradatur, & Excommunicetur.

Rectores Ecclesiarum à Sacramentis pecunias non exigant.

Bodzanta Episcopus Folio 57. REctores quoq; Ecclesiarum, pro Sacramentis Ecclesiasticis, quæ gratis ministranda sunt, nihil exigat. aliâs ipsos grauiter puniemus.

¶ Archiepiscopus Gnesnensis Iaroslaus, inter Dominum Regem Kazimirum, & Bodzántám Episcopũ Cracouien. de Decimis quemadmodum decreuit: Vide in Titulo DECIMAE. Folio 130.

De visitatione per Archidiaconos,

Ibidem. PRohibemus etiam Archidiaconis, Præpositis, & alijs Prælatis nostræ diœcesis, Iurisdictionem habentibus: vt visitando non excedant eucctionum numerum, à Iure diutiùs institutum: neq; in tempore visitationis, pecuniam exigant à subiectis.

Seculares, ad Judicium Spirituale non euocentur.

Ibidem. PRæterea volumus: Quòd Laici deinceps, pro debitis, & in alijs causis ciuilibus, per Clericos ad forum Ecclesiasticũ non trahantur. nisi fortè causa sit Spiritualis, vel Spirituali annexa: aut debitum fuerit Decimale.

Quæ causæ Spiritualium Juri Terrestri subsunt.

Spirituales

SPirituales pro bonis, siue iniurijs bonorum, Iuri communi subiectorũ, Iure Terrestri experiantur. Iniurię sunt, super Limitibus, Kmethonibus fugitiuis, cæde, & vulneribus, aliâs iuxta Statuta Ioannis Alberti Regis. *Alexand. in Radom 1505. Felix Cuvij.*

Quas causas Iudices Spiritualium cognoscent.

DIfferentias Iudiciorum, inter Spirituales & Seculares personas, sic in præsentibus Comitijs, cum Consiliarijs nostris vtriusq; status, et terrarum Nuncijs Constituimus: ne amplius alteri alteros, ad Ius incompetens euocent. Vt itaque sit definitum, quæ causæ ad Iudicium Spirituale, & Seculare pertinent: per hanc illarum descriptionem, significamus, describimus & Constituimus, cum consensu dominorum & Prælatorum Spiritualium, necnon dominorum status Secularis, & Nunciorum Terrestrium. In primis ad Spiritualium Iudicium pertinet, Iudicare differentias Fidei sanctæ Christianæ, hæreses, schismata, blasphemias cõtra Deum, et apostasias. *Sigism. Cracou. 1543.*

Item pro Decimis, septem Sacramentis Ecclesiæ, Beneficijs, Sacrilegijs, Simonia, Fœnoribus, Spiritualium homicidijs, Percussionibus & vulneribus Ordinatorum, aliâs Consecratorum, Sacrorum nundinatione, & pro his, qui confugiunt sub tutelam templorum, vel Monasticorũ Cœnobiorum. exceptis tamen illis, quos Ius templis defendere non permittit: vt sunt Nocturni damnidatores, in segetibus, fundis, vel agris: Sicarij, aliâs dispercussores liberè iter facientium, Fures publicè proclamati, vel ter in Regestris conscripti: Incendiarij, & Violatores libertatum Ecclesiarum. isti & tales debent de templis recipi, neque defendi.

Item ad Iudicium Spirituale iudicare pertinet, Incantationes, & Magias, Census perpetuos Ecclesiasticos terrestres & temporales, Reemptiones, Ecclesiarum dotationes, aliâs *Poświątne*. Nihilominus de ipsis fundis, Ecclesijs dotatis, aliâs o *Poświątnym*, sic est constitutum: Quia si aliquis Spiritualis, vel vigore literarum, vel possessionis diuturnæ, possideret id, quòd asserit esse Ecclesiæ dotatum aliâs *Poświątnym*: & ex illa Ecclesia, vel Ecclesiastica persona, inofficiosè, & alicuius vi vel violentia esset, depulsa: & eo nomine citaret, is debet iudicari, iuxta veterem Consuetudinẽ, Iure Spiritualium. excepto hoc, si in termino persona Secularis citata assereret: quia hoc ipsum, pro quo citatur, Ecclesiasticum non est: sed tantùm adiectum de eius proprio, ad Ecclesiasticum: hoc est, quia hæc persona Spiritualis plus sibi dationis, aliâs *Poświątnego*, appropriauit: latiùs, vel longiùs, quàm debet habere, iuxta literas Fundationis, vel Possessionis: extunc Spiritualis Iudex adiudicando Actori hoc, quod in literis Fundationis habet, vel ab eo iustè possideri dominus cognosceret: vel id, super quod legitimè doceret: pro reliquo fundi, illo scilicet, *De Poświątnem, quid iudicandum.*

quòd eidem non agnoſceret dominus, debet remitti ad Ius Terreſtre. In qua quidem cauſa, pro proprietate, pro limitibus, aut pro meta, à Decreto Remiſsionis à Iudicio Spirituali ad Ius Terreſtre, ad ſuperius tribunal Iudicij Spiritualis, vel Romanum, Appellatio admititi non debet: ſub pæna infraſcripta.

Sic etiam ad Iudicium Spirituale pertineat, Perſona miſera & derelicta: quæ manibus ſuis victum ſibi emereri, atque elaborare non poteſt. Item huic etiam Spirituali Iudicio pertinet, Quærere & iudicare de legitimi vel illegitimi tori liberis, ſeu natalibus.

De Inſcriptionibus Kmethonum. in Iure Spirituali.

Item ad Iudicium Spirituale pertinent Cauſæ eorum: qui ſe ſponte ſua obligant, & inſcribunt, in Iure Spirituali. præter Inſcriptiones illas: quas Kmethones & ſubditi Nobilium facerent inter ſe, coram Iudicio Spirituali. Nam tales Inſcriptiones, inter Kmethones & ſubditos Nobilium, à Spiritualibus ſuſcipi non debent. quòd ſi ſuſciperentur: extunc tales Inſcriptiones nihil valere debent. Sed Inſcriptiones, & venditiones Decimarum pro debito Eccleſiæ, vel Spirituali perſonæ faciendas, poſſunt ſuſcipere & iudicare Iudicio Spirituali. ſed hoc debet intelligi, de Kmethonibus & ſubditis liberis, non obligatis, noſtris Regalibus: ſic etiã de Kmethonibus Spiritualium: quibus licebit tales facere, & in ſe ſuſcipere Inſcriptiones. tantùm à Kmethonibus, & ſubditis Nobilium, ſuſcipi non debẽt.

Etiam pro Percuſsionibus, & Exceſsibus contra Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas conſecratas. præterquàm illos Eccleſiæ miniſtros, qui Eccleſiaſtici & Acolyti eſſent, & vxores poſtea ducerent: præter etiam illos, qui exiſtentes miniſtri Eccleſiæ, non tamen Sacerdotes, ipſi ſoli in tabernis lites quærerent, & in illis litibus conuicti fuerint: hi ad Iudicium Spirituale pertinere non debent.

Etiam ad Iudicium Spirituale pertineant, cauſæ Iuriſpatronatus, Plebanatuum, Altarium, Præbendarum, & aliorum Sacerdotiorum: ad hæc Diuortiorum, & Dotium inter perſonas, per Diuortium ſeparatas. cognitio tamen ſeu Iudicium de Dote, perſonę per Diuortium ſeparatæ, remitti debet ad tribunal S. M. Regiæ: ſecundum veterem Conſuetudinem.

Teſtamentorum vero cauſa, vtriuſq; Iuris, tam Spiritualis, quàm Secularis, debet eſſe. exceptis illis, quæ eſſent in Iure Seculari factæ. Ea enim in eodem Iure recognoſci debẽt. niſi fortè aliquid in eo Eccleſiæ, vel in pios vſus, & miſericordiæ opera legaretur: ſed nihil Iuri Terreſtri ſubiectũ, contra Statutum legari debet. Hoc eſt autem Teſtamentum mixti fori: quòd coram Publico Notario fieret: vel qui illud propria manu ſcriberet: vel coram aliquibus teſtibus præſertim Nobilibus, factum eſſet. hoc tamen debet eſſe liberum Nobilibus: non autem Ciuitatum incolis. & pro talibus poteſt citare, qui vult, ad forum Spirituale, vel Seculare, ad

Teſtamenta mixti fori.

quod

ad quod aliquis pertinet: hoc in eius voluntate ſtat. Sed Teſtamentum, quod aliquis coram Nobis, vel coram quocunq; alio Iudicio, aut Iure Seculari Terreſtri, Caſtrenſi, Ciuili, Villano, Aduocato & Iuratis faceret: tale omnino ad Ius Spirituale non pertinebit: neque nomine illius poteſt quis conueniri, coram Iudicio Spirituali. excepto, ſi aliquid Eccleſiæ, & quod contra Ius Terreſtre non eſſet, legaretur: hoc in eius voluntate erit, ad Spirituale ſcilicet vel Seculare Ius citare. Et ſi qua Spiritualis perſona aliquem Nobilem, vel Nobilis ſubditum, ad Ius Spirituale, pro alia re, vltra articulos ſuperius deſcriptos, ad Spirituale Ius extraheret, vel citaret: extunc ibidem eodem euocato, pro pœna debet dare 14. Marcas pecuniæ. quæ debet in illo decerni, in Spirituali Iure, ſub Cenſuris. A quo decreto pœnæ, Appellatio non debet admitti, per Spiritualem iudicem. Alias autem omnes cauſas, Iudicium Seculare debet iudicare: ita quod ſi etiam Spirituales haberent aliquid cum Secularibus agere, vel cum illorum ſubditis: debēt in Iure Seculari experiri. Similiter etiam ſi quis Secularis, Spiritualem ad Ius Seculare Terreſtre, pro his articulis Iudicio Spirituali pertinentibus, euocaret: talis etiam debet comdemnari in pœna 14. Marcarum. Nihilominus per hanc Conſtitutionem noſtram, Nolumus vt in aliquo derogetur Iuribus & Priulegijs Spiritualium, in Statutis deſcriptis: hoc eſt, ne in illis hoc mutaretur, vel deſtrueretur: quod eſt plus in illis ſcriptum, quàm hæc Conſtitutio habet. Ita enim cum Conſilarijs noſtris, & Nuncijs terrarum conſtituimus: quia hoc debemus vnicuiq;, tam Spirituali quàm Seculari, ſubdito noſtro tenere & reformare, iuxta Conſtitutiones priores.

De ſalario Tabellionum.

STatuimus, & præſentibus ſtatuendo Ordinamus: Ne quis Notarius Publicus, aut priuatus Curiæ noſtræ Epiſcopalis, aut diœceſis Cracouien. prædictæ, pro libertate ſuper quacunq; re conficienda, ſeu Priuilegio ſuper ea conſcribenda, vltra ſex groſſos Pragenſes, exigendo non recipiat ab indigente, quocunq; colore quæſito. Pro quibuſcunq; Quittationibus verò, vnum Groſſum Pragenſem. Item pro ſententia Contumaciæ, duos Groſſos, & pro Aggrauaminibus ſubſequendis, nullatenus vltra ſex Groſſos, dictorum Pragen. ab indigentibus, & prædicta petentibus exigantur: ſub pœna Excommunicationis: quam ipſos, qui præſenti Statuto & Ordinationibus præmiſsis contrarium fecerint, ſubiacere volumus ipſo facto. Vt autem prædicta noſtra Conſtituto, Ordinatio, ſeu Decretum, temporibus perpetuis, inuiolabiliter perſeueret: ipſam conſcribi iuſsimus: noſtriq; ac Capituli ſupradicti Eccleſiæ noſtræ Cracouienſis, Sigillorum appenſione muniri. Actum & datum Cracouiæ, xiiij. die men-

Bodzanta Folio 58.

die mensis Iunij, Anno Domini 1369. Præsentibus & Ordinantibus, Venerabili in Christo patre & domino, domino Iaroslao, sanctæ Gnesnensis Ecclesiæ Archiepiscopo: & honorabilibus viris dominis, Othone Præposito Gnesnensi, Ioanne Decano, Floriano Præposito, Nicolao Custode Cracouiensi, Gwestao Wislicien si, & Nicolao Skárbimirien si, Præpositis, Canonicis Ecclesię Cathedralis Cracouiensis, Prædictę: necnon Wilkone Sandomirien. Ioanne Woyniceñ. Zawiszá Sandeceñ. Castellanis: Andrea Succamerario, & Petro Tribuno Cracouiensi, & alijs fide dignis.

¶ Spirituales damna in bello passi, quo Iure pro eisdem agere debēt. Vide in Titulo BELLVM. Folio 24.

De Interdictis & Excommunicationibus, pro iniurijs Ecclesiæ.

Alexand. Folio 69.

VT autem tollantur dubia de Interdictis, & Excommunicatis, iuxta Statutum Prouinciæ Gnesnensis, pro raptu & inuasione bonorum, & personarum Ecclesiæ: Nos Alexander Rex, ad informationem subditorum nostrorum, Spiritualium & Secularium, Iura Diuina non calentium, decisionē de corpore Iuris, & de libris Ecclesiæ Doctorum, super Statuto Prouinciali Gnesnensi scriptam, per Venerabilem Nicolaum Kothficz, Archidiaconum Posnanien sem, & Canonicum Gnesnensem, Iuris Pontificij ac legum Doctorem collectam, congestis per nos Priuilegijs Regni communibus ascripsimus, sub ordine infrascripto.

Inuasor bonorū Ecclesiæ, est excōmunicādus.

Statutum Prouinciæ Gnesnensis, positum sub Titu. de Rap. disponit & statuit: quòd ij, qui Decimas, possessiones, tributa, ac bona mobilia, ad Ecclesias personasq; Ecclesiasticas, ac eorum subditos spectantia, rapiunt, inuadunt, occupant, exactionant, iniustè pignorant, extorquent: vel quouis sumpto colore grauant: aut in bonis eisdem notorium damnū, aut manifestam offensam inferunt: post tres dies, (nisi satisfecerint) Excommunnicationis sententiam incurrunt ipso facto.

Circa quod Statutum noto primò, id quod notat Panormitanus, in Rubric. de Sagitt. quòd hîc Rubrum est generalius nigro. Rubrica enim loquitur solùm de raptoribus: Textus verò etiam de illis, qui alioquin damnum, grauamen, aut offensam faciunt: absque eo, quòd aliquid rapiant, auferant, & exportent.

Damnum quid?

Pro clariori tamen Statuti intelligentia, præmitto primum: quòd hoc verbum Damnum propriè pertinet ad res: & est quædam destructio, seu deteriatio rerum, in bonis nostris consistentium. vt in libro iij, folio de Dam. infec. vbi Iurisconsultus Damnum vocat, patrimonij diminutionem.

Verbum

¶ Verbum verò Offenſa, propriè pertinet ad perſonam: & eſt quædam iniuria facta perſonæ, ſeu in perſonam: quę hominem ad iuſtam turbationem inducit. vt dicit Bar. in L. Cùm filium, folio de here. inſti. Tamen largè ſumendo vocabula, aliquando Offenſam perſonæ vocamus damnum. vt dicit Alexander in L. Iuſiurandum, folio de Iureiurando, per L. Si in duobus, de reg. iur. Quòd damnum famæ, præfertur damno pecuniario. &ècontra: damnum rerum vocamus Offenſam perſonæ. Vnde dicit Tex. Inſtit. de Iureiurando. Quod ſi cuius bona, quaſi debitoris, cùm tamen nihil debeat, poſſeſſa ſint: iniuriam admitti manifeſtum eſt. Et ſic largè Damnum, & Offenſa: vnum pro alio poſſunt poni. Hoc præmiſſo, quæro: Qualiter in hoc Statuto capiantur, hæ dictiones Damnum ſeu Offenſa: vtrum ſtrictè & propriè, an verò largè: ita quòd vnum capiatur pro alio, & vnum intelligatur in illo. Et reſpondeo: Quod capiuntur ſtrictè & propriè. Non enim eſt opus vnum ſub alio intelligere: vbi ſingula ponuntur expreſsè. quia in certis, non in incertis eſt locus ſubauditioni, L. Continuamus, folio de ver. oblig. facit regula in pœnis lib. 6. Ex quo enim Statutum eſt pœnale: debet fieri ſtricta interpretatio. *Offenſa quid?*

Secundò prænoto: quòd Damnum, ſeu Offenſa, habent ſe ad Rapinam, Inuaſionem, Occupationem, & Exactionem iniuſtam, Pignorationem, vel Extorſionē: ſicut Genus ad Species. Prędicantur enim de quolibet ipſorum: & valet Conſequentia: Rapina eſt: Ergo Damnum, ſeu Offenſa. & non ècontra. Et ſic de ſingulis. Capio tamen hic Genus non ita propriè, vt capitur à Dialecticis: ſed ſecundum Legiſtas, pro eo, quod continet ſub ſe plura. vt not. Panor. in C. Paſtoralis, §. Quoniam de reſcriptis. ¶ Hoc præmiſſo, quæro: An iſtud Statutum habeat locum, in alijs caſibus, ſub iſtis verbis generalibus, ſcilicet Damnum ſeu Offenſa, tacitè comprehenſis: vltra caſus, qui ſunt ſpecialiter enumerati, ſcilicet Rapina, &c. Et reſpondeo: Quòd ſic per ea, quæ not. Panor. in C. ſedes De reſcriptis. In ſecundo non. & in quinta Columna, vbi dicitur: Quòd quotiens enumeratis Speciebus ſubiungitur Genus, ſub nomine Adiectiuo, licet illud Genus reſtringitur, vt non comprehendat niſi Species pares expreſsis: non tamen reſtringitur, ad Species expreſſas tantùm: ſed imò comprehendit omnes alias Species, tacitè ſub eodem Genere comprehenſas, quæ ſunt pares expreſsis. ¶ Cùm autem enumeratis Speciebus, ſcilicet Rapina, Inuaſione, &c. ſubiunguntur dictiones generales, ſcilicet Damnum, ſeu Offenſa: quibus dictionibus generalibus, adiunguntur Nomina Adiectiua: (nam huic dictioni Damnum, adiungitur hoc Adiectiuum Notorium: huic dictioni Offenſa, adiungitur & hoc Adiectiuum Manifeſta) dico quòd hoc Statutum habet locum, etiam in aliis caſibus, *Rapina. Inuaſio. etc. quid?* *Damni et Offenſæ nomina, late patent.*

is casibus, tacitè sub eisdem verbis generalibus comprehensis. Sed quæro: Qui sunt isti casus, tacitè sub eisdem verbis generalibus comprehensi? Dico: Quòd sub verbo Damnum Inferunt, comprehenduntur illi: qui incendunt ædificia, quæ sunt in bonis Ecclesiæ: & qui mutilant, aut necant pecora, & pecudes. Isti enim licèt nihil Rapiant, nihil Extorqueant, &c. tamen quia dant Damnum, incidunt in pœnam huius Statuti. Sub verbo verò Offensam Inferunt, comprehenduntur illi: qui in bona Ecclesiæ venientes, percutiunt homines, familiam, aut subditos Ecclesiæ. Isti enim quamùis nihil Rapiunt, & nullum Damnũ faciunt: quia tamen Offendũt, incidunt in pœnam huius Statuti. ¶ Et quia dicitur in Textu, Quouis sumpto colore grauent: quæro: Quomodo possint Colorari grauamina, de quibus in tex. Respondeo: & pono exemplum in Rapina, per C. Clericos, de immu. Ecclesiæ lib. 6. Si quis rapiendo, protestatur se nomine doni, mutui, ac commodati accipere. vel pono exemplum de illis, qui veniũt ad bona Ecclesiarũ: & exigunt victualia, & stationes, sub colore hospitalitatis: asserentes Clericos pertinere ad hospitalitatem. vt suprà de immu. Eccle. in Statuto quod incipit, Item cùm ad aures. Clerici enim non tenentur ad hospitalitatem, Nobilium, diuitum, aut stipendiariorum: Glo. in L. 1. & L. Omnia, C. de Episcopis, & Clericis: sed solùm ad illam, quæ continet Officium pietatis: xlij. Di. §. 1. C. 2. de. sup. neg. prel. & per dec. in C. de Monachis de præben. & per Bar. in C. 1. de empt. & vendi. Et quia in tex. dictiones Adiectiuæ, adiunctæ verbis generalibus, qualificãt ipsa, (Nam verbo Damnum, adijcitur, qualitas Notorij: verbo Offensa, adijcitur qualitas Manifesti) quæro: An istæ qualitates Notorij, & Manifesti, debeant referri ad casus specialiter enumeratos: & ita qualificent eas dem species, sicut qualificant genus. vel an vnum verbum generale, qualitatem suam conijceret alteri verbo generali: &ècontra. Et respondeo: Quòd sic. Moneor per ea, quæ notat Bar. in Lib. Doli, folio de ser. cor. vbi dicitur: Quòd quotiens in aliquo Statuto, enumerantur plura delicta: si circa vltimum adijcitur aliqua qualitas, illa refertur etiam ad delicta priùs enumerata &c. Facit quod notat Panor. in C. Inquisitionem, de appel. dicens: Quòd qualitas in fi. dispositionis posita, non restringetur tãtum ad immediatè præcedentia: sed concernit omnia, in dispositione cõtenta: maximè vt dicit Phil. in C. 2. Requiris c. ti. ex quo nõ est dare differentiam, quare magis ad vnum, quàm ad alium referatur, per Leges ibidem allegatas. Facit quòd notat idem Bar. in L. Prætor, §. En idq; folio 6. Bo. rap. in illa. q. An dicta in præcedentibus, intelligantur repetita in sequeñ. Per quæ dico: Quòd ista qualitas Notorij, addita verbo Damnum, & qualitas Manifesti, addita verbo Offensa, referẽda est ad singula: tam specialiter expressa, quàm tacitè in verbis generalibus comprehensa.

Quomodo colorantur grauamina.

Notorium & Manifestum, quorsum referenda sunt.

Deinde

Deinde quæro: quomodo hæc dictio Manifesta, posita in Statuto, debet accipi. & antequam respondeam, præmitto: Quòd hæc dictio Manifestum, in Iure aliquando capitur impropriè, pro Notorio. vt in C. Manifesta 2. Q. 1. & C. Quoniam de filijs præsby. & C. Ex parte, cum C. sequen. de ver. Sig. Aliquando verò capitur propriè: prout est quædam species de per se, differens à Notorio: & habens se in minus, quàm Notorium: & est illud, quod procedit ex certo authore. Et potest probari xi, Q. iij. Eorum: & notatur in C. Cum olim de ver. sig. C. Venerabilibus Ver. Senes autē de sen. exco. lib. 6. & in C. Vestra, de cohę. de. & mu. per Glo. & dec.

¶ Hoc præmisso, respondeo ad quæsitum: Quòd dictio Manifestam, hîc debet accipi propriè, pro non Notorio. Moneor primo: quia verba Statuti, semper debent potiùs propriè, quàm impropriè exponi & interpretari: si talis interpretatio non est contraria Iuri cōmuni. secundū Bar. in L. prætor ait; vt ff De dam. infect. & Panor. C. Cum dilectus, De consue. Sed certum est: quòd hæc expositio propria, huius verbi Manifesta, non est contraria, imò consona Iuri communi. Nam secundum Ius commune, ille qui transgreditur legem in occulto, non minus incidit in pœnam legis: quàm ille qui transgreditur in publico. Vnde dicit Glos. Non in cle. de here. in ver. Eoipso: Quòd ille, qui percutit Clericū in occulto, non minus cadit in sententiam Canonis: quàm ille qui percutit in publico: & non minus debet declarari Excommunicatus. dummodo huiusmodi percussio occulta, id est, non notoria possit probari. Secundò moneor per ea, quæ notat Panor. in D. C. Cum olim, De ver. sig. vbi dicit: Quòd semper hæc dictio Manifesta, debet accipi propriè, si materia subiecta hoc patitur. Quòd autem materia subiecta huius nostri Statuti, hoc patiatur, imò requirat, propter mentē statuentiū: probatur per Argumentum, ab Absurdo, seu Inconuenienti. quod est in Iure validum: vt dicit Glos. in C. Dudum, De præben. lib. vj. Si enim deberet accipi pro Notorio: & sic per consequens, hoc Statutum deberet tantùm in casu Notorio intelligi: sequeretur hoc inconueniens: quòd aliquando ille, qui pauca raperet, esset Excommunicatus, vigore huius Statuti: ille verò, qui multa raperet, aliquando non esset Excommunicatus. Exemplum: Ille, qui dum dies est, veniret ad villam, & vicinis cernentibus raperet vnum equum, esset Excommunicatus: ille verò, qui veniret de nocte, & alijs vicinis dormientibus aggrediretur vnam domum, & (frustra repugnante hospite) reciperet multos equos, oues, boues, &c. non esset Excōmunicatus propterea, quia factū non esset Notorium. Similiter ille, qui solo pastore præsente & repugnante, gregem totius villæ, qui ibat in pascuis abigeret, non esset Excommunicatus. quia non posset dici Notorium, quod vnus tantùm vidit. Sed hoc esset inconueniens, & contra men-

Hæc vox Manifestum, duobus modis sumitur.

Dictio Manifestū, debet hîc propriè sumi.

tem ſtatuentium. qui voluerunt per hoc Statutum prouidere: ne bona Eccleſiarum, & pauperum hominum in eis degentium, ſiue occultè, ſiue notoriè raperentur, & damnificarentur. imò fortè ex mente ſtatuentium poſsit argui: quòd hæc verba Notorium Damnum, ſeu Manifeſta Offenſa, non eſſent in hoc Statuto poſita, ad differentiam Occulti Damni, ſeu Offenſæ Clandeſtinæ: ſed potiùs ad differentiam Modici Damni, & Perſonæ Offenſæ. vt ſit ſenſus: Damnum Notorium, id eſt, Notabile: & Offenſa Manifeſta, id eſt, Non paruula. quia modicus exceſſus non eſſet curandus: ſecundum Gloſ. in C. Reuera, De conſe. di. ij. ver. mortui. Et licèt pro hac expoſitione fac. tex. in C. Ex parte ade. de reſt. vbi Raptores, propter notorietatem famoſos, vocat Notabiles: tamen quia alibi, non reperio huius expoſitionis fundamentũ, non ſequor eum: ſed ſequor primam expoſitionem: & capio hoc verbum Manifeſta propriè, pro non Notorio, quod probari poteſt. & cõcludo: quòd hoc Statutũ habet locũ, tam in Raptu, damno, offenſa, Notorijs: quàm in Non notorijs. Quamuis autem vigore huius Statuti, tam Notorius, quàm Manifeſtus, id eſt, Non notorius raptor incidit in Excommunicationem: tamen aliter procedetur contra Notoriũ, & aliter contra Non notoriũ, vt infra ſubijciam.

Obiectio c. cõtra hoc Statutum, cum Reſponſione.

¶ Oppono tandem contra iſtud Statutũ: & arguo, illud nõ eſſe validũ: Primũ ex eo, quòd in ipſo non præmiſſa Monitione, fertur Excõmunicationis ſententia ipſo facto. quòd eſt contra C. Sacro, de ſen. exco. C. Romana, §. Sed nec in ſpem. e. ti. lib. 6. Reſpondeo primò: quod ex diuerſis nõ infertur. L. Popinianus ff. de Mino. ſed dictũ C. Sacro, in alio caſu loquitur: ſcilicet de Excommu. quæ fertur ab homine, non niſi pro Contumacia. vt dicit Gloſ. xj. Q. iij. C. Epiſcopi. à Iure tamen ſeu Statuto, fertur etiam ex delicto. vt in C. Si quis xvij. Q. iiij. Secundò reſpondeo: quòd imò in hoc Statuto, ſaltem tacitè Excommunicationem præcedit Monitio. Nam vt dicit Io. an. in C. ij. Ne. Cle. vel Mo. in Nouella, ſuper Gloſ. ij. Quandocunque in Synodo aliquid mandatur, vel prohibetur, ſub pœna: illud Mãdatum, ſeu prohibitio, habetur loco Monitionis: ita quòd contra faciens incurrit pœnam, abſque alia Monitione, quòd dictum Io. an. allegat, & ſequitur Rota ſubſti. De dolo, & com. in nouis deci. incipiẽ. Item extra Rotam hoc idem voluit Panor. in C. 1. de Rap. ij. non, dicens: Quòd imò per Synodale Statutum, Excommunicatio poteſt fieri pro delicto, abſque Monitione. quia Statutum tacitè admonet. Circa hanc ſecundam ſolutionem poſsit dubitari, de ratione differentiæ: Quare ſupra in Statuto Prouinciali, ſub titulo De immu. Eccle. §. Qui cum adminiſtrorum, quaſi in eiſdem Terminis fertur Excommunicationis ſententia ipſo facto: & tamen ibi cauetur, vt præmittatur Monitio, priuſquam incidat in eandem. in Statuto verò iſto, nihil cauetur de huiuſmo-

Monitione

Monitione præmitenda. Reſpondetur: Quòd licèt conditores legis, aut Statuti, poſsint ferre Excommunicationis ſententiam ipſo facto, Monitione non præmiſſa: non tamen tenentur. imò poſſunt etiam præfigere terminum, ad ſatisfaciendum: ita vt delinquens non incidat eandem ſententiam: niſi tunc factus fuerit Contumax, vt in C. iij. De rap. ij reſpoñ. Quare tamen cõditores legis, aut Statuti, hoc aliquando faciunt, aliquãdo non, non ſemper poteſt dari ratio L. Non omniũ, ff. de legi: Verùm quò ad hoc ſtatutum noſtrum, & illud, quod eſt poſitũ ſub Ti. de immu. Eccle. credo poſsit hæc dari ratio differentiæ: cùm illud de imm. Eccle. aliud habet fundamentum. Quia enim in turba, vel exercitu, non facile poteſt ſciri priuata perſona, quæ committit raptum: vnde ne propter hoc impune ſpoliarentur bona Eccleſiæ, illud Statutum fecit prouiſionem: & voluit puniri illum, qui eſt principalis in exercitu, & qui habet poteſtatem ducendi, & locandi exercitum vbi vult: & ponunt, non proprie pro Damno: ſed ſecundum C. ſi. de iniu: ideo: quia dat occaſionem damni, faciendo ſtationem in bonis Eccleſiæ: quę vtique ſine damno fieri non poteſt. Vnde quia facere ſtationem non eſt culpa: quæ ipſo ſuo genere eſſet peccatum: voluit dictum Statutum non excedere terminos c. reprehenſibilis, de Appe. ſed voluit eum priùs moneri, antequam incideret in huiuſmodi ſententiam, ipſo facto prolatam. Secùs in hoc noſtro Statuto. Quia enim raptus eſt peccatum, ipſo ſui genere grauiſsimum: & Iure diuino, per Decalogum prohibitum: Ergo ſeueriùs, in ipſo procedendum.

¶ Oppono Secundò contra hoc Statutũ: & arguo illud eſſe inſufficiens, ex eo, quòd in ipſo nihil cauetur: vt ſaltem Iudex præmittat Citationem contra raptorem, antequam ſententialiter declaret, eum incidiſſe in dictam Excommunicationum ſententiam: quòd videtur eſſe contra C. Caueat iij. Q. ix. cõtra L. I. §. Item, cum ff. quę ſen. ſine appel. & inſtit. de pen. temerè liti. §. Omnium autem pro ſolutione ſciendum eſt, quòd Panor. in C. Peruenit, primo de Appellatione ponit hanc quæſtionem: An ille, qui pro aliquo delicto incidit in ſententiam Excommunicationis, à Canone aut Statuto latam ipſo facto, debeat neceſſariò citari: ad videndũ declarari, ſe incidiſſe in eandem: & dat hanc diſtinctionem: quòd aut delictum non eſt Notorium: & debet neceſſariò citare: Aut eſt Notoriũ: & tunc nõ oportet eum citari. Quò ad primam partẽ, ſcilicet quando delictũ nõ eſt Notorium, dicit ibidem Panor. quòd citanda eſt pars, & recipiendę ſunt probationes, ſuper facto: & deinde conſtituto facto, procedendum eſt ad declarationem. pro hoc allegat. C. Cùm ſecundum leges de hære. lib. 6. & tres Gloſ. in hac materia, valde non videlicet in cle. præſenti. & de cenſi. in ver. Conſtiterit. Cle. 1. de Pen. in Ver. Commode, & in C. Sacro de ſen. excom. in ver. Conſtiterit. Et in hac prima parte huius diſtinctionis,

Obiectio 2. cõtra hoc Statutum, etiam cum Solutione.

ctionis, puto fundatam decisionem Rotæ, sub ti. de lit. contestatio vij. in ordine, in nouis deci. quæ dicit: Quòd priusquàm declaretur aliquis incidisse in Canonem, Si quis suadente: debet priùs vocari: & debet cognitio summaria præmitti. Loquitur enim in casu non Notorio. prout ex Iuribus & Glos. in ea allegatis, potest cognosci. Quò ad secundam partem distinctionis, scilicet quando delictum est Notorium, dicit Panor. vbi suprà: Quòd poterit fieri declaratio, non præmissa aliqua Citatione. allegat C. Reprehensibiliter de Appel. vbi hoc idem tenet Hosti. allegat etiam C. Quoniam de fi. Præsby. Facit Ca. Bone titul. De elect. C. Cùm sit Romana. de Appel. C. euidentia, de acu. cùm si. Hoc tamen debet intelligi de Notorio, quòd est Notorium: ita vt constet, delinquenti nullam defensionem competere. Nam dicit idem Panor. in C. Cùm olim de re. iudic. post Glos. & in C. Vestra, De coha. cle. prope finem: Quòd Iura, quæ dicunt, quòd in Notorijs non est opus Citatione, debēt intelligi de tali Notorio: in quo constat, absenti nullam defensionem competere: alioquin, vbi esset dubium, an absenti competit aliqua defensio, vel excusatio: opus est præmittere Citationem, vt patet Glos. in C. Quæ Lotharius ij. q. 1. allegans § Quando ea cau. & quæstione. Soluendo ergo Argumentum dico, hoc Statutum non posse redargui, de insufficientia: quòd in eo nihil dicatur de præmittenda, vel non præmittenda Citatione. Expresio enim eorum, quæ de Iure tacitè insunt, nihil operatur. L. Non rectè C. de fideiusso. In hoc enim recipit tacitè supplementum à Iure communi. Secundum Glos. in L. scimus §: In computatione ver. Sed hæc C. de Iure deli: Super qua Glo: dicit Bal: Quòd si Statutum loquitur indefinitè, de hæreditatibus: non distinguendo, si fecit Inuentarium, vel non: aut si hęreditas sit soluendo, vel non: tamen intelligetur & fiet distinctio, secundum Ius commune. Sic ergo & Statutum nostrum, quamuis nihil dicat de Citatione præmittenda, vel non: distinguetur tamen secundum Ius commune. ita vt aliter in Notorio, & aliter in Non notorio procedatur: secundum præfatã distinctionem. ¶ Vltimò quæro: Quis Iudex possit aut debeat adiri, super executione huius Statuti: & qualiter hoc Statutum debeat practicari: si ille, qui raptum commisit, non moratur in diœcesi, in qua deliquit. Et dico, quòd tam Iudex domicilij, sub quo moratur: quàm Iudex delicti, vt in L. 1. & in autẽ. qua in prouincia. C. Vbi de tri. agri. opor. Nam ratione delicti quis sortitur forum: sicut & ratione domicilij iij. q. vj. C. 1. & de for. con. C. fi: Est ergo in optione damnũ passi, vtrum malit adire Iudicem: sub quo delictum est commissum, an verò Iudicem ad quem se delinquens transtulit. Sed si ergo accedit Iudicem delicti: & delictum est ita Notorium, vt appareat delinquenti nullam excusationem, seu defensionem competere: (vt supra dictum est) tunc raptore non

Huius Statuti quis executionem facturus.

re non Citato, poterit coram Iudice delicti inducere teſtes, de tali Notorietate: videlicet quòd in oppido, aut villa, in qua raptus huiuſmodi eſt commiſſus, vicinia tota ſcit. vt in C. Cum delictis de pur: ca: Vel illius vicinæ, adminus decem hominibus: ſecundum Panor: in C. Vrã, de cohabi: cle. & mu. Et probatur hoc per teſtes fide dignos, adminus duos: ſecundum Gloſ. in c. §. Deus Qñ ij. q. 1. Deinde probata Notorietate, raptore ſimiliter non citato, poterit eum obtinere declarari, incidiſſe in Excommunicationum ſententiam, à Statuto prolatam. Demum ſi voluerit, vt raptor in loco, in quo agit domicilium, habeatur pro Excommunicato: ſummariè probabit (vt dicit textus Statuti) coram Iudice domicilij huiuſmodi declarationem. Hęc autem probatio ſummaria, poterit fieri per literas declarationis, emanatas à Iudice, qui declarauit. Nam etſi per teſtes etiam probari poſſet: ſicut & alia ſententia: tutiùs tamen & faciliùs probatur per literas, vt pulchrè decidit Rota, de re iudi. in nouis deci: incipieñ. Item fuit dubitatum, & eſt xix. eo ti. Et ſic probata huiuſmodi declaratione, Iudex domicilij faciet raptorem denunciari, & vitari. vt in Statuto dicitur. Si verò delictum non eſt Notorium: tunc aut raptorem priùs, quàm ſe tranſtulit de loco delicti apprehẽdit Citatio: ſecundum C. Propoſuiſti, de foro com: tunc poſtea contra abſentem poterit procedi, etiam ad Excommunicationem. vt notat Panor. in di: C: fi: de foro com: Tamen ad videndum iurare teſtes, & ad alios actus fiet Citatio in audientia, aliâs per Edictum. Nam ex quo ſemel fuit apprehenſus perſonaliter, ſufficit citare poſtea per Edictum: prout colligitur ex deci. Rotæ, de ſen. excom. in no. incipieñ. Item ſi pronuncietur circa medium. Aut Citatio non prævenit raptorem, in loco ſuo, in quo deliquit. & tunc eſt quæſtio, inter Doctores: An Iudex delicti poſsit eum verberaliter, aliâs per literas citare, in alia diœceſi. Et quidam Legiſtæ, ſicut Tij: tenet, quòd ſic. quia executio Citationis non eſt actus Iuriſdictionalis: & ideo poteſt fieri ſecundum eum vbicunq;, eſt ad cle. paſtoralis, de re iudi: quæ facit in contrarium. Reſpondet. quòd ibi errauerunt Canoniſtæ. ſed Bar. in l. prima ff. de requi. reis, ſaluat illam cle. & dicit eam habere locum in territorijs: in quibus ſunt Iuriſdictiones diſtinctæ: quarum vna non pendet ex alia, vel dato quòd pendeat: nihilominus habet locum, ſi minor vult citari, in territorio maioris, cui ſubeſt. quia tunc non poteſt propter maioris reuerentiam: quem debet potiùs requirere, vt ipſe citet. Io: an. in addi: ſpecu: in Ti: com: iudi: adc. § 1. verſi. Sed quomodo, in Gloſ: quæ incipit, An ratione delicti, videtur ſentire, contra dictam cle. quòd videlicet vnus Iudex poſsit citare in territorio alterius: vbi hoc per aliquod Statutũ particulare non eſſet prohibitum. Alij Canoniſtæ, in dicta cle. & in dic. C. fi. de fo. com. & ibi Panor. tenent: quòd non poteſt citare, quò ad diſtringendum,

gendum, seu excommunicandum personam. quos sequitur Rota, in ti. de Iudi. in nouis deci. incipien. Si queritur vtrum. Vbi determinat & declarat: quod etiamsi crimen sit leue: in quo scilicet non habet locum remissio: tamen Iudex delicti non poterit citare delinquentem, extra territorium constitutum: sed scribet ad Iudicem domicilij: qui ad hanc requisitionem citabit eum, vt compareat coram Iudice delicti: & illa Citatio arctabit eum: ita quòd postea valebit sententia cõtra absentem lata, sic scilicet dictum est. Itaque propter opiniones præmissas, videretur bene consultum esse: Quòd ex Statuto saltem Prouinciali, Episcopus qui habet Iurisdictionem delicti, possit etiam citare in Diœcesi alterius, etiam comprouincialis. Si verò damnum passus eliget adire potiùs Iudicem, sub quo delinquens habet domicilium: citabit coram ipso delinquẽtem. & eo negante delictum: quia Iudex domicilij non potest cogere testes, qui sunt in alia Diœcesi C. Vt animarum, de consti: li. vj. nisi hoc haberet Consuetudo lib. iij. ff. de testi. Et item quia difficile foret damnum passo, testes ab eorum negotijs euocare, & sumptuosum in aliam dœcesim deducere, C. Constitutus de fideiuss. scribet ergo Iudex domicilij ad Iudicem delicti: vt testes examinet, & depositiones eorum notet: denunciabitque delinquenti, vt vadat pro termino pro quo iurare debebunt, & deponere. vt legitur & notatur in dicto C. Constitutus de fideiuss. & apud spe. in tit. de testi. § Qualiter ver. Scribet autem. Et ibi, si erit delictũ Notorium: sufficiet testes inducere super Notorio: si verò Non notorium: oportet inducere super facto. Iudex ergo delicti, receptis attestationibus transmittet eas Iudici domicilij: & Iudex domicilij, receptis attestationibus, ad sententiam declarationis procedet, delinquente Citato vel non citato. sicut suprà dictum est. Non obstat lex Iudices & auten. apud eloquentissimũ C. de fi. instru. & Glos. in C. testes iij. q. ix. in ver. præsentes. vbi dicitur: quòd in causis criminalibus requiritur præsentia testium: nec potest Iudex eorum absentium examinationem alteri committere. Hoc enim intelligitur, in causis criminaliter intentatis: in quibus agitur ad pœnam ordinariam, præsertim corporalem: in quam aliquando opus est testes torquere. L. Edictum, ff. de quæsti. & ideo opus est eorum præsentia. Sed in causis Ciuilibus, non facilè itur ad quæstiones. vt in L. Diuus ff. eo. ti. & in. L. 1. C. eo. ti. Cùm autem per hoc Statutum agatur, non ad pœnã ordinariam, sed ad satisfactionẽ damni illati, & si sit causa criminalis: quia tamen ciuiliter intentatur, requiratur Ius Ciuile C. Tuæ de procu. & notat Car. in cle. ij. § Deniq; de re iudi. præterea Bal. in dicta auten. apud eloquentissimum dicit quosdam Doctores tenere: quòd etiam in causa criminali, possit fieri commissio receptionis testium propter necessitatẽ imminentem: & exemplificat: si testes sunt forenses, & nolunt venire.

Alioquin,

Alioquin, si nec solus Iudex possit testes cogere: nec alteri committere eorum examinationem: adimeretur facultas puniendi nocentes. & sic publica vtilitas negligeretur in eo: quòd crimina remanerent impunita: contra L. Ita vulneratus, ff. ad L. Aquil. & cæt. Vt fame, de sen. excommunicationis.

¶ Spirituales damna in bello passi quo Iure experiri debent, Vide in Titulo BELLVM. Folio 24.

SPISNE.

Spisne à decimis pecuniarijs non exigatur.

ITem Statuimus: vt Spisne non exigatur in exactionibus & decimis pecuniarijs, & similiter in exactione duorum grossorum, quæ vulgo Regalia vocantur. *Sigism. 1511. Folio 19.*

Exactor descriptionales ne exigat.

MEmoratus etiam Exactor pecuniarum prædictarum, prætextu notæ quòd Napisne dicitur, nihil exigat, atq; tollat: & nihilominus literis suis, Kmethones quietet de solutis. *Wladisl. Folio 51.*

¶ SIMILIS. Item volumus & Decernimus: ne pecuniæ siue inscriptionales, ab exactione nostra Regia deinceps recipiantur & exigãtur. *Kazim. Iagell. Folio 42.*

Alioquin Exactor arestetur.

ITem Statuimus: quòd Burgrabij, aut Exactores Regales, seu Capitanei nostri, non exigant Spisne de hominibus, tam Nobiliũ, quàm Spiritualium. quòd si secùs fecerint, nec possessionati fuerint, in hospitijs eorum, per Burgrabium loci, aut Proconsulem arestentur, donec acceptũ restituant: pœnam trium Marcarum luant ei à quo huiusmodi Spisne exegerint. *Kazimi. 1454. Folio 95.*

SPOLIVM.

De expurgatione Spolij in via publica facti.

MArtinus conqueritur de Nicolao: quòd die forensi in via publica sibi de pera octo Scotos violenter recepisset: Nicolaus verò negabat, iniustéq; se ab eo accusari asserebat, cùm eandem pecuniam non amisisset, nec sibi recepta fuisset: volens se tantùm sex testibus de hoc expurgare: Nos in tali casu Decernimus: cum duodecim testibus fide dignis, & non paucioribus fieri huiusmodi expurgationem. *Kazim. Mag. Visliz. Fol. 30.*

SPONSIO FIDEI.

Et primò qui & pro quo sponsione fidei à Rege vel aliquo Regnicolarum possunt obligari.

Sigism. Crac. 1540. ITa postulantibus subditorũ nostrorũ rationibus Decernimus: vt nullus Nobilis subditus noster sponsione fidei per nos obstringatur, nisi Iure victus. secus erit, in exercitio Rei Militaris: & vbi nobis, vel alicui subditorũ nostrorũ Actio interuenerit, cum seruitore, factore, administratore, aut subdito suo: & vbi Reipub. causa aliquid sit contra quẽuis agendum.

De eodem.

Sigis. August. Petric. 1550. SPonsione fidei nullus Nobilis possessionatus obligari debet à nobis neque ab vllis Officialibus nostris: tantùm iuxta descriptionem Statuti. Anno 1540. conditi.

STATIONES.

Rex stationes apud Nobiles & Barones non facit.

Ex Ludouici eadem Primil. Kaszouie 1374. Folio 41. PRęterea si per Regnũ illud, quocunq; tempore Nos, & successores nostros procedere contigerit: descensus super Barones, Nobiles, Milites, ipsorumq; populũ, Kmethones seu Iuagiones, non faciemus contra ipsorum voluntatem: nec aliquid occasione dicti descensus exigi faciemus ab eisdem. Quòd si alias pro faciendo descensu diuertere nõ possemus: extunc pro nostris sumptibus, & pecunia nos procurari in victualibus, & alijs necessarijs faciemus. Insuper omnes Barones, Magnates, Nobiles, ciuitates, oppida, villas, possessiones, eorundem populum, & Kmethones, in eorum libertatibus Pollicemur, & spondemus conseruare: nec eos contra illas intendimus aggrauare, vel per quempiã facimus aggrauari.

Wladisl. Iagel. Folio 51. ¶ SIMILIS. Item Pollicemur: quòd nullas stationes, seu procurationes, vel descensus in ciuitatibus, villis & hæreditatibus, curijs, ac prędijs Ecclesiarum, Nobilium & terrigenarum nostrorum faciemus. Si verò casualiter, opportunitate, & necessitate nos cogente, stationem in bonis, Ciuitatibus, Castris, aut Curijs Ecclesiarum, Nobiliumq; nos facere contigerit, Extunc nihil vi, vel potentia recipere faciemus, vel quomodolibet facere, & recipi permittemus, imò quoq; necessaria, nostris pecuniis proprijs, volumus comparare.

Si Rex aliquem stratione in Priuilegio non donauit, Iuri Regio est reseruanda.

VBI Specialis mentio in Priuilegio, vel in inscriptione de statione facta non est, Iuri Regio reseruata esse cognoscitur.

¶ Stationes militum mercenariorum in locis oportunis fiant. Vide in Tiulo BELLVM. Folio 24.

STATV-

STATVTA.

Ioannes Albertus etiam decernit ſua Statuta in Comitijs facta, perpetuò duratura.

NOS Ioannes Albertus Dei gratia Rex Poloniæ. Communi & diuturna conſultatione præmiſſa, cum Prælatis, Baronibus, Nobilibus, terrarumq; Nuncijs, ac ſubditis vniuerſis noſtris, Spiritualibus & Secularibus, in hac Conuentione generali Petricouien. exiſtentibus, corpus eiuſdem Regni cum plena facultate abſentium repræſentantibus, nonnihil commendantes à Statutis præinſertis, & alijs diutiùs ſancitis: nonnihil verò denuo pro caſuum emergentium nouitate decerneñ. Statuta & Conſtitutiones noſtras infra ſcriptas decreuimus per Nos edendas, & conſtituendas, edimuſque & conſtituimus perpetuis temporibus duraturas, & obſeruandas. *Petric. 1496. Folio 96.*

Vniformiter Iuribus iudicetur.

NOS itaque Kazimirus ſecundus Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Pomeraniæ, Ruſsiæque Dominus & hæres &c. vna cum Prælatis, Baronibus, cæteriſq; Nobilibus, & ſubditis noſtris, animaduertentes, & proinde reuoluentes, quia iuxta temporum antiquitatem, in terris, & dominio ditioni noſtræ ſubiectis, cauſæ plerunq; in Iudicijs non vniformiter, ſed ſecundum animorum & ſenſuum diuerſitatem, hominum etiam excreſcente malicia & improbitate, variè & diuerſimodè ventilantur, deciduntur, & definiuntur. Ex qua varietate actiones ſiue cauſæ, nonnunquam poſt multiplices vexationes, altercationes, & contentiones remanent indeciſæ, & quodam modo immortales. Quapropter ad laudem Dei omnipotentis, beatiſsimæq; Mariæ virginis, totiuſq; cœleſtis Curiæ, & ad profectum: commodum, & vtilitatem noſtrorum ſubditorum, Decreuimus dictorum Iudiciorum, ſeu cauſarum (potiſsimum in ijs, quæ plerunq; accidunt) decidere & euellere varietatem. Volentes, & Statuentes: Quòd deinceps perpetuis temporibus, hæc eadem Statuta, & Conſtitutiones habeantur, exerceantur, & obſeruentur, per omnes & ſingulos Iudices, Officiales, ac eorum miniſtros, reliquoſq; noſtros ſubditos, & terrarum noſtrarum inhabitatores: ne quiſquam audeat illis quouis modo temerè contrauenire. ſub graui noſtræ indignationis aculeo. *Kazim. in Vilica 1468. Folio 8.*

Item Alexander Statuta publico conſenſu condit et euulgat.

NOS item Alexander Rex, poſteaquàm de Magno Ducatu Litwaniæ redijmus fœliciter, indicta Conuentione generali, quam Petricouię *Alex. Petric. Folio 112.*

pro festo Sanctæ Agnetis Anno Domini 1504. celebrauimus, & continuauimus vsq; ad feriam quartam ante Dominicam Lætare Anni eiusdē 1504. Constitutiones certas decreuimus, cum consilio & assensu communi, Prælatorum & Consiliariorum infrascriptorum, ac Nunciorum Terrestrium, iuxta Regni consuetudinem vocatorum, nomine absentiū, post vocationem literalem nostram, atq; edicta publica, ad eandem Conuentionem venientium, in eaque constitutorum, & aliorum non constitutorum, Corpus Regni repræsentantium: præsertim verò de vnanimi voluntate, & laudo communi. Reuerendiss. & Reuerendorum in Christo patrum dominorum, ac Magnific. Generos. Venerabil. & Nobil. personaliter Conuentioni interessentium. Andreæ Roza Archiepiscopi Gnesneñ. Ioannis Cracouieñ. Vincentij Wladislauieñ. Ioannis Posnanieñ. Erasmi Ploceñ. Matthiæ Chelmeñ. Eccles. Episcop. Spytkonis de Iárosław Castellan. Cracouieñ. Petri Kmitha de Wisznicze Palatin. Cracouieñ. & Marssalc. Regni nostri, ac Scepusieñ. ac Sandecz. Capit. Ioannis de Tharnow. Sandom. Nicolai Gardziná de Lubrancz. Caliss. Ambrosij Pámpowski, Sirad. & Capit. Maioris Poloniæ general. Petri Myszkowski de Mirow Lancicieñ. Nicolai de Koscielecz Brzesteñ. Nicolai de Kretkow, Iuniwladislauieñ. Ioannis de Tarnow Rusiæ generalis, Nicolai de Kurozwiaki Lublin. Pauli Kolá de Dálenow Podolię, & Stanislai Kmitá de Wisznicze Belzeñ. Palatinorum, ac Dobrogostij de Ostrorog Posnanieñ. Ioannis Iáranth de Brudzow Calisieñ. Ioannis de Przeramb Siradieñ. Ianusij Látálski Gnesneñ. Ioānis de Słupczá Sandeceñ, & Martini Skotnicki de Boguria Zawichosteñ. Castell. Ioannis de Lasko Gnesneñ. & Regni nostri Cancella. Matthiæ de Drzewiczá, Præpositi Skarmirieñ. Vicecan. eiusdem Regni nostri. Alberti Gorski Scholastici Wladislauieñ. Secretarij nostri, & in præsentia vniuersorum Nunciorum de singulis terris missorum, & consentientium: aliorumq; quàm plurimorum subditorum nostrorum, in eadem Conuentione existentium, & publicitus consultantium, quibus cum omnibus ibidem Petricouiæ, eas ipsas vt præfertur Constitutiones nostras scripsimus, & condidimus infrascriptas.

Item Rex Alexander Officium boni Regis in condendis legibus describit.

In Conuentione Radom. 1505. Folio 6.

CVm vniuersi Principes, qui vel Monarchiarum vel dominatuum quorumcunq; gerunt gubernacula, admonente eos susceptī cura regiminis, vt populo sibi diuinitus subiecto prouideant: quatenus ab iniurijs & molestijs conseruetur: & nouitates euentuum, nouis moribus, nouis quoque institutis ac legibus moderentur. Qui quidem euentus in humano genere

no genere toties fiunt, quoties ipſum illud genus mortalitati ſubiectum, ætatum, curriculis immutari innouariq; contingit natura ipſa. ſic vt anteceſſores, ſic quoq; poſteros, in ortum & occaſum (velut in rota) promouente, ſanctiones edere rationabiles, & ſuorum mores fidelium præcepto legali temperare, ſuaque ipſa præcepta, leges, & inſtituta, literarum munimine, & publici conſenſus authoritate perennare conſueuerunt.

Idem prædeceſſorum Statuta colligit, & ſua condit. vtraque verò euulgat.

CVm non omnibus patuit quod omnes concernit. Per quandam etenim, vt ita dicamus deſuetudinem, ac inanimaduertentiam, & Priuilegia, & libri Statutorum, vel in theſauris publicis, vel in paucorum manibus duntaxat concluſa, communi verò populo occluſa, imò incognita hactenus erant. Itaque in hac Conuentione Radomieñ. generali, ad quam de vniuerſis Regni & dominiorum noſtrorum terris, Prælati, Barones, Terrarumq; ac Ciuitatum Nuncij iuſſu noſtro venerant, petiti exiſtentes publicitus, vt commune edamus toti Regno Priuilegium Statutorum eiuſdem Regni Legalium, prædictorum olim diuorum prædeceſſorum, ac aui, genitoris, patrui, & olim Ioannis Alberti Germani noſtrorum, cum additione aliorum Statutorum noſtrorum: illudque per vniuerſa Capitaneatuum, & Eccleſiarum Maiorum loca daremus originaliter: quò non obſcura, ſed vulgaris eius, & eorum eſſet cognitio. Nos autem de innata nobis benignitate, & iuſtitia, Nolentes ab olim prædeceſſorum noſtrorum degenerare virtutibus: qui ſicut laudabiles conſuetudines, & Iura prædeceſſorum primorum approbabant, & ſua ſcribebant noua, ſic nos illorum laudabili innitentes conſuetudini, præſens commune Statutorũ Priuilegium, cui inſeruimus antiqua, & addidimus noua, nonnulla etiam externa ad eruditionem fidelium noſtrorum ſubditorum annexuimus, de conſilio, ſcientia, & vnanimi voluntate omnium, & ſingulorum, Prælatorum Spiritualium & Secularium, Conſiliariorum, & Baronum, & Nunciorum Terrarum, & Ciuitatum: qui vniuerſum corpus Regni, etiam nomine abſentium, per literas noſtras, & proclamationes publicas, ad præſentem Conuentionem vocatorum, venientium & non venientium, indubitanter repræſentarunt, toti Regno dandum: illudq; in publicum Regni noſtri Caſtri Cracouienſis Theſaurum, vbi & coronationis, Diademata, & alia Regni ſecretiora, ſeruari conſueuerunt. tandemq; in loca capitularia maiorum Regni noſtri Eccleſiarum, ac Capitaneatuum Terreſtrium vbiq; terrarum inferendum, in eiſq; vt omnibus proſit, & cognitũ ſit, quod ad omnium ſalutem neceſsitatemq; congeſtũ eſſet, habendum & omniũ neceſsitatibus petentium commodandum decreuimus & decernimus.

Alexander in Radom. 1505. Folio. 6. Fol. 7.

Idem continuat processum suum & Decreta in Radom: Conuent: sancita.

In Conuentione Radom 1505. Folio 115.

RAdomiensem autem Conuentionem, Nos Alexander Rex, anno Domini 1505. habuimus & celebrauimus, quæ eo ipso anno, pro Dominica conductus Paschæ per nos indicta, propter Consiliarios Litwaniæ ac Prussiæ terrarum expectatos, in testimonio præsentium scriptos, alioq; magnæ importantiæ euentus, vsq; ad diem Sabbati, post octauas sacratissimi Corporis Christi continuata fuit. In eaq; Reuerendiss. & Reuerendis in Christo patribus, ac Magnific. Venerabilib. Generos. & Nobilibus, Prælatis & Baronibus, Consiliariis nostris, ac terrarum Nuncijs, in fine Priuilegij istius communis scriptis, moderantibus, & consentientibus, nostras scripsimus Constitutiones infrascriptas.

Rex Constitutiones in Iure & contra Ius non facit absque publico consensu.

Alexander in Radom 1501. Folio Cxv.

QVoniam Iura communia, & Constitutiones publicæ, non vnum sed communem populum afficiunt. Itaq; in hac Radomien. Conuentione, cum vniuersis Regni nostri Prælatis, Consiliarijs, Baronibus, & Nuncijs terrarum æquum & rationabile censuimus, ac etiam statuimus: vt deinceps futuris temporibus perpetuis, nihil noui constitui debeat, per nos & successores nostros, sine communi Consiliariorum, & Nunciorum Terrestrium consensu: quod fieret in præiudicium grauamenq; Reipub. & damnum atque incommodum cuiuslibet priuatum, ad innouationēq; Iuris communis, & publicæ libertatis.

Idem sic concluſit sua ipsa Radom. Statuta publicè edita.

Alexander in Radom Fol 119

IAm verò hic finem faciemus nostris in Radom Institutis suprascriptis, quæ omnium voto communi Prelatorum Spiritualium & Secularium, ac Procerum Regni, & Nunciorum terrarum Constituimus anno & die, & loco suprascriptis. Præsentibus Reuerendissimis & Reuerēdis in Christo patribus dominis ac Magnificis, Venerabilibus, Generosis, Nobilibus & famatis, Andrea Roza de Boryszowice, Archiepiscopo Gnesnensi, & Primate Regni nostri, &c. Cæteriq; quàm plurimis Consiliarijs, vniuersarumq; terrarum Nuncijs, & Regnicolis nostris testibus ad præmissa fide dignis, syncerè & fidelibus dilectis.

Sigismundus quoq; Rex, ex publico consensu, leges suas condidit.

Sigism. Craco.

NOS quoq; vestigia prædecessorum sequuti, cùm ab initio regiminis nostri,

noſtri, pleraq; in Conuentibus generalibus, de communi Prælatorum, Procerum, ac totius Conſilij, & Nobilitatis noſtræ conſenſu, pro communi bono, ſtatu ac ordine, iuxta rerum ac temporum rationem inſtituiſſemus, ac ea in publicum edi ſubditi noſtri meritò exigerent: cùm vana ſit lex niſi obſeruetur, obſeruari autem nequit, niſi innoteſcat, omnia inſtituta noſtra in vnum colligi, & ad omnium notitiam imprimi, & publicari mandauimus. *in Coronatione ſua, 1507. Fol. 1.*

Simile in Priuilegio eiuſdem Regis, Cracouiæ, 1507.

CAeterum inſiſtentes veſtigijs, & exemplis prædeceſſorum noſtrorũ, conſulentium varijs temporum neceſsitatibus, & mutationibus, per diuerſas ſanctiones ſuas: vt vitia comprimantur, boni mores adaugeantur, & quod iuſtum ſit, ac rectum in toto Regno exerceatur, Decreuimus de Prælatorum, Baronum, ac totius Conſilij, & Nobilitatis noſtræ conſenſu, nonnulla Statuta noſtra perpetuis temporibus, ad communem omnium vtilitatem & neceſsitatem duratura. *Idem Rex. Folio 2.*

De conciliandis iiſdem Statutis.

DIuerſitas Cõſtitutionum, diuerſas inter homines controuerſias generat: & diuerſos Iudices cauſas iudicantes, diuerſa intelligere, & ſentire cogit. Supplicationibus itaque crebris Nunciorum Terreſtrium moti, in proximo generali Conuentu futuro, omnibus Conſuetudinibus, Iuribuſq;, & Statutis vetuſtis, ex omnibus Palatinatibus congregatis, reformationem omnium Conſtitutionum, per deputatos & deputandos Iuriſperitos Regni noſtri, fauente Deo aggrediemur: Doctoribus etiam Iuriſpontificij, & legum adhibitis. qui à loco Conuentionis generalis proximè celebrandæ non diſcedant, donec eandem Regni Iurium & Conſtitutionum debitam emendationem fecerint: & tales per nos deputatos & deputandos, expenſis noſtris prouidebimus. alios autem Nobiles viros Iuriſperitos, quos Nobilitas ex Palatinatibus adiunget, ſuis expenſis prouidebit. ita tamen quòd ommes Palatini Terrarum, ſub pœna in Conſtitutionibus noſtris expreſſa, conſuetudines terrarum, pro eadem proxima Conuentione nobis præſentent. *Sigiſ. Byd. Aſt. 1540. Folio 25.*

Vna ſit Iudiciorum forma, ſublata contrarietate.

ETſi iam antea publicis exigentibus rationibus, & communi omnium ſuadente commoditate, decreueramus in pluribus Regni noſtri generalibus Conuentibus: vt omnia Regni Iura, & dudum obſeruata, quæ-uis Statuta, à certis deſignatis Iuriſperitis, tam Spiritualibus, quàm Secularibus perſonis recenſerentur: vtq; in illis contrarietas omnis, & noxia dubitan- *Sigiſm. Cracc. 1532. Fol.*

dubitandi occasio tolleretur. Quia tamen multis interuenientibus impedimentis, quæ ex pluralitate designatarum personarum, sero hinc inde conuenientium, & plerunq; inuicem dissentiẽtium contingebant, hæc res vtcunque in aliqua parte inchoata hucusq; ad exitum perduci non potuit: Nos vt necessitati communi, & simul in perficiendo maturius opere, dignitati nostræ consulamus, primam Iurisperitorum designationem, ad pauciorem numerum redigentes, communi omnium Consiliariorum nostrorum consilio Decreuimus, & Decernimus præsentibus: vt sex tantũmodo ex vtroq; statu, viri inferius descripti sint, ad eam ipsam expensionem, & correctionem Iurium designati: qui huc Cracouiam ad diem primam Maij proximè futuri conuenientes, Statutorum Iudicialium obscuritatem, Priuilegijs, & alijs Statutis ad Iudicia non pertinentibus intactis relictis, illustrent, ambiguitatem tollant: & omnia quæ illis, ad æquanimitatem in Iudicijs seruandam necessaria videbuntur, in consonantiam reducant, reiectis & abrogatis singulis clausurarum nodis: ex quibus in posterum dubitatio, quæ hucusq; Iudices reddebat perplexos suboriri posset. Quòd cùm ab illis erit factum, amplius Decernimus: vt forma Statutorum, & Iuris Iudiciarij, per dictos sex viros emendati in plura exẽplaria redacta, ad Conuentus particulares deferatur: illicq; in præsentia dignitariorum, Officialium, & reliquorum Nobilium personarum, non tumultariè, sed cum attentione omnium perlegatur: subindeq; Nuncij, è medio Nobilium, sic vt dictum est, congregatorum, eligantur: qui forma Statutorum, & Iuris emendati, ad generalem proximè tunc futurum Cõuentum relata, vel assentiri omnium nomine dictæ emendationi, vel illam, pro necessitate rationabilius instruere, cum nostro totiusq; Senatus cõsilio, & authoritate possint: vt tandem pro incertis certæ, & pro incommodis, commodæ iudiciariæ Constitutiones efficiantur: & ne amplius, per incertam interpretantium contentionem, ab administranda æqua litigantibus iustitia Iudices remorentur. Sunt autem per nos designati, Iurium & Statutorum prædictorum correctores, ex Maiori Polonia Generosus Nicolaus Niemoiewski, Iudex Iuniwladislauiensis, & Generosus Matthias Krzyzánowski, Subiudex Posnanieñ. Ex Minori verò Polonia, Generosus Ioannes Pieniazek, de Kruzlowa Iudex Cracouiensis. & Generosus Bernardus Mácieiowski, Iudex Sandomirieñ. Referendarij nostri. Quibus adiunximus Spirituales duos Iurisperitos, videlicet Venerabiles Nicolaum Zamoszczki, Scholasticum Lancicieñ. & Georgium Myszkowski Canonicum Cracouieñ. Secretarios nostros. Quoniam autem in Regno nostro, non solùm scriptæ Constitutiones, sed & Consuetudines inueteratæ, pro lege in pluribus locis obseruantur, Statuimus: vt singuli Palatini, consuetudines sui quisq; Palatinatus conscribant: & huc Cracouiam ad

uiam ad primam Maij Menſis diem ad nos mittant. Illas enim, ſicuti & reliqua Iura correctorum iudicio committimus: vt æquè in his, vt in reliquis Statutis æquanimitas, & vniformis iudiciorum modus, contrarijs & obſcuris ambiguiſq; interpretationibus reiectis ſtatuatur.

Alioquin poſteriora Statuta ſeruentur, quoad conciliabuntur.

STatuta poſteriora, in omnibus forenſibus cauſis, teneantur vſq; ad futura Comitia: ita vt iuxta poſterius Statutum. omnes cauſæ Terreſtres Caſtrenſes, & Commiſſariales, iudicentur, reiectis ad partem interim alijs omnibus prioribus Statutis prius factis, & poſterioribus Statutis fortaſſe contrarijs. Etenim in futuris Comitijs debemus cum Dominis Cõſiliarijs noſtris, & Nuncijs terrarum, hos quærere modos, quibuſnam Iuſtitia hominum conſtabiliretur, differentiæ autem Statutorum conciliarentur. Quòd ſi fortaſsis in primis & proximis Comitijs, nihil tale fecerimus: tunc hoc Statutum de tenendis Statutis poſterioribus conditum eo vſque durare debet, quo ad in aliquibus Comitijs, cum ipſis Conſiliarijs noſtris, & terrarum Nuncijs aliquid ſalubrius eo nomine conſtituere poterimus. *Sigiſm. Craco. 1543.*

Sic ergo Rex Sigiſmundus Auguſtus Jura omnium exequitur.

OMnia Inſtituta, quæ in Conſtitutionibus noſtris nominauimus, quibus Iura communia, & Priuilegia, ac libertates Regni reintegrarentur, in debitam executionem reſtituimus, & literis noſtris confirmamus, ac roboramus: volentes & mandantes: vt ab omnibus firmiter & inuiolabiliter teneantur. prout & nos ea tenere, & iuxta ea ſubditos noſtros ſeruare volumus: Ac vltra hoc etiam quodcunq; nobis oſtenderetur eſſe, iuxta Iura, communia Statuta, literas, & Priuilegia, id totum tenere, & iuxta hoc ſubditos noſtros conſeruare volumus, & tenebimur prout & tenemur: & his omnibus finalem exequutionem facere, verbo noſtro Regio Pollicemur: ac nos hiſce literis noſtris obligamus. Quod ſi etiam nos contra hoc quidquam fecerimus: tum non aliter intelligi debet, niſi quia in hoc ipſo contra iuſiurandum noſtrum exceſsimus. Et ad maiorem certitudinem, & teſtimonium præſentes literas conſcribi mandauimus, & noſtro Sigillo conſignauimus. Datas & ſcriptas in Comitijs generalibus Regni Petricouiæ, Sabbato die feſto Sanctæ Annæ, anno 1550. Regni noſtri 21. habitis: quibus interfuêre Conſiliarij noſtri Spirituales & Seculares. *Sigiſ. Auguſt. Petric. 1550.*

¶ Conſtitutiones ſeu Statuta neminem afficiant, niſi publicentur. Vide in Titulo CONSTITVTIO. Folio 109.

STIPENDIATI MILITES.

Stipendiati ne damna dent.

Ioann. Albert. Petric. 1496. Folio Cxx.

ITem considerãtes damna plurima, oppressiones, rapinas, & violentias in bonis & hominibus Spiritualium subditorum nostrorum, per Stipẽdiarios committi solita, atque solitas, nulla satisfactione, aut mulcta compensari, Statuimus: vt in futurum Stipendiati, vndecunq; & quacunque necessitate in Regno nostro pro tempore existentes, pro singulis damnis, oppressionibus, rapinis, violentijs, & iniurijs, satisfactionem debeant omnimodam, per Capitaneos, aut locorum, aut gentium, cum ea qua decet seueritate, ad impendendum eam compellendi. Et insuper Magistri Comitiuarum, de quibus tales reperientur oppressores, tanquam criminum conscij, ac illorum duces improuidi, in turrim deijciantur, vsque ad plenariam satisfactionem detinendi.

Quilibet Præfectus suos commilitones ducat, ne damna alicui inferant.

Sigism. Petric. 1523. Fol. 29.

QVia milites Mercenarij in Rusia militantes consuêuere, post exactũ seruitium plurima damna in bonis tam Spiritualium quàm etiã Nobilium committere, Statuimus: quòd qui ex ipsis Militibus, damna aliqua tam Spiritualibus, quàm etiam Nobilibus intulerint, ad ea resarcienda, accepta à nobis stipendij solutione teneantur. ¶ Quilibet autem præfectus, non per substitutum, sed solus per seipsum ducere debet Comites seu commilitones suos, tam eundo ad terras Rusiæ, quàm inde redeundo, & prospicere, ne damna fiant hominibus Spiritualibus & Secularibus, aut eorum subditis, neúe ab illis stationes exigantur. Quæ damna si facta fuerint: ipse Præfectus pro illis conueniatur: & ad solutionem resartionemq; illorum erit obligatus.

Sigism. Craco. 1527. Aj.

Vt autem Præfectus possit prouidere indemnitati suæ, cùm ob culpam alterius nemo mulctari debet, reseruabit apud se partem aliquam pecuniæ commilitonibus suis soluendæ, cùm ad terras Rusię cum illis proficiscetur: & similiter cùm ad domum cum eis reuertetur, vt si in itinere & profectione, aliquis comes seu socius eius damnum cuipiam homini, cuiuscunq; status, fecerit, & resarcire noluerit: ipse pro illo, ei, qui damnum passus est, sub testimonio sociorum suorum satisfaciat: & posthac eidem militi, qui damnum fecerit, de eius Stipendio, id quod pro eo soluerit detrahat & defalcet.

Idem præfectus cuiuslibet Palatinatus, duabus septimanis, ante finitum seu expiratum seruitium suum, & comitiuæ suæ, de Castris & terris

Rusiæ

Ruſsiæ diſcedet: vt comitiuam ſuam, ſub obedientia habeat, & in Officio contineat, prohibereq; commodius poſsit: ne damna hominibus, & miſeris colonis & Spiritualibus inferantur.

De Militibus mercenarijs, vel Nobilitate ad ſeruitium bellicum proficiſcente, vel inde redeunte, Capitaneus exercituum Regni, & Palatinus, ſeu Caſtellani locorum prouidere debent, ne Subditis Spiritualium, vel Secularium aliqua damna, vel violentiæ, contra Regni Conſtitutiones & Priuilegia inferantur: & ſi illata fuerint, vt ad ſolutionem & ſatisfactionem damnorum & iniuriarum illas inferentes compellantur. Cùm verò milites Mercenarij ex ſeruitio, vel Nobiles Regni noſtri, ab expeditione bellica, domum reuertentes aut reuerſi, aut in proprijs agentes, alicui damna intulerint: nos iuſtitiam cuilibet de illis facere, & adminiſtrare Pollicemur: vel Officiales noſtri miniſtrabunt, iuxta Statutum Regni noſtri. *Sigiſm. Cracc. 1532. B 2.*

¶ Milites mercenarij damna ſecundum Conſtitutiones rependant priores. Vide in Titulo BELLVM. Folio 24.

SVCCAMERARII OFFICIVM.

De Succamerariorum Officio ac poteſtate.

Forma Citationis Terreſtris, contra Principalem ad faciendum limites.

QVI te citat ad faciendum granicies, ſeu limites inter ſua bona N. hęreditaria, villæ N. ab vna, & tua etiam hæreditaria villæ N. partibus ab altera, ad attentandum ſibi N. decerni Actoratum, vigore preſentis Citationis. Iudicialiter reſponſurus. *Sigiſm. Cracc. 1523. Fol. 52.*

Contra vicinos ſeu collaterales, ſi ſint ſimul cum Citato, neceſſariò tam ad Terreſtre quàm ad Campeſtre Judicium Citandis, ſic eſt procedendum, ne in campo limitationem impediant.

SI verò eſſent alij Nobiles, habentes vicinas hæreditates, quarum parietes adiacerent, & eſſent contigui hæreditatibus, inter quas tales granicies fieri deberent, putarentq; ſe habere intereſſe, ex vi contiguitatis, ad tales granicies: tales etiam vicini collaterales etiam per Actorem pro vno Termino, cum principali ad Iudicium Terreſtre adcitentur: & ſimiliter prout cum principali, ita & cum eis per Actorem procedetur, ne in Termino Campeſtri granicies poſſent impedire. *Sigiſm. Cracc. 1523. Fol. 40.*

Talis eſt ergo forma Citationis ad Judicium Terreſtre contra vicinos habentes contiguos parietes, cum hæreditate ſeu bonis limitandis.

Sigism. Petric. 1523. Fol. 42. CItat vos ad aſpiciendum parietem veſtrum, ſi quem vos habere prætenditis, villæ ſeu hæreditati ipſius N. contiguum: quę bona ſua hęreditaria præfatus N. vult diſtinguere, & diſlimitare graniciebus ſigniſq; metalibus, cum bonis N. Nobilis N. hæreditarijs: pro quibus graniciebus Citauit præfatum N. tanquam principalem, & vos adcitat tanquam collaterales: vt ſtaretis, & Actoratum ſibi N. Actori agnoſceretis, vel attentaretis ſibi decerni per Iudiciũ Actoratum cõtra prędatum N. principalem, & vos tanquam Collaterales. ad prędmiſſa Iudicialiter reſponſuri.

Si Citatus nec in primo nec in ſecundo Termino comparuerit, tunc Actor cum adiudicatione Actoratus ad campum remittatur.

Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 39. SI verò Citatus in primo termino non comparuerit, in pœna contumaciæ condemnetur. Si autẽ in ſecundo & peremptorio Termino idem Citatus non paruerit, in lucro Actoriatus per Actorem condemnetur: per quam condemnationem iam obtinebit Actoriatum contra Citatum decreto Iudiciali accedente.

Facta igitur tali condemnatione in Lucro, Iudicium remittet Actorem cum obtentione Actoriatus ad campum ad Succamerarium Terreſtrem ſiue eius Officium, veluti exequutorem proſequendæ huius limitationis.

Itaque poſt Citati condemnationem, Actoris verò Jure vincentis à Judicio Terreſtri ad Campeſtre remiſſionem, ſequitur proceſſus in campo.

Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 39. POſt hoc autem Succamerarius per ſuam literalem innoteſcentiam ſeu Citationem debet citare partes ad ſui, ſiue Officij prędſentiam, ad locũ limitum ſiue differentię pro certo termino, peremptorię Terminum aſsignando: mandãdo reo condemnato: vt compareat ad inſtantiam Actoris, ad videndum & attentandum ipſum Actorem Officium ducere: & ad Sipandum & faciendum granicies ſiue limites inter bona præfata: & attentandum audiendumq; ipſum Actorem iurare cum teſtibus ſuper iuſta ductione & Sipatione granicierum.

Talis autem eſt Citatio, ex Officio Succamerarij ad campum, poſt condemnationem Citati in lucro in Judicio Terreſtri obtento.

Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 51. N. N. Succamerarius N. N. tibi Nobili. N. hæredi de N. Mandamus: quatenus coram nobis aut Camerario noſtro feria ſecunda poſt Fe-

poſt Feſtum Sancti Nicolai nunc inſtans proxima, in loco campeſtri, inter bona hæreditaria Nobilis. N. dicta N. & tua etiam hæreditaria dicta N. vbi videlicet præfatus N. Actor: nos ſeu noſtrum Camerarium locabit compareas: ad attendandum & videndum ipſum ducere nos ſiue Officium noſtrum: ducereq; & Sipare granicies, ſcopulos de terra erigendo, & alia ſigna metalia ſiue granicialia faciendo: attentareſque & aſpiceres ipſum cum teſtibus præſtare iuramentum tanquam Actorem, ſuper vera & iuſta ductione & Sipatione præfatarum granicierum: prout præfatum Actoratum contra te obtinuit, condemnando te in lucro Actoratus in Iudicio Terreſtri N. in Terminis iam præteritis: cum quo Actoratu, ad nos ſiue noſtrum Officium ad campum eſt remiſſus: præmiſſa Iudicialiter attentaturus.

Sed forma adcitationis Succamerarialis contra eoſdem collaterales, ſiue habentes parietes contiguos & vicinos poſt remiſſionem fieri ſolitæ talis eſt.

N. Succamerarius, vobis Nobilibus N. & N. &c. hæredibus de N. Mandamus: quatenus coram nobis, aut Officio noſtro Succamerariali in loco cāpeſtri inter hæreditates. N. Nobilis N. Actoris ex vna. & N. Nobilis de N. Citati partibus ex altera, vbi videlicet præfatus Actor N. nos ſeu Officium noſtrum locabit feria tali & tali &c. ad inſtantiam præfati N. Actoris compareatis: qui vos adcitat aliâs *przypozywa* ad aſpiciendum parietem veſtrum, & ad videndum attentandumq; ipſum vigore Actoratus contra præfatum N. principalem, & contra vos tanquam collaterales in Iudicio Terreſtri N. obtenti, ducere Officium, & proſequi granicies ſeu limites faciendo ſcopulos, & alia ſigna metalia circa talia fieri conſueta: & attentandum ipſum iurare cum teſtibus ſuper iuſta Sipatione granicierum: ideo vt ſtaretis & præmiſſa Iudicialiter attentaretis: quia nos non obſtante veſtra abſentia ſiue contumacia ad præfatam limitationem ex Officio noſtro procedemus. Datum. *Sigiſm. 1523. Folio xlij.*

Condemnatus in Iudicio Terreſtri, in campo ad controuertendum non admittitur: quinimò non obſtantibus quibuſuis etiam documentis literatorijs vel ſignis euidentioribus, ſi quæ reus protunc oſtenderit, Actoris tamen arbitrio ductioni ac iuramento cum teſtibus ſtandum eſt.

IN quo quidem Termino campeſtri non licebit Citato aliquas controuerſias facere coram Succamerario vel eius Officio ſuper Actoratu: quem iam in Iudicio Terreſtri amiſit: ſed Actor ducet Officium iuxta ſuam volun- *Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 39.*

am voluntatem, & ſuam conſcientiam: facietq; granicies ſcopulos ſipando, & alia ſigna metalia faciendo: non obſtante quauis contradictione Citati, nec quibuſuis documentis literatorijs, vel ſignis euidentioribus, ſi quæ pro tunc oſtenderit. Quibus finitis circa finalem & acialem ſcopulũ iurabit Actor cum ſex teſtibus ſibi in genere ſimilibus ſuper vera & iuſta limitatione: ita videlicet, quòd nihil terræ & hæreditatis Citato ademit, & ab eo alienauit.

Porrò ſi condemnatus etiam in campo non paruerit, idem ſit, quin vbi Actor præſtiterit iuramentum cum teſtibus, Succamerarius decernit perpetuò duraturos.

Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 4 c.

QVòd ſi in tali Termino Campeſtri Citatus non comparuerit, ſed cõtumax extiterit: nihilominus Succamerarius vel eius Officium tenebitur Actorem ſequi, & facere granicies iuxta ductionem ipſius: Nihilominus circa vltimum & acialem ſcopulũ Actor iurabit cum teſtibus, non obſtãte abſentia Citati, tantummodo in præſentia Officij Succamerariatus. Quas granicies ſic vt præmiſſum eſt factas, & Iuramento Actoris comprobatas, Succamerarius aut eius Officium decernet perpetuò duraturas, & tenendas.

Quæ dilationes ad campum Citato admittuntur.

Ibidem.

POterit autem Citatus Terminum talem Campeſtrem vera infirmitate differre, ſimiliter & pro Maiori & non aliter.

Primò autem omnium, Succamerarius in negotio limitationis naturalem limitem ſpectet: nempe riuulum aut fluuium interfluentem, ſeu alueum nouum & antiquum aliàs Rzeczysko hæreditates limitantem.

Kazim. Mag. Viſlicia 1368 Folio 1.

CRebra altercatione inter noſtros ſubditos ſuper limitibus in hæreditatibus ipſorum diſtinguendis graues ſuſcitantur quæſtiones: ex quibus augentur expenſæ, & labori nimio interdum ſupponuntur diſcordantes. Et quia fluuij & fluuiorum aluei, vt plurimum inter hæreditates poſſeſſiones & villas fluunt & habentur. vnde ſi quæ villæ aut hæreditates inuicem conueniunt, aliquo fluuio vel riuo mediante, ſi inter eaſdem hæreditates non ſunt limites de Iure facti: tunc illa quælibet hæreditas ſuam teneat rippam illius fluminis ſeu riui, ad illam hæreditatem protenſam: & idẽ fluuiùs ſeu riuus pro limite ſemper ſit habendus. Qui fluuius ſeu riuus, ſi etiam omiſſo primęuo alueo per alia loca ſuũ diuertit meatum ſeu defluxũ, ſine miniſterio hominis: ſed propria virtute naturali nihilominus

eiuſdem

eiusdem fluuij primæuus alueus, vbi ante decursus aquæ fuit, verus limes hæreditatum illarum erit. In quo antiquo fluuio seu riuo aliâs antiqui fluuij alueo, homines vtranq; villam seu hæreditatem illam inhabitantes, licitè suas facient piscaturas, prout faciebant tunc, cùm aqua primęuum, seu antiquum cursum in eodem antiquo alueo habuit. Sed si fluuius seu riuus huiusmodi per hominis industriam auersus esset ab antiquo cursu & alueo, vt in alium nouum influeret alueum: tunc ille nouus alueus hæreditates limitabit: dabit quoque sic vt antiquus ille alueus dare consueuit. vnam rippam vni hæreditati, alteram alteri quam alluit. Quo casu dum per hominis industriam fit fluminis auersio, vna hæreditatum ipsarum illa videlicet, in qua remanet antiquus alueus, omnem & integram habeat proprietatem in alueo, & rippis antiqui fluminis seu riui.

Præterea eum qui notabiliora signa limitum ostendit, Succamerarius sub honore & conscientia, admittat ad probandum: deficientibus autem signis ex vtraque parte, Actori cum testibus probatio deferatur.

DE limitibus autem nostrorum Nobilium, taliter duximus prouidendum: quòd si contigerit aliquem litigantem pro limitibus docere vel ostendere scopulos dictos *Kopce* ad minus tres, aut alia signa notabilia in campis vulgariter *Wiázdy*: in syluis verò signa ad instar crucis facta, vt est moris: extunc Succamerarius noster, illũ qui meliora & notabiliora signa seu scopulos ostenderit, discernẽs, sub honore & cõscientia debebit & tenebitur mittere ad probandum. Vbi autẽ vtraq; pars signis notabilibus inter hæreditates careat: extunc Actor ad probationem limitum cum testibus prout de Iure est, admittatur. *Iagel. Cracou. et Wartha 1423. Folio 66.*

Succamerarius terminum partibus non transponat, nisi consentiant, aut causa subsit.

CVm autem plerunq; Succamerarij, aut eorum Camerarij transponerent limitationes granicierum, aut fauore quodam, aut partis vnius necessitate accedente, altera nolente, exindeq; cum negligentia per dilationes fauorabiles in limitatione granicierũ committeretur. Nos huic errori prouidentes Decreuimus, & Decernimus perpetuò obseruandum: Quòd àmodo Succamerarij omnium terrarum totius Regni Terminos graniciales per semetipsos pro suo velle, contra Iuris ordinem transponere non debeant, sub pœna 14. Marcarum. in eo qui aliter fecerit per nos exigenda: excepto quòd accederet ad id consensus partium, aut causa interueniret legitima. *Ioann. Albert. Petric. 1496. Folio 181.*

Postremò

Postremò Succamerarius Decreti sui seriem siue contumacie Citato, siue per litis contestationem facti, per patentes literas Judicio Terrestri significabit.

Sigism. Petric. 1523. Fol. 40.

CVius quidem decreti, & totius processus, talium granicierum seriem Succamerarius per suas patentes literas referet Iudici Terrestri in Terminis Terrestribus, extunc immediatè celebrandis. Quas literas Succamerarij per Actorem præsentatas Iudicium Terrestre ad Acta Terrestria acticabit ad perpetuam rei memoriam.

Succamerario vel eius Camerario iniquè moto, quid debetur.

Kazimi. Visliciæ Folio 28.

CVm aliquis iniustè arguit, aliâs *Nágáni*, sententiam Succamerarij, sex Marc. pœna illi soluitur. Camerario verò illorum vt aliorum omnium dignitariorum, pex sex Scotos absq; omni contradictione: & antequam ad aliquam audientiam admittatur dare, & satisfacere teneatur.

Olim Succamerarius pro vna die, duas vel tres hæreditates limitans mediam Marcam: Si verò pluribus diebus vnam vel plures limitauerit tres Marcas, duas secures et duo fossoria tollebat.

Kazimi. Visliciæ 1368. Folio 37.

PRO limitatione hæreditatum etiam si pro vna die duas vel tres hæreditates inter eosdem dominos Succamerarius limitauerit, & consumauerit, recipiat mediam Marcam. Sed à pluribus diebus, siue plures limitauerit hæreditates, siue vnam limitauerit, tres Marcas & duas secures cum duobus fossorijs iure suo tollat.

Sed iam Succamerarij, vel eorum Camerarij tres Marcas à singulis limitatibus accipiant.

Ioann. Albert. Petric. 1496. Folio 103.

ITem de Salarijs Camerariorum Terrestrium vnam atq; communem terris omnibus constitutionem faciendam Decreuimus & Statuimus: vt in omnibus terris Regni nostri, Succamerarij terrarum vnà cũ Camerarijs ipsorum non plus quàm trium Marcarum arram, seu notam pro graniciebus limitatis accipiant vbique.

TAXATIO FVNDORVM.

Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litwaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, &c. Dominus et hæres.

Significamu'

SIgnificamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis: Quia cùm fatali quadam aduersitate, hactenus contingere non potuit, vt certa, stabilis, & oportuna defensio, aduersus continuos & anniuersarios hostes Regni nostri statueretur: ita vt quotannis nos Cõuentus agere, & nouos semper tractatus, de ipsa defensione facere oporteat: Factum est, vt penè quotannis ingentia damna, Regno & dominijs nostris inferantur: & Respublica in deterius semper labi videatur. Quare cùm per Statuta, anno superiori, debilem ac incertam defensionem, maxima damna Regno nostro essent illata: regnumque Vngariæ summam cladem accepisset: nolentes deesse Reipub. tantis discriminibus expositæ, & solidiorem aliquam defensionem constituere: indixeramus Conuentum generalem Cracouiensem. in quo vnà cum vniuersis Consiliarijs & Nuncijs, anxiè disquirentes, & in medium consulentes, de certo & firmo aliquo defensionis modo, tandem ad infrascriptas Constitutiones omnes conuenimus: & vt in Executionem deuenirent, decreuimus. *Sigism. Cracc. 1527. A 2.*

Inprimis statuemus Conuentus particulares, in singulis Palatinatibus Regni nostri: videlicet in Palatinatibus terrarum Maioris Poloniæ, pro feria secunda proxima post Dominicam Conductus Paschæ: in Palatinatibus verò terrarum Minoris Poloniæ, ad feriam tertiam proximam ad Dominicam Iudica proximè futuram. Ad quos quidem Conuentus, Palatini, & omnes Dignitarij, Castellani, Capitanei, & Officiales, totaq; Nobilitas vniuscuiusq; Palatinatus conuenire debent: sub pœnis nostris Regalibus. & in eis Palatini, Castellani, & Nuncij terrarum, qui ad hunc generalem Conuentum Cracouiensem erant missi, declarabunt communi Nobilitati: quòd decreta est, in hoc ipso generali Conuentu Cracouiensi, Taxatio omnium bonorum, seu fundorum: hoc est, ciuitatum, oppidorum, & villarum totius Regni. præter bona nostra Regia: quæ libera sunt, & non oppignorata, iuxta Decretum Conuentus Piotrkouiensis, ante biennium habiti. quod poni debet hoc anno in executionem.

In his autem Conuentibus, quisque Palatinus, cum Castellanis, Officialibus, & Nobilibus sui Palatinatus, eliget & designabit ad singulos districtus vnum Castellanum illius districtus, & duos viros Nobiles eiusdem districtus: sic, quòd ad singulos districtus, sit electus & designatus Castellanus, & duo Nobiles eiusdem districtus, fide digni, probatæ virtutis, ac bonæ conscientiæ: ad ipsos fundos, seu bona terrestria taxanda. Quòd si non fuerit in aliquo districtu Castellanus: eliget Palatinus alium Dignitarium, seu Officialem illius districtus: de consensu Dignitariorum, Officialium, ac Nobilitatis, quæ ibi fuerint: aut maioris partis ipsius. Hi verò omnes supradicti, Iurati esse debebunt: Palatinus, & Castellanus, sub

nus, ſub eo Iuramento, quo Nobis & Reipub. Regni noſtri obſtricti ſunt: dicti verò duo illi Nobiles, ex communitate electi, corporale Iuramentū præſtabunt: quòd omnium & ſingulorum bona iuſtè taxabunt, & conſcribent: ita vt illa vendi aut emi deberent: non habita ratione ſanguinis, aut amicitiæ, vel cuiuſcunq; neceſsitudinis: neq; ex amore, prece, pretio, aut odio: nec propter munera, aut pollicitationes: nec metu, aut timore: ſed purè, ſyncerè, ac ſecundum Deum, & Iuſtitiam.

Quiſque autem Palatinus, cum Caſtellano primario, & duobus Nobilibus, ex communitate electis, initium faciet eiuſmodi Taxationis bonorum, Feria ſecunda poſt Feſtum Sanctę Trinitatis proxima: & primus ipſe capitalem diſtrictum ſui Palatinatus obequitabit: videndo, æſtimando, & taxando cuiuſq; bona, à ſuis proprijs incipiendo: ſi illa, in eodem diſtrictu Capitali habuerit: ſiue illa ſint hæreditaria, ſiue obligatoria: ſecundum induſtriam, diſcretionem, & conſcientiam. & deſcendēdo perſonaliter cum ſibi adiunctis, Caſtellano, & Nobilibus, ad ſingulas Parochias eiuſdem diſtrictus, & vbi opus fuerit, & dominis Taxatoribus ita expedire videbitur, etiā ad villas ipſas, ciuitates, & oppida, ſitum, prouentus omnes diligenter perpendendo & diſquirendo: & ibidem valorē, & extimationem bonorum illius Parochiæ, vocato ad ſe Plebano, aut eius Commendario, & alijs hominibus, tam Nobilibus quàm Plebeijs, omnis ordinis & ſtatus circumadiacentibus inquiret, nulli fauendo: ſed Deum, & conſcientiam præ oculis habendo. ac ipſam Taxam, & valorem ſingulorum bonorum eiuſdem diſtrictus, fideliter conſcribi & annotari faciet.

Quo exemplo alij Caſtellani, cum duobus Nobilibus Iuratis, ibunt per diſtrictus ſibi deputatos illius Palatinatus: & Taxationem omnium bonorum, deſcendendo ad Parochias, modo præmiſſo facient, & fideliter conſcribent.

Ibit autem vnus Caſtellanus poſt alium, infra vnam ſeptimanam, (ſi, & in quantum priorem diſtrictum abſoluerit) per alios ſingulos diſtrictus. propterea vt Nobiles in diuerſis diſtrictibus bona hæreditaria habētes, Taxationi ſuorum bonorum intereſſe poſsint: id quod facere debebunt, & tenebuntur, ſub pœnis noſtris Regalibus. Vel ſi ipſimet perſonaliter commodè intereſſe non valerent: vices ſuas amicis, vicinis, familiaribus, aut Officialibus ſuis, committere poſsint. alioquin eorum bona nihilominus taxabuntur, & Taxari debent: abſentia illorum nō obſtante.

Et quoniam in omnibus Palatinatibus, & diſtrictibus, domini Spirituales habent bona ſua Eccleſiaſtica, ſeu fundos: quæ licèt nunquam aliás ſubiecta erant oneri bellicæ ſeruitutis: vt quæ per Sereniſsimos prædeceſſores noſtros Poloniæ Reges, & Duces, ſunt ab initio fundationis Eccleſiarum,

cleſiarum, ad vſum duntaxat & onera Eccleſiæ collata: multiſq; immunitatibus, & libertatibus donata: tamen in præſenti Regni neceſsitate, & ſummo diſcrimine, volentes ipſi domini Spirituales, ſibi & Eccleſiis ſuis gratiam noſtram Regiam demereri: fratribus verò ſuis dominis Secularibus gratificari: Reiq; publicæ (pro cuius bono ſtatu orare tenentur) ope ſua non deeſſe: permiſerunt etiam non grauatim bona ſua Eccleſiaſtica, hactenus ſemper libera, cum his quæ ad defenſionem obligata ſunt, in præſens Taxari: ita vt bona dominorum Secularium Taxabuntur. Et proinde domini Archiepiſcopi, & Epiſcopi, deſignabunt duos viros Eccleſiaſticos, bonæ fidei, & conſcientiæ, ad quemlibet Palatinatum: qui vnà cum Taxatoribus, per Palatinum, Caſtellanos, Officiales, & Nobilitatem electis, ſeu eligendis, taxabunt bona omnia, tam Spiritualiũ quàm Secularium perſonarum: & hi primùm cum Palatino, & Caſtellano primario, ac duobus Nobilibus electis, Capitalem diſtrictum obequitabunt, per ſingulas Parochias: & ſimul cum illis, bona eiuſdem diſtrictus taxabunt, & æſtimabunt, modo ſupra ſcripto: ſecundum Deum, & conſcientiam, ſublato amore, fauore, metu, prece, odio. &c.

¶ Iidem Spirituales deſignandi per dominos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ituri deinceps ſunt ſucceſsiuè, per alios diſtrictus illius Palatinatus: & bona omnia, tam Spiritualia quàm Secularia, cum Caſtellanis, & Nobilibus electis, ſeu eligendis taxabunt, modo & ordine ſupra ſcripto: & non erit opus, vt ad ſingulos diſtrictus eligantur, ſeu deſignentur alij & alij Spirituales: prout Taxatores Seculares, qui ad ſingulos diſtrictus eligi & deſignari debent: ſed ad totum Palatinatum, & diſtrictus illius omnes, duo duntaxat Taxatores Spirituales, incipiendo à primo & capitali diſtrictu, bona omnia (vt ſupra dictum eſt) cum Taxatoribus, ad ſingulos diſtrictus electis, ſeu eligendis, taxabunt ſeu æſtimabunt. Verum præſtabunt priùs Iuramentum corporale, in manibus ſui Epiſcopi: quòd non amore, prece, odio, metu, fauore, &c. ſed iuſtè, & ſecundum Deum, ac conſcientiam, ac iuſtum rationis ſuæ iudicium, bona omnia taxabunt & æſtimabunt.

Si verò Taxatores Spirituales & Seculares, inter ſe fuerint diſcordes, in taxatione aliquorum bonorum, Spiritualiũ aut Secularium: huiuſmodi differentiam, & quibus rationibus & cauſis quæque pars niteretur, & aſſertionem ac motum animi ſui fulciet, deſcribent: & ad Nos, ad proximum generalem Conuentum, perferent: reuidendam per Nos, & Conſiliarios noſtros, & Iuſtitia mediante decernendam. Peracta autem in ſingulis Palatinatibus, & diſtrictibus, eorum taxatione ſupra ſcripta: deſcriptiſq; diligenter omnibus differentijs: ſi quæ circa eam exorientur: eam Palatini ipſi, Caſtellani, & Taxatores Spirituales & Seculares ſupraſcripti, in ſin-

pti, in ſingulis Palatinatibus conſcribent: ac in Regeſtra, ſeu libros redigent, ac redigi facient: illaque manibus proprijs ſubſcripta, Sigillis ſuis obſignabunt. quæ Palatini ipſi terrarum, ad ſe recipient: & nobis afferēt, ad proximum generalem Conuentum: in quo nos, cum Conſiliarijs noſtris, & terrarum Nuncijs, viſis, perſpectis, & maturè perpenſis Taxationibus omnium bonorum, Conſtituemus modum & ordinationem defenſionis Regni noſtri: qui eidem Regno vtilis, & ſubditis noſtris tolerabilis, & ferendus ſit futurus. idq́; quod nobis in ea ipſa Taxatione bonorum moderandum, agendum, & minuendum videbitur, facere & conſtituere cum Senatu Regni noſtri, & Nuncijs terrarum curabimus. Quia verò nos ferimus multa onera, in ſuſtinendo ſtatu noſtro Regio, & expediendis Reipub. negotijs: non viſum fuit, vt bona noſtra Regia, quæ libera & non oppignorata habemus, ſubijcerentur Taxationi ſupra ſcriptę. quoniam Nos, pro Officio ac debito noſtro, proq; virtute ac benignitate noſtra Regia, nunquam deeſſe ſolemus, nec vnquam deeſſe volumus, viribus & facultatibus noſtris defenſioni ipſius Regni, & ſubditorum noſtrorum. Verùm bona reliqua noſtra omnia Regia, in Summis pecuniarum quibuſcunq; obligata, ſubiecimus, & ſubijcimus Taxationi ſupra ſcriptæ: quæ perinde Taxari & æſtimari debebunt, ac aliorum ſubditorum noſtrorum, Spiritualium & Secularium, bona hæreditaria & obligatoria Taxabuntur.

Quocirca vobis omnibus, Palatinis, Caſtellanis, cæteriſq́; Dignitarijs & Officialibus, ac vniuerſis ſubditis noſtris, tam Spiritualibus quàm Secularibus Regni noſtri, præſentem Conſtitutionem Conuentus generalis denunciamus. Mandamuſq́; vobis: vt illam eo ordine & modo, vt præmiſſum eſt, diligenter exequamini. pro fide veſtra, ac gratia noſtra non aliter facturi. Datum Cracouiæ in Conuentu generali, Feria tertia proxima poſt Dominicam Reminiſcere, Anno Domini 1527, Regni noſtri anno 21.

TELONIVM.

Telonia poſt mortem Wladiſlai data, caſſantur.

Kazim. Iagel. 1447. Fol. 90.

TElonia inſuper omnia, poſt mortem Domini Wladiſlai genitoris noſtri, ſub quacunq; verborum forma, qualicunq; occaſione, in terris, aut aquis conceſſa, tanquam Rempub. grauiter lædentia caſſamus, annullamus: & illorum exactionem diſtrictè de cætero prohibemus.

Telonia nemo ſibi temerè inſtituat.

Kazim. Iagel. 1447. Fol. 91.

ITem de his, qui Telonia per terram recipiunt, depoſitum eſt: quòd iura eorum, coram Regia Maieſtate requiſiti producant, ſuper talibus Telonijs,

Telonijs, si quæ habent. Et si quis talium Telonia exigentium inuentus fuerit Ius aliquod non habere: sed propria temeritate ductus exigebat talia: extunc per præsentis Conuentus decretum, bona sua, vbi talia exigebat Telonia, amittere debet meritò, pro Regia Maiestate confiscanda. contra quos nihilominus Dominus Rex Iudicium locabit: & præsidentes illi, sententiam ferre debeant, iuxta dispositionem articuli præsentis.

¶ SIMILIS. Quoniam depactatio quælibet, alieno seu priuato Iure commissa, communem læderet (vt verisimile est) libertatem: idcirco pro tuendo Iure communi, libertatis regnicolarum vniuersorum communi accedente consensu, Statuimus: Quòd noua Telonia, nemo Secularium & Spiritualium, in bonis suis constituet, neq; constituere audebit: sine licentia, & consensu, donationeq; nostra, & Consiliariorum Regni, in Conuentione generali. Si verò quispiam secus fecerit: talis Iure conuictus, per Nos successoresq; nostros, iuxta nostrum & Consiliariorum nostrorum arbitrium, priuationis bonorum illorum pœnam sustinebit: in quibus voluntate sua, ac priuatis Iure & auctoritate suis, tanquam nostris, solutiones sibi constituit de subditis nostris, libertate Iuris communis gaudentibus. *Alexan. in Radom 1506. Felix 118.*

Qui autem non habent, aut amittunt Literas, super Telonia diu possessa, gratiam in eo Regiam quærant.

NON habentes literas, aut illas amittentes, super Telonia longo tempore possessa, querent in ea re gratiam nostram, & successorum nostrorum. *Sigism. Petr. 1519. Felix 22.*

Literæ Vectigalium reuideãtur: et si iniquæ fuerint, abrogentur.

QVoniam ita multa sunt Vectigalium, seu Teloniorum genera, per quosuis instituta: vt his persoluendis, grauiter se nostri homines premi querant: Nos eorum rationibus prospicere, atq; grauaminibus his eximere cupientes, certos quosdam Consiliarios nostros designauimus: qui Vectigalium ipsorum rationem diligenter inspicerent: & seriem cuiusque Priuilegij, super Telonijs Pontalibus, aggeralibus annotarent. vt Nos cognitis omnibus & singulis concessionibus, cum consilio Senatorum nostrorum, & assensu Nunciorum Terrestrium, cùm primùm eius rei faciendæ facultas nobis dabitur, quæ iusta & legitima videbuntur, ea confirmare: quæ contra iniusta, ea abrogare possimus: prouidereq;, ne in posterum onera aliqua imponerentur hominibus, præter Ius & æquũ: neue vllæ postea similes querimoniæ, ad aures nostras peruenirent. Quæ tamen Priuilegia, exhibita & ostensa esse non poterunt, ante Conuentũ futurum: in Conuentu exhiberi, & reuideri poterunt. *Sigism. 1539.*

De qualibus Literis ſit hoc intelligendum.

Sigiſm. Cracc. 1563.

TEloneares Literæ, de quibus in aliquot Comitijs præteritis diſceptabatur: vt ſcilicet hæ, quæcunq; inutiles & damnoſæ Reipub. fuerint, tollerentur, neceſſariæ autem relinquantur: eo modo in preſentibus Comitijs Conſtituimus: Vt ex illis terminationibus, ſeu ſignationibus, que in Cancellaria noſtra, per aliquot annos factæ fuerant, Commiſsiones ad diſtrictus conſcriberentur. quarum authoritate, ante Comitia prima, per Commiſſarios, ad Cancellariam cenſura afferatur, vel mittatur: quò locorum aliquod Telonium, Aggerale vel Pontale, eſt neceſſarium, vtile vel damnoſum Reipub. Sed hoc intelligi debet de his Literis, & Telonijs, Aggeralibus & Pontalibus: quæcunq; fuiſſent ad placiturn noſtrum, vel ad vitam obtentæ. Nam perpetuitatis Literas, Priuilegia, & poſſeſsiones antiquas, in Telonijs Aggeralibus & Pontalibus infringere, & mutare cuiquam, non videbatur eſſe iuſtum. Eorum autem Commiſſariorum conſcientia, ſicut & limites facientium, aſtringi debet. Poſteaquam autē à Commiſſarijs, afferetur cenſura, de illis locis: in quibus illis videretur Telonium, Aggerale aut Pontale, iuſtum vel iniuſtum: tum Nos, cum Conſiliarijs noſtris, & Nuncijs terrarum, iuxta cenſuram Commiſſariorum, aliquas prædictarum literarum tollemus: nonnullas verò moderabimus, & relinquemus. quomodo ſcilicet tum neceſsitas, ac vtilitas Reipub. poſtulabit.

Telonium niſi expreſsè literis Regijs inſcribatur, Iuri Regio reſeruatur.

Sigiſm. Cracc. 1510. Febr 15.

VBI ſpecialis mentio, in Priuilegio, vel Inſcriptione, de Telonio facta non eſt: Iuri Regio reſeruatum eſſe cognoſcitur.

Nobilitas libera eſt ab omnibus Telonijs: ac pœna iniquè extorquentium.

Ioan. Albert. Petric. 1496. Febr 10.

ITem licèt Nobiles, per alios prædeceſſores noſtros Reges Poloniæ, & eorum Priuilegia atq; Statuta, liberati fuerint: vt Telonia, vel de ſale, vel de rebus omnibus, in domos, aut de domibus eorū ductis, non ſoluāt: ſub pœnis certis, contra Teloneatores ſtatutis, atq; in Priuilegijs deſcriptis: quia tamē inoleuit Præiudicialis conſuetudo: vt Teloneatores, præmiſsis non attentis, Telonia de Nobilibus exigere non verentur: cōtra quos pro pœnis non definitum erat, qualiter Nobilis, Telonijs grauatus iniuriatusq;, acturus eſſet. Idcirco extendentes libertates in hac parte Nobilium, Statuimus: Vt tam de ſale, quàm rebus alijs, cuiuſcunque generis fuerint, aut in domos Nobilium ductis, vbiq; in Regno noſtro

Telonia

Telonia minimè exigantur. alioquin, Teloneatores ſecus facientes, tam pro pœna in Priuilegijs prioribus deſcripta, quam pro damnis Nobiliũ, in hac parte illatis, Iure Terreſtri, (ad quod pertinent ratione poſſeſsionum, quas videbuntur obtinere, poſsidereq́;) quoties neceſsitas expoſcet conueniantur. Ipſi verò ſi impoſſeſsionati fuerint, perſonaliter Citabuntur: & Citati, in Iure eodem Terreſtri comparere, reſpondereq́; tenebũtur, Contra quos ſic agendum procedendumq́; erit: vt fieri conſueuit Iudicium cum impoſſeſsionatis. Obtentis tandem Perlucris, illa Capitanei locorum exequantur: iuxta Iuris formam, & antiquam conſuetudinem: libertatibus, & exemptionibus, Teloneatoribus dari conſuetis, minimè eos aut excipientibus, aut tutantibus, in præmiſsis.

Nemo Telonia, & Foralia, ex Spiritualibus, & Nobilibus, eorumque ſubditis exigat: cum quid pro vſu domeſtico emunt, aut ſua vendunt. ſecus eſt, ſi lucri cauſa emant. Ceruiſiam quoque, vbi velint, accipiant.

ITem fit fortaſſe ſæpius: quòd Capitanei locorum, aut quia aduenæ, aut quia nouitij, vel impoſſeſsionati exiſtentes, tanquam Iurium & Conſuetudinum localium ignari, nouas introducunt conſuetudines: introitus ſtatuentes & exigentes incõſuetos: & in nonnullis Capitaneatibus, ſtringentes ſubditos noſtros Spirituales, Secularesque, ad recipiendas in domos & tabernas ceruiſias oppidorum noſtrorum, in Capitaneatibus conſiſtentium. quo plurimum arctari videtur libertas communis. Vnde neceſſariò Statuimus: Quòd vbilibet locorum noua & inconſueta Telonia, Foraliaque, per Capitaneos, alioſque Dignitarios & Officiales noſtros, à ſubditis noſtris, cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtentibus, præſertim verò à Nobilibus, ad fora, non propter mercaturam, ſed in priuatis actionibus venientibus, ac etiam Kmethonibus, pecora & pecudes, res quoq; alias priuatas, cuiuſlibet generis, domeſtica cura cõparatas, ducentibus, vendentibuſq;, aut pro vſu domeſtico ementibus, exigi non debeant: prout præſenti Statuto exigenda prohibemus. Et abuſum illum, quo ad recipiendas in villas, de Ciuitatibus & oppidis noſtris ceruiſias, quarũ Spirituales & Seculares ſubditi noſtri, ſpecialiter in Brzeſtenſi, Iuniwladiſlauienſi, & Rádzieiouienſi terris, alijs quoque terris & diſtrictibus compellantur, tollimus & abolemus: perpetuò Decernentes, ſtatuenteſq; illos & alios, vbiq; locorum in Regno noſtro conſtitutos ſubditos noſtros, villarum dominos, eorumq; ſubditos, in hac libertate conſeruandos: Vt liceat cuiq; ceruiſias & liquores alios, vndecunq; recipere, ſumere, in villiſq; & locis alijs ditionis eorum, braxare & braxari facere: ac vndecunq: maluerint,

Alber. Petric. 1490. Fol. Cviij.

maluerint, aut voluerint sumere, habere, propinare, & vti frui, liberè, absque omni nostri, & Capitaneorũ nostrorum, prohibitionis aresti, ac pœnæ formidine. Qui verò ad reuendendum aliquid emunt, in ciuitatibus vel oppidis: illi Foralia solita & licita soluere tenebuntur. A rebus verò mechanicis, quas subditi Nobilium ducunt ad Ciuitates & oppida, vtputa rotis, scutellis, cantaris, & alijs id genus, Foralia moderata accipiantur: iuxta antiquam consuetudinem.

Sigism. Petric. 1523. Fol. 29.

Multantur qui exegerint Telonia, à Nobilitate vel Spiritualibus.

Sigism. in Coronatione sui. 1507. Fol. 2.

STatutum de libertate Nobilitatis à soluẽdis Telonijs, per omnia approbamus: & insuper pœnam dupli adijcimus, in secus facientes. vt scilicet, quantum aliquis Teloneator, à Nobilitate, vel Spiritualibus personis, à Telonio absolutis, pro Telonio extorserit: eius duplum soluat. Quam pœnam Iudex Spiritualis loci illius, de Teloneatore Spirituali, per censuras Ecclesiasticas: Secularis verò loci Capitaneus, de Secularibus Teloneatoribus, absq; processu Iuris, cognita rei veritate exigat. Quòd si ipsemet Capitaneus Telonium exegerit: si bona Capitaneatus in obligatione tenuerit: centũ Marcas de summa, in illis bonis inscripta, amittat. si verò sine obligatione bonorum, Capitaneatum habuerit: priuatione Officij puniatur. Et nihilominus vtroq; modo Capitaneatum gerens, iniuriam passo, duplum eius quod recepit restituat.

Nec Telonia, nec Foralia, à Nobilibus & eorum subditis, vltra debitum exigantur: aut quum sua vendunt, & ad vsum domesticum emunt.

Sigism. Petric. 1523. Fol. 29.

QVia Nobilitas queritur, Teloneatores modum Telonij excedere, Volumus: vt ipsi Teloneatores nostri, tam aquatica quàm etiam terrestria Telonia exigentes, quando aliquid vltra debitum à Nobilitate exegerint: id totum Citati, vnicuiq; resarcire & restituere cogantur. Foralia etiam, iuxta antiquam consuetudinem, & Statuta Regni, non exigant à Nobilitate, & eorum subditis: cùm frumenta, & res suas domesticas, ad victum spectantes vendunt: aut etiam emunt aliquid, pro vsu suo domestico.

De eadem ipsa, à Telonijs, Foralibus, Pontalibus libertate, postremò definitur: Statutis prioribus, quæ aliqua in parte contrarium disponunt, abrogatis.

Sigis. Petric. 1538. Aa.

QVoniam magnis & frequentibus querelis subditorum nostrorum obruimur, ob multiplicia grauamina: quæ Teloniorum quorumcunq; præ-

cunq; præfecti, aut exactores, ſubditis noſtris, etiam his qui Militaris ordinis ſunt, inferre noſcuntur: ideo ad coërcendam eorum licentiã, facilemq; cuilibet iuſtitiæ adminiſtrationem aſſequendam, Statuimus: Vt quæcunque Priuilegia poſteriora, Ludouici Regis Priuilegio, vniuerſæ Nobilitati dato, priuatis perſonis, vel Ciuitatibus, ſuper Telonijs, Pontalibus, vel Aggeralibus, conceſſa eſſent, contra publicam Nobilium libertatem, in præſenti Conuentu per Nos caſſarentur, & annihilarentur. Verùm ne quis in ea Priuilegiorum abrogatione, præter æquum & iuſtum, grauari ſe prætendere valeat: viſum eſt, vt collatis Priuilegijs meliùs appareat, qualiter aliquo Priuilegio publicæ libertati derogetur, priùs illa diſpiceremus. quod etiam in præſenti Conuentu, magna ex parte fecimus: atque ea Priuilegia, quæ videbantur publicæ libertati aduerſari, abrogauimus: alia verò, quæ ad commodũ & neceſsitatem publicam tranſeuntium conceſſa ſunt, in robore reliquimus. Simile Iudicium, de reliquis omnibus huiuſmodi Priuilegijs, in proximè futuro Conuentu, ſumus facturi: & per Edictum publicum proclamari mandabimus: vt omnes, in eo ipſo Conuentu, cum huiuſmodi Priuilegijs ſuis, peremptoriè compareant. alioquin, Priuilegiorum ſuorum vſum perpetuò amiſſuri: neq; deinceps vllus, in huiuſmodi Telonijs percipiendis, Priuilegijs ſuis vti debebit aut poterit, ſub amiſsione bonorum: niſi qui literas noſtras, in præſenti vel futuro Conuentu, ea de re obtinuerit.

Regnicolæ cum ſuis rebus proprij laboris iter facientes, à ſolutione Telonij ſunt liberi.

QVia verò ab omnibus Telonijs, Pontalibus & Aggeralibus, alijſque huiuſmodi exactionibus, certæ perſonæ & ordines Regni noſtri, publicis & antiquis Priuilegijs exempti eſſe noſcuntur, Decernimus: Vt Prælati, Barones, & Nobiles, ac eorum ſubditi, cum rebus quibuſcunq; ſuis proprij laboris, vltro citroque per Regnum commeantes, diſpoſitioni Priuilegiorum, ſuper exactionibus præfatis conceſſorum, non ſubiaceant: ſed perpetuis temporibus, à ſolutionibus quibuſuis huiuſmodi ſint liberi & immunes. *Ibidem.*

Qui iniquè Telonium extorſerit, quo Iudicio conueniendus, & qua pœna puniendus: & qui debent eſſe Teloneatores.

STatuimus inſuper, & Decernimus: Vt deinceps futuris temporibus, Teloneatores noſtri omnes ſint Nobiles, poſſeſsionati, Seculares, & Chriſtiani. exceptis locis iſtis: in quibus Capitanei, & Præfecti arcium & ciuitatum noſtrarum, habent in cura & poſſeſsione ſua Telonia noſtra. Nam ipſi pro Teloneatoribus haberi, & reputari debent. Quicunq; autẽ *Ibidem.*

ex Teloneatoribus, contra libertatem Nobilitatis, aliquem Nobilem, aut eius subditum, exactione Telonij, Foralis, Pontalis, Aggeralis, seu cuiusuis excogitatæ exactionis, indebitè onerauerit: & aliquid ab eo, per se vel per alium exegerit, seu extorserit: pro tali iniuria Citari peremptoriè poterit vbilibet: pro arbitrio eius, qui iniuriam passus fuerit: vt vel ad Terrestre, vel ad Capitaneale illius loci Iudicium, siue vbicunq; locorum talis Teloneator, siue in Curia nostra Regali repertus, & Citatione Curiæ Citatus fuerit, tum ibidem sine quauis Exceptione respondere tenebitur: tanquam pro articulo Officij, qui terram & districtū non habet. Et cùm conuictus fuerit Teloneator, in aliquo Iudiciorum prædictorum, iniuriam feciſſe in exigendo aliquo Telonio, Forali, Pontali, Aggerali &c. primùm omnium restituere debet illud quod exegit: deinde ei, à quo Citatus fuerit, in pœna xiiij Marcarum pecuniæ, & trium Iudicio, seu Officio, condemnari debet.

Nobilis Teloneator Juramento se purgabit, nihil se iniquè exegisse.

Ibidem. ad 3. IN his verò Iudicijs, Nobili Citato admitti debet expurgatio. ita videlicet, vt Teloneator Nobilis, iuxta quantitatem summæ & damni præstet corporale Iuramentum: Quòd nihil exegit, nec per se, nec per quempiam alium: quod esset contra Priuilegium, & libertatem publicam. Is etiam modus repetendi, à Teloneatoribus indebita exigentibus, in aquaticis & pontium Telonijs præsidentibus, tam in Regno quàm generaliter omnium terrarum, & Palatinatuum Regno Poloniæ subiectorum, seruari debebit.

Quod de Teloneatoribus, idem de Capitaneis statuitur.

Ibidem. SImiliter & de Capitaneo loci, qui indebita exactione aliquem onerauerit, hoc quod supra scriptum est, erit obseruandum.

Vado transmittere volenti, impediri non debet transitus.

Ibidem. QVoniam autē contingit in plerisq; locis & fluminibus pontes extrui: vbi priùs transitus nō admodum difficilis fuit, & nunc quoq; pateat: Decernimus: Vt liberum sit vnicuiq; fluuium aut locum, quem *Bród* vulgariter appellant, transire, si volet declinare pontem: quo casu, cogi non debebit, neq; poterit, ad solutionem Pontalis. Nemo tamen debet huiusmodi transitus, seu *Brody*, atq; transeuntes, modis quibuscunq; & ingenijs impedire aut destruere: sub pœnis supra scriptis.

Dominus si Exactorem suum non statuerit: pro eo satisfacere tenetur.

Quòd si

QVòd si Præfectus seu Exactor alicuius Telonij, Pontalis, Aggeralis, Foralium, aut cuiuscunq; præstationis, in bonis dominorum Spiritualium, Secularium, aut Nobilium quorumcunque, à quocunque, contra libertatem publicam aliquid exegerit, & extorserit: eo casu, dominus ipsius tenebitur coram Iudicio, seu Officio præfato, huiusmodi Exactorem, etiam apud ipsum non arestatum, statuere: & cauere debet, quòd ipse Teloneator seu Exactor Iuri parebit: & Iure conuictus, satisfaciet parti modo præmisso. Vbi verò huiusmodi Teloneator, seu Exactor, conuictus seu condemnatus, damnum & pœnas præfatas soluere non posset: tunc Actori damnum passo, per dominum in manus, ibidem instanti tradi debet. Quòd si dominus Teloneatorem, seu Exactorem suum, coram Iudicio, vel Officio suo, modo præmisso Citatus non statuerit: tum in instanti ipse respondere, & victus Iure, parti satisfacere, sine quibusuis Exceptionibus & Appellationibus tenebitur. *Ibidem.*

Agens de iniusto Telonio, aut ipse probet, aut Citato expurgationem admittat.

ITem in arbitrio & libertate Actoris erit, vel Exactori Plebeio Citato expurgationem admittere: vel ipsi soli, iuxta quantitatem summæ, super damno illato probationem facere. *Ibidem.*

Probatio seu purgatio Teloneatori, Nobili, vel ignobili, qualis incumbit.

PRobatio verò seu expurgatio, tali modo fieri debet: Quòd Teloneator Nobilis iuret, iuxta quantitatem summæ: Plebeius verò & ignobilis, pro summa decem Marcarum metsecundus: pro maiori autem summa, metseptimus iurare debet: Quòd videlicet nihil ab Actore, contra libertatem publicam, exegit & extorsit. *Ibidem.*

Ciuitatum incolæ superioribus legibus tenentur.

CIuitatum etiam ac oppidorum incolæ, vbilibet in Regno constituti, eidem legi subiacebunt: quòd videlicet modo supra scripto, ad præfata Iudicia, & Officia Citari, eodemq; modo Iuri parere, & respondere, & condemnati satisfacere tenebuntur. & ipsi Ciues præfati, Proconsul scilicet cum Consulibus, suos Teloneatores seu Exactores, coram præfatis Iudicijs, & Officijs, similiter statuere debebunt & tenebuntur. *Ibidem.*

In defectu verò statutionis, soli respondebunt: & Iure victi, parti satisfacient. vt suprà de alijs constitutum est. Neque poterint ipsi Ciues, à præfatis Iudicijs, seu Officijs, se excipere seu eximere: aut ad Ius suum

Ciuile, vel ad quodcunq; aliud reuocare, vigore Priuilegiorum ſuorum, Iurium, conſuetudinum, aut libertatum eis conceſſarum. quibus omnibus, in hac parte duntaxat, derogatur: quòd in hac cauſa, quæ merè ad Officium ſeu Iudicium Regale pertinet, Priuilegia in contrarium diſponentia, meritò illis ſuffragari non debeant.

Foralia non exigantur à vendentibus ſuas res, & ſibi neceſſaria ementibus.

Ibidem. AD coërcendam verò licentioſam Foralium exactionem, Statutum olim Sereniſsimi Ioannis Alberti, Folio CIIII. in robore conſeruandum Decernimus: quo cautum eſt: quòd à Kmethonibus, pecora & pecudes, res quoq; alias priuatas, cuiuſlibet generis, domeſtica cura comparatas, ducentibus vendentibuſq; aut pro vſu domeſtico ementibus, nulla Telonia Foraliaque exigi debent. non obſtante Statuto noſtro, de rebus mechanicis diſponente. quod, quo ad hoc, ſeruari non debet.

Qui damnum à tranſeuntibus patitur, qua ratione illud teſtari debet: ac quomodo pro damno agere.

Ibidem. QVia frequenter accidit, damna in bonis à tranſeũtibus inferri: & pro illis, tranſeuntes nonnunquam plùs æquo grauari, Statuimus: Vt hi, qui in poſſeſsionibus ſuis damnum ſe recepiſſe prætenderint, ab aliquo eorum, qui publico itinere pecora pecudeſq; egerint, vel cum curribus & equis iter fecerint: damnum huiuſmodi ſibi illatum, cũ Miniſteriali Terreſtri, & duobus Nobilibus, illud conſpiciant & teſtentur: in defectu verò Nobilium, vel Miniſterialis, cum quatuor, vel adminus duobus plebeijs iuratis villæ illius, ſeu vicinæ. Et quod illi, Miniſterialis, Nobiles, vel plebeij iurati, pro damno dandum decreuerint, exigat. Pro qua exactione, ſi in Iudicium Citatus fuerit ille: qui eo modo, vt ſuprà ſcriptum eſt, damnum ſe accepiſſe proteſtatus fuerit: Iuramento ſuo proprio, iuxta recognitionem illorum, qui damnum conſpexerint, Actorem euadat.

Simile ſuperioribus. qui iniquè extorſerit Telonium, ad Regiam Maieſtatem Citari debet.

Sigiſm. Craco. 1541. TAmetſi multum diſceptabatur, quòd Teloneis aquaticis Nobiles ſubditi noſtri grauarentur: qui quidem ſe ſe (vt ſunt) liberos, cum bonis ſuis, non ſolùm à Telonijs terreſtribus, verùm etiam aquaticis liberos eſſe exiſtimant: nihilominus Nos, nolentes in eo cuiquã ſubditorum noſtrorum quicquam detrahere, & iniuriari, ſic eam controuerſiam in his Comitijs definimus: Vt quicunq; putaret, ſe ab aliquo in aqua affectum eſſe iniu-

esse iniuria, vt ad præsentiam nostram damni datorem citet. Nos autem in illo termino Citationis, pollicemur cognoscere: vt quicunq; sine Iure, sine priuilegijs & illegitimè, res, contra libertates subditorum nostrorum Nobilitatis Regni Poloniæ, detineret, debitam multam ferat. vt ne postea id in se admittat. Quod autem ad nos attinet, Promittimus: subditos nostros Spirituales & Seculares, in libertatibus eorum conseruare: neq; Telonia aquatica ex eisdem accipere: iuxta Statuta, & antiqua Priuilegia: & hoc ab omnibus rebus proprij illorum laboris: iuxta antiquam consuetudinem, & obseruationem. Cum quibus quidem rebus, Nobilis, qui à domino suo defluet, præstabit Iusiurandum corporale: iuxta Constitutiones priores. vt ne postea in alijs locis, iurandi necessitas illi imponatur.

Suspensio libertatum à soluendis Telonijs, relaxatur.

CAeterum considerantes subditorum vniuersi Regni detrimentum, relaxauimus, de consilio & consensu vniuersi Senatus Regni nostri, & Nunciorum terrarum, suspensionem libertatum: quæ erat ad quinquennium facta, à soluendis Telonijs antiquis: omnibusq; ad pristinum statum restitutis, ipsam suspensionem penitus sustulimus. *Sigism. Cracc. 1512.*

Etsi debitor Teloniorum, in districtu conueniatur: Teloneator tamen Regi satisfaciat.

PErmoti iniurijs subditorum nostrorum, (quibus se per nostros vectigalium, seu Teloniorum præfectos, eorumq; Ministros affici propterea querebantur: quòd pro pecunia, ratione Telonij seu vectigalis soluenda, extra districtum & forum eorum competens, ad præsentiam nostram Regiam euocarentur) prouidere volumus: ne in posterum præfecti Vectigalium & Teloniorum nostrorum, aliquem subditorum nostrorum, status & conditionis cuiuscunque, cameram Telonio soluendo institutam transire permittant: nisi soluto prius Telonio, vel Vectigali, Nobis & fisco nostro Regio debito. vt hoc modo occasio, subditos nostros ex eorum districtu & foro competenti euocandi submoueatur. Alioquin præfecto Telonij nostri, solutionem ipsius Telonij, contra mandatum & prohibitionem nostram cuipiam deferenti, incumbat necessitas, illud ipsum Telonium seu vectigal debitum, in districtu & foro debitoris competenti repetere: nobis verò, Litis pendentia huiusmodi minimè obstante, de prouentibus Telonij & Vectigaliũ nostrorum, integrè respondere. *Sigism. Cracc. 1512. A4.*

Nobilitas quoq; terrarum Russiæ, pari modo, ab omni Teloniorum & Foralium solutione, est libera.

Sigism. Craco. 1543. AD supplicationem terrarum Ruſsiæ, Volumus & decernimus: Vt Nobilitas terrarum illarum, ſicut in alijs terris Regni, à ſolutione Teloniorum, & Foralium, ſit libera atq; exempta: & in alijs eadem gaudeat libertate.

Mercatores, qui nouum Telonium transgrediuntur, vnà cum fautoribus ſuis, tanquam pro crimine peculatus, in rebus & bonis puniantur.

Sigism. Craco. 1560. Fol. 14. CVm in eos ſeueriùs animaduerti oporteat, qui in fraudem redituum Reipub. licentioſiùs delinquunt: Decernimus: Conſiliarijs noſtris cenſentibus: Quemlibet, quicunq; Telonium ad vtilitatem Reip. inſtitutum, puta à bobus, à cutibus, & alijs rebus ſimilibus, tranſire & fraudare auſus fuerit, boues extra Regnum expellendo, & cutes educendo, Telonio non ſoluto, puniendum pro tali exceſſu, & crimine peculatus, in bonis, & rebus, ad nos Citatum, iuxta arbitrium noſtrum: nec minus eos, quorum permiſsione, fauore, conſilio, præſertim Officiales & terrigenas, in finibus vndequaq; reſidentes, pro huiuſmodi fraude (vt ſupra) puniemus. quandoquidem facientes & conſentientes, pari pœna puniendi ſunt. Et hoc Statutum ſe extendere debet, non ſolùm ad futura, ſed etiam ad præterita.

Hoc idem nouũ Telonium, ſolùm ab his rebus quæ extra Regnum aguntur vel ducuntur, eſt exigendum: non autem ab his, quæ intra Regnum venduntur, vel mactantur.

Sigism. Craco. 1540. OMnes regnicolæ, & alij homines quicunque, etiam externi, boues, iumenta, & res alias, à quibus Telonium nouum ſoluendum eſt, in Regno ementes, & illa verſus limites Regni ducentes aut pellentes, teneantur ſeſe manifeſtare in cameris Teloneatorum deputatis: & in eiſdem cameris, Telonium debitum ſoluere: ſi huiuſmodi boues, aut iumenta, vel res aliæ, ad reuendendum, & extra Regnum pellendum emptæ fuerint. Ab his verò rebus, quæ ad vſum proprium, vel ad mactandum in Regno, & vendendum infra fines Regni emptæ fuerint, Teloneum ſolui non debet. Quod ſi quis cum huiuſmodi bobus, iumentis, aut rebus alijs in Regno emptis, cameras præterierit, ſe in illis non manifeſtando: res huiuſmodi amittet. & licebit Teloneatoribus eas areſtare, & recipere.

Nobiles, & Spirituales, à Telonij noui ſolutione eximuntur.

Sigiſ. Auguſt. 1550. QVandoquidem homines Militaris & Spiritualis ſtatus, eorumq; ſubditi, ex munificentia & Priuilegijs maiorum noſtrorum ea gaudeant libertate: vt nulla Telonia, nulla etiam Vectigalia aquatica, Foralia, Menſuralia,

ſuralia, aliâs *Tomierné*, ſimiliterq́; & illorum homines, ab his omnibus rebus, quæcunq; domi illorum naſcuntur, ſoluere ſint aſtricti: proindeq́; nos volentes in hoc initio Imperij noſtri, gratiam erga ſubditos noſtros ſtatus Militaris, declarare, facimus quoq; eis hanc libertatem: Quia Telonium nouum, in limitibus Regni exigi ſolitum, nobis ab hoc tempore, ipſimet ſtatus Militaris & Spiritualis, à bobus, qui in domibus illorum educarentur, vel etiam ab emptis, quicunq; frumentis illorum ſaginati fuerint, ſoluere non tenebitur. Super quibus bobus ipſimet, vel Factores illorum, qui huiuſmodi boues agent, in cameris Iuſiurandum facere tenebuntur. vt ne ſcilicet in eo circumuentio aliqua fieret. ſic videlicet, qualiter in aquatico Telonio Nobilitas ſeſe conſeruare ſolet, per Factores, ſeu ſeruitores illorum. Quod quidem etiam & de Boario tributo, aliâs *Opowolowczyznie* debet intelligi.

De non euehendis mercibus in Sileſiam, vel in Vngariam, ſine profeſſione Telonij, primum Statuti pœna tollitur: hoc verò rurſus, de non transgrediendo Telonio, in vnum annum cum pœna Conſtituitur.

GRauioribus noſtrorum hominum iniurijs, magniſq́; & alijs cauſis adacti, cunctis Regni ordinibus flagitantibus, Statutum illud, quo pœna peculatus rei decernebantur, qui vectigal Regni ex bobus debitum fraudantes, licenter ſine profeſsione boues extra Regnum propellerent, tollimus & abrogamus: Edictum autem huiuſmodi in ea re, ad Conuentum proximè futurum duraturum, fecimus: Ne quiſpiam in Vngariam, aut Sileſiam, merces vehere, neúe boues, aut iumenta agere, non ſoluto Telonio impune poſsit. Si quis contra faceret: omnia quæ exportaſſet abegiſſetq́, ex commiſſo tolli iuſsimus, nobiſq́; loco pœnæ cedere. Quòd ſi publicani, aut Teloneatores noſtri, merces aut boues huiuſmodi aſſequi non poſſent: tunc verò vt exiſtimatio fieret Decreuimus: vt quanti boues aut res hæ fuiſſent, quas contra noſtrum Edictum euehere aliquis, exportare, aut abigere auſus eſſet: tantum commiſſa pœnæ loco, Nobis, ſiue publicano ſiue Teloneatori noſtro, numerare cogeretur. ſin autem exportaſſe ſe, aut abegiſſe negaret, recenti re non conuictus, neque deprehenſus: ſi Nobilis eſt: tenebitur ſureiurando dato ſe expurgare, vnà cum alijs æquè Nobilibus. ſi Plebeius: probatio contra illum Teloneatori decernetur. Et hæc Conſtitutio ſeruari debet, vſque ad alium Conuentum proximè futurum. *Sigiſm. Petric. 1519.*

De illis, qui inter cameras & fines Regni manentes, in oppidis vltra cameras exiſtentibus, aliquid emunt.

De illis

Sigism. Cracc. 1540.

DE illis verò regnicolis, qui intra cameras & fines Regni, cum Sileſia, Vngaria, & alijs confiniis Regni agunt domicilium, & in oppidis vltra cameras exiſtentibus aliquid emunt, non tenentur cum illis ad cameras deſcendere: verùm Teloneatores diligenter cuſtodiant, in Regni finibus: ne in Vngariam, aut Sileſiam, & alias vicinas terras, expellantur vel educantur. contra facientes verò deprehenſi, boues, iumenta, & res huiuſmodi amittere debent. Si quis verò Teloneatorum alicui hominum quicquam receperit, priuſquàm cameram præterierit: res ſic receptas reſtituere, & pœnas in Conſtitutione Petricouienſi editas, idem Teloneator incurret. Hæc autem Conſtitutio, de Mercatoribus, & ad reuendendum emẽtibus intelligenda eſt: & non de his regnicolis, qui ad vſum proprium quicquam emerent. Per hanc autem Conſtitutionem noſtram, nolumus derogatum iri Edicto, de prohibito tranſitu, in Vngariam, & Sileſiam, facto. quod alia Conſtitutione noſtra mandauimus firmius obſeruari.

THESAVRARIVS ATQVE THESAVRVS.

De Officio Theſaurariorum, & Vicetheſaurariorum.

Alexander Rex Fo. Cxxiij

ANtiquis Regni Conſtitutionibus introductum eſt rationabiliter, & neceſſariò: vt Theſaurarius Regni, & Vicetheſaurarius Curię, ſemper eſſent. prout hac tempeſtate, vſq; in præſens iſtud fieri conſueuit. verùm quia nulla fuit vnquam Conſtitutione ordinatum, quod cuilibet incumbere debeat ex officio: itaque Statutum eſt: Quòd Theſaurarius Regni, quemadmodũ Coronas & Theſauros Regni, quæ ſumma ſunt omnium rerum maximarum, conſeruat: ſic fungi debeat Conſulari authoritate. Ipſe quoq; Theſaurarius, ex ſua, tanquam Priuilegiata authoritate, expeditiones, condictamina, & rationes faciet, Stipendiariorũ, Curienſium, & omnium, quibus ratione ſeruitutis, aut Reip. aut Maieſtatis Regiæ aliquid debebitur. Ipſe etiam Theſaurarius Regni ſit vnus Magiſter Monetarum, pro tempore cudendarum. qui ſatis ſuperque eſt dotatus cenſibus Zupparum. Ipſe habeat omnem monetę curã: habeat quoq; probatores, ſculptores ſuos, quos ipſe ſalariet: & ipſe ſalarietur quatuor Marcis Septimanatim. quod ſalarium ex medio Floreni in cuſsione accreſcenti percipiat: & ex eodem medio Floreno, reliquis Monetariæ officinæ operarijs, & vniuerſa alia neceſſaria, ad Monetariam pertinentia, ſoluet, comparabit. Et quicquid ex eodem medio Floreno reſultauerit, ſolutis ſalarijs & impenſis, pro cudendis monetis: id totum ad vtilitatem Regię Maieſtatis, ac Reip. tribuatur. In Curia verò Vicetheſaurarius, tanquam Theſaurorum Curiæ Secretarius, ſit vir probus, modeſtus, & diſcretus: qui per Maie-

per Maiestatem Regiam pro tempore constituetur, & tenebitur, à Curia nunquam remouendus. qui absente Regni Thesaurario, omnes pecunias redituum Regalium, & alias vndecunq; ad Maiestatem Regiam datas, in Thesaurũ recipiet : & illas, cum consilio Officialium & Consiliariorũ Curiæ dispensabit, mandãte Maiestate Regia. & omnia alia faciet, cum Curiensibus & stipendiarijs : quæ Thesaurario Regni incumbunt.

Eo tamen Thesaurario Regni præsente, Vicethesaurarius Curiæ nihil eorum attentabit, quod ad Thesaurarium Regni pertinet : sed cum scientia & consilio Thesaurarij Regni, dispensabit & faciet, quicquid debet. Sit autem iuratus, & idoneus ad rationes publicas, Terrestres, quàm priuatas Regias : sic vt omnibus rationibus, absente Regni Thesaurario, ac etiam præsente, interesset : & eorum Regestra seruaret : dispensatores institueret vtiles, & inutiles destrueret : faceretq; cum illis rationes. vt Maiestas Regia, & quilibet, eum intelligat diligenter attendisse : ne pecuniæ Maiestatis Regiæ, inaniter infideliterq;, aut prodigè dispensarentur.

Rex Thesauros colligat : vt in Remp. possit esse liberalis.

ETsi ex debito Regalis munificentiæ, ad omnium subditorum commodum & profectum, oculo considerationis intendere habeamus : propensior tamen solertia circũspectionis, ad augmentum thesaurorum, & prouentuum Regni nostri incumbit. ex quibus, Regni & subditorum nostrorum commodis, debitè valeamus prouidere. *Kazimirus iij. Folio 76.*

De publicis pecunijs dispensandis, & conseruandis.

QVoniam ea, quæ ab omnibus publicæ vtilitatis causa conferuntur, æquum est, vt expeditis pro tempore necessitatibus, quæ superfuerint ad futuras diligenter conseruentur, Statuimus : Vt quicquid contigerit in thesaurum, de publicis pecunijs inferri, sit illud quidem in potestate & arbitrio nostro, & successorum nostrorum dispensandi : prout vtilitas & necessitas Regni exposcet : adhibito consilio dominorum Consiliariorum, qui tunc nobiscum, vel cum eisdem successoribus nostris fuerint : & terræ illius dominorum, in qua prouidendi publicæ commoditati opportunitas euenerit. Quod autem, expeditis publicis necessitatibus, supererit : Decreuimus vt seruetur fideliter in thesauro. ex quo si quis aliquid sustulerit, rapueritúe : aut quouis modo, in vsus proprios conuerterit, præsertim sub Interregno : fraudis & peculatus reus iudicetur. *Sigism. Cracc. in Coronatione. 1507. Folio 5.*

THRONVS REGIVS.

Thronus Regius Iustitia firmatur.

Ioann. Albert. Petric. Fol. 91.

THronus, ſplendor, & potentia Regalis, & cuiuſlibet principantis Maieſtatis, tunc dignoſcitur inter fideles ſuos, non ſolùm tutiſsimè roborari: verùm etiam velut radijs naturaliſsimis prominentibus, eis ſplendere: dum puræ fidei, & beneuolentiæ ſubditorum meminit: dumq; acumen cunctarum lucubrationum & meditationum ſuarum, pro eorundem fidelium ſuorum quiete, tranquilitate, æquitate, & iuſtitia deſigit. Quod fit præcipuè: dum pro fide & beneuolentia, in Regiam excellentiam efferendam ſublimandamq; collata, digna remunerationis brauia ſuis ipſis tribuet fidelibus: non ſolùm in libertatibus, Iuribus, & Conſtitutionibus largiendis inſtituendiſq; nouis: verùm etiam alijs, per alios Reges & Principes, pia conſideratione inſtitutis, confouendis, & confirmandis. Neque in hoc errat ſublimis Regum & Principũ meditatio. Etenim obſeruantia fidei, ſui trahens originem ex augmento, gratiam Iurium & libertatum, rationis & naturæ ipſius legibus ſtabilior perſeuerat: cùm fauor & benignitas Principis, in ſuos oſtenſa ſubiectos, ſic commodari exhiberiq; conſpicitur: vti eorum neceſsitas, honeſtas, ac euentuum communium Ius, creditur pro tempore & in futurum expoſcere. Ipſa tandẽ Maieſtas quicquid vnquam propterea decreuerit, aut inſtituerit: id ne, labentibus ſeculis, obliuionis confundatur erroribus, conſueuit literarũ apicibus commendare, æuiternè (perinde ac viuaciter) memorandum ac duraturum.

TEMPLVM.

Qui ſint etiam ex Templis & Cœnobijs, capiendi.

Bigiſm. Tract. 1 & 4. 1.

IVS commune non permittit, defendi ab Eccleſijs, ſeu templis, nocturnos ſegetum, & fundorum, ſeu agrorum damnidatores, liberarũque viarum obſſeſſores, ſeu prædones: item fures publicè proclamatos, vel ter in Regeſtris conſcriptos, incendiarios, & Libertatis Eccleſiaſticæ violatores. Tales enim ex Templis debent capi, neque defendi.

Templa, ad vota Nobilium erigenda.

Bodzanta Folio 57.

ET vt Diuinus cultus noſtris temporibus augeatur, Promittimus: Quòd vbicunq; Nobiles continuam ſuſtentationem præsbytero aſſignare curauerint: eidem Eccleſiam in bonis ſuis fundabimus indilatè.

Eccleſiæ, & Dignitates Spiritualium ac Secularium, circa Iura ſua conſeruantur: & terrigenis Nobilibus dentur, abrogatis Expectatiuis.

Jagello in Ioh.

PRimò quidem, quòd vniuerſas ædes ſacras, ſeu Eccleſias, in omnibus

carum

carum Iuribus, immunitatibus, & libertatibus, ac metis, & distinctionibus antiquis, quibus temporibus dominorum prædecessorum nostrorũ Poloniæ Regum ac Ducum fruebantur, Volumus omnimodè conseruare. Dignitates autem Ecclesiasticas & Seculares Regni Poloniæ, æquo modo, circa Iura & cõsuetudines ac libertates ipsorum, (quę & quas temporibus Sereniſsimorum Principum dominorum, Kazimiri, Ludouici, & aliorum Regum ac Ducum, hæredum Regni Poloniæ, obtinebant) dimittimus persistere, & permanere. *an. 1411. Folio 10.*

Quas quidem Dignitates, cùm eas vacare contigerit, nulli extraneo terrigenæ, nisi Nobili, bene merito, & in fama laudabiliter conseruato, illius terrę in qua dignitas huiusmodi vel honor vacauerit, (terrę videlicet Cracouiensi, terrigenam Cracouiensem: Sandomiriẽsi, terrigenam Sandomiriensem: & in Maiori Polonia, terrigenam Poloniæ Maioris: & sic de singulis terris Regni Poloniæ) dabimus, vel quomodolibet conferemus. super quibus etiam Dignitatibus, Ecclesiasticis & Secularibus literas Expectatiuas nulli personæ dabimus in futurum. & quòd prædictas Dignitates, tam Ecclesiasticas quàm Seculares, non debemus minuere, nec etiam suffocare: & possessiones, census, aut salaria, ad eas pertinentia, absque Iuris debito examine non auferre.

Thesauri Ecclesiarum conseruentur.

THesauri Ecclesiarum vt integrè conseruentur Statuimus: vt domini Episcopi in ciuitatibus & bonis nostris, vnà cum Capitaneis seu Tenutarijs nostris: in bonis verò Nobilium collatores, inuentaria argenti seu aliarum rerum pretiosarum in Ecclesijs conscribant. *Sigismundus 1557.*

TERMINI.

Iudicia semel in mense celebrabantur, & per quos.

DE Terminis autem Particularibus simplicibus, quia vexationi & turbationi nostrorum pauperum Militum sumus compatientes, taliter duximus prouidendum: Quòd præfati Termini Particulares, non pluries, nisi semel infra mensem, in quolibet districtu, seu Iurisdictione, aliâs *Powiát*, fieri debebunt. In quibus Camerarij, Iudicum, & Subiudicum, alij duo Camerarij, videlicet Palatini & Succamerarij, eligendi per eosdem, ad alios adiungendi: sine quibus Iudex, & Subiudex, & Camerarij corũ, non habeant iudicandi facultatem. Prædicti etiam Camerarij, seu Officiales Iudicij, sic locandi, non debebunt alias causas, nisi proprias procurare: vel ad procurandum se, de Iudicio leuare. ac bonum & consultum videtur: *Wladisl. Iagel. Crac. & Varsh. 1423. Folio 65.*

detur: quòd Iudex, vel Subiudex, Particularibus Terminis personaliter (cùm possint) præsideant. sicut & in Maiori Polonia est consuetum.

Sed deinceps tantùm in anno quater fiebant.

Kazimirus in Korczyn 1495. Folio 87.

ITem Volumus, & Decernimus: Quòd Iudicia Terrestria quater in anno, iuxta priorem concessionem & admissionem, ad euitandum inanes expensas & fatigas, celebrentur.

Ioann. Albert. 1496. Fol. 96.

¶ SIMILIS. Inprimis quoniam crebriusculè contingit, Iudicia nõ teneri Terrestria: propter absentias eorum, è quorum authoritatibus generalis dependet administratio Iustitiæ. idcirco statuendum putauimus, & Statuimus: vt in singulis terris Regni nostri, Iudicia Terrestria quater in anno celebrentur.

In Russia verò, sexies Judicia celebranda.

Sigism. Petric. 1523. Fol. 42.

INsuper ordinauimus, & pro cõsuetudine obseruari Volumus: vt in terris Russiæ, sexies in anno Termini Terrestres celebrentur. nec licebit Iudicibus, & alijs eiusdem Officij Officialibus, suapte sponte, sine legitima causa, vel legali impedimento, (puta belli, aut Conuentionis generalis) Terminos differre: sed temporibus inferiùs deputatis, & assignatis (sub pœnis, contra Iudices negligentes, & sua Officia non exercentes, statutis) ipsi Termini Terrestres celebrentur. Quorum prima celebratio erit, primo die Feriali post festũ Epiphaniarum: si fuerit Iuridica: quam videlicet dies Dominicus, aut aliquod festum celebre non præpediret. Secunda celebratio, post festum Sancti Mathiæ Apostoli, in Vere, etiam Feriali Iuridica proxima. Tertia celebratio erit, prima seu proxima die Iuridica post festum Sancti Adalberti. Quarta celebratio, post festum Sancti Ioannis Baptistæ, etiam proxima Feriali die Iuridica. Quinta post festum Sancti Bartholomæi Apostoli, Feria proxima Iuridica. Sexta, prima die post festum Beatorum Simonis & Iudæ Apostolorum Iuridica, & sic quotannis obseruabitur. Sed quia in Ciuitate Præmislienſi, vbi Iudicia Terrestria celebrantur, Nundinæ, siue annuale forum, pro Festo Epiphaniarum peragitur: propter quod, Termini Terrestres Præmislieñ. quietè non possent eodem tempore Iudicari: ea propter Termini Terrestres Præmislieñ. postponentur vna septimana, post tempus celebrationis Terminorum in alijs terris: videlicet incipiendo primam celebrationem prima die post Octauas Epiphaniarum. & sic deinceps, post Terminos Leopolienses semper in vna septimana celebrabuntur.

Judicia vbique, vsq; ad Conuentum particularem sint.

Sigism. Petric. 1532. Ci.

QVoniam abusu quodam inoleuit, Iudicia Terrestria non celebrari mox, vt

mox, vt literæ de Conuentu generali ſtatuto emittuntur: (quod fit cum magna Iuſtitiæ negligentia) proinde Statuimus: vt deinceps futuris temporibus, non obſtantibus literis huiuſmodi, & Conuentus generalis publicatione, Iudicia Terreſtria vbiq; celebrentur: vſq; ad Conuentum particularem, in vnoquoq; Palatinatu inſtitutum.

Termini Terreſtres ter in anno celebrentur: quarta verò pars anni, Colloquijs deputetur, Vide in Titulo COLLOQVIA Folio 85.

Neque coram Rege, neque coram Capitaneo vllus Terminus eſt Peremptorius.

IN Maiori Polonia, ad vota illarum terrarum incolarum, ſubditorum noſtrorum, Decernimus & Statuimus: vt coram quolibet Capitaneo, non ſit Terminus Peremptorius, in primo Termino. ne maioris authoritatis eſſe putetur Capitaneus, quàm Rex: coram quo non eſt Terminus Peremptorius, in primo Termino. niſi quis ad hoc ſe ſponte ſubmittat. *Alexander de Radom 1505. Folio Cxvi.*

Vt Terreſtres, vel Caſtrenſes, ita etiam Officiorum Termini, neque reponi, neque ſuſpendi poſſunt.

REpoſitio & ſuſpenſio Terminorum Terreſtrium, & Caſtren. eſſe non debet: ita quòd Citationes, & cauſæ hominum, nullo modo, neque etiam generaliter debent ſuſpendi per Iudices ad alios Terminos. Quicunq; autem Iudices, & Capitanei, vel Vicecapitanei tales ſuſpenſiones Iudiciorum ſua ſponte fecerint, iuxta Statutum debent puniri. excepto, ſi tales Repoſitiones, ex conſenſu partium fecerit. Et propterea Vicecapitanei, & Iudices Caſtrenſes, vbiq; debent eſſe poſſeſſionati: ſub pœna amiſſionis Officiorum Capitanealium. Contra quos Capitaneos, Vicecapitanei & Iudices, ſimiliter etiam Nuncij illius terræ, inſtigare aſtringuntur. *Sigiſm. Petric. 1543.*

Forma Inſcriptionis, ſuſpenſionis, Termini per Iudicium, ad interrogandum, ſiue ad deliberandum, aut ex quacunque cauſa, partibus præfixi.

IVdicium motu proprio, ex certis reſpectibus, cauſam inter Nobiles N. Actorem, & B. Citatum, ad Terminos proximos Terreſtres differt, cum toto ipſius cauſæ effectu, partibus præfatis Terminum aſsignando talem, qualem hodie habere debuerunt, in præfatis Terminis Terreſtribus, hic in N. proximè celebrandis, nullius partis Iure læſo: imò vtrique partium integrè conſeruato. Et idem erit ad Conuentionem. *Sigiſm. Petric. 1523. Fol. 42.*

Forma ſuſpenſionis Termini, de conſenſu & voluntate partium.

Actores ſemper habent Terminos Peremptorios: & propter hoc, ſemper debent eſſe ad comparendum parati. Poterint tamen & Actores, in faciendis documentis habere dilationem: cùm Citato id ipſum ſit permiſſum.

Vnus Groſſus ſoluatur à dilatione Termini, vel Caſſatione Inſcriptionis.

Sigiſm. Crac. 1532. B 1. AB dilatione verò Termini vera infirmitare vel Caſſatione Inſcriptionis, non niſi vnum Groſſum, ratione Memorialis, & pro nota, Notarij Terreſtres & Caſtrenſes exigant: ſub pœnis, in Statutis prioribus, conta eos ſancitis.

Dilatio pro maiori.

Conſuetu. Craco. Fo. Cxxiij. ITem dum aliquis differt Terminum Pro maiori, dicens: Quia in Iure alio Pro maiori haberet Actionem: danda erit dilatio, propter maiorem actionem. attamen Termino adueniente, ipſe differens Terminũ, probabit Literis teſtimonialibus Iudicialibus: Quia Pro maiori habuit tunc Actionem. Quibus ſi caruerit: amittet cauſam, pro qua Citatus, Terminum pro maiori differebat.

Dilatio pro maiori.

Alexand. Folio 1. QVartum Terminum Iudicia conſeruant interdum Pro maiori: (qui, quo ad dilationem, ſit vltimus) qui Terminus Pro maiori poteſt differri ante veram infirmitatem, aut poſt. Quòd quidem Pro maiori, Ius commune diffinit ſic: dum in alio Iudicio terræ cuiuſcunq; Regni Poloniæ, eodem die, pro negotio maiori Terminum haberet Citatus. Tamen quandocunq; Terminus Pro maiori recipitur, ſit vltimæ dilationis. Cuius etiam natura & proprietas, iſto modo declarabitur. Citatus, Terminumq; Pro maiori reponens, eodem die debet habere coram alio Iudice Terminum, Pro maiori ſumma: quàm ſit Actio, occaſione cuius ſit dilatio maioris. & debet notari iſtud, in dilatione Pro maiori: videlicet, vbi eſt actio, cum quo ex nomine, pro quanta ſumma, coram quo Iudice. Veniente enim Termino dilationis, debet portare Literam ab illo Iudicio, vbi tunc ſe aſſerebat, Pro maiori Actionẽ habuiſſe, ſub Sigillo illius Iudicis. in qua litera contineatur Actio, cum quo, & pro quanta ſumma, tũc cauſa maioris vertebatur. Quam teſtimonij literam, ſic producet Citatus in Termino, per dilationem ſibi dato: & non ſuccũbet in dilatione, inquietus pro maiori faciendo. Sed ſi literam huiuſmodi non portauerit: aut portatam, in aliqua parte eorum, quæ debeant contineri, (vt præfertur) inſufficientem produxerit: tunc Citatus Actionem ſuam amittit, & totaliter perdit.

De recla-

De reclamatione Terminorum.

ITem Volumus: Quòd reclamatio Terminorum non debet esse deinceps, nec sit necessaria: sed Termini, & Colloquia, partibus assignatis Iudicabuntur. quia Termini & Colloquia erunt peremptoria, pro partibus constitutis celebrandi. *Kazimir. iij. Folio 87.*

¶ Qui se recipit ad munimenta nec probat, causa cadit. Vide in Titulo MVNIMENTA. Folio 297.

¶ De dilatione seu transpositione Termini in Colloquijs. Vide in Titulo COLLOQVIA. Folio 85.

¶ Terminus pro hæreditare trium septimanarum assignari debet. Vide in Titulo CITATIO. Folio 70.

¶ Terminus facionatus in vna septimana præfigi debet. Vide in Titulo ARESTATIO Folio 19.

¶ Terminus ad dislimitanda bona Regalia & Nobilium, duarum septimanarum esse debet. Vide in Titulo BONA REGALIA. Fol. 45.

¶ Terminus ad Conuentum generalem dies sexta post ingressum Regium. Vide in Titulo COMITIA. Folio 91.

TESTAMENTVM.

Testamenta, non de Immobilibus, & hæreditarijs bonis: sed solùm de bonis Mobilibus, aut Regalibus condantur.

PIetatem sanctam opprimere nolentes, sed eam summo fauore prosequi cupientes, Decernimus: Vt Testamenta condantur, iuxta veterē Constitutionem, ex more antiquitus seruato, de bonis Mobilibus: Immobilia verò bona, tam hæreditaria, quàm oppignorata (ne defensio Reipub. minuatur) Testamenti ordinationi subiecta minimè esse debent. secus de bonis Regalibus. Eadem enim, propter Reipub. commodum, nobis in parte, vel in toto, Testamento legari poterint. *Sigism. Cracc. 1510. Fol. 11.*

Testamenta contra hoc Statutum facta, irrita sunt.

TEstamenta, contra Statutum per Nos antea editum condita, deinceps non confirmabimus: & quæ confirmata sunt, Iure impugnari debebunt. *Sigism. Petric. 1519. Fol. 25.*

De Foro, ac forma Testamentorum.

TEstamentorum verò causa, vtriusq; Iuris, tam Spiritualis quàm Secularis debet esse. exceptis illis, quæ essent in Iure Seculari facta. Ea enim in eodem Iure cognosci debent. nisi fortè aliquid in eo Ecclesiæ, vel in pios vsus, & misericordiæ opera legaretur. sed nihil Iuri Terrestri *Sigism. Cracc. 1543.*

ſubiectum, contra Statutum legari debet. Hoc eſt autem Teſtamentum mixti fori: quod coram publico Notario fieret: vel qui illud propria manu ſcriberet: vel coram aliquibus teſtibus, præſertim Nobilibus, factum eſſet. hoc tamen eſſe debet liberum Nobilibus, non autem ciuitatum incolis. Et pro talibus poteſt Citare qui vult, ad forum Spirituale, vel Seculare: ad quod aliquis pertinet. hoc in eius voluntate ſtat. Sed Teſtamentum, quod aliquis coram Nobis, vel coram quocunq; alio Iudicio, aut Iure Seculari Terreſtri, Caſtreñ. Ciuili, Villano, Aduocato, & Iuratis faceret: tale omnino ad Ius Spirituale non pertinebit: neque nomine illius poteſt quis conueniri, coram Iudicio Spirituali. excepto, ſi aliquid Eccleſiæ, & quod contra Ius Terreſtre non eſſet, legaretur. hoc in eius voluntate erit, ad Spirituale ſcilicet vel Seculare Ius citare.

TESTIS.

Si teſti Excommunicatio obijciatur.

Kazim. Mag. pet. Fol. xvij.

PER experientiam didicimus: quòd ſententia Excommunicationis in producendis teſtibus, maliciosè plerunq; conſueuit opponi. ex qua oppoſitione, pullulat oppreſsio veritatis. Vnde circa hanc exceptionem ſic duximus Statuendum: Quòd cum aliquibus teſtibus producendis, fuerit obiecta exceptio Excommunicationis: producens teſtes eoſdem, abſq; ſuę cauſæ læſione, alios teſtes (ſi poteſt) nominandi & producendi plenam & liberam habeat facultatem. Si verò non poterit alios teſtes nominare, vel habere: præter eos, quibus obijcitur ſententia Excommunicationis, Volumus: quod is, ad cuius inſtantiam fuerint Excommunicati, debito modo, ſcilicet cum ſufficienti fideiuſſoria Cautione, vel Iuratoria depoſitione cum reuerentia, aut ſatisfactione requiratur, & petatur: Quòd eiſdem teſtibus Excommunicatis, ad perhibendum tantummodo teſtimonium, & ſubueniendum veritati (ne veritas opprimatur) beneficium Abſolutionis impendat. Quod ſi Excommunicator, præmiſſo modo petitus pro teſtimonio perhibendo, beneficium denegaret Abſolutionis: huiuſmodi poſtulantes, Veniam & Abſolutionem, quantum ad Deum, cenſeantur obtinere. Volumus & Decernimus: quòd extunc, abſq; vulneratione cauſæ, teſtimonia eorundem teſtium per Iudicem recipiantur: & habeant ipſorum teſtimonia firmitatem.

De Teſtibus conſanguineis, & probatione Contractuum, & Venditionum.

Kazim. Mag. Fol. 11.

CONradus à Dominico domum vendicabat: & ad ſuam intentionem probandam, Conradus ſex teſtes, iuxta Iudicis mandatum produxit. quo-

xit. quorum primus teſtis Iacobus: alter Petrus, ipſius Conradi compater, & mediator, ſeu amicabilis compoſitor, in eadem cauſa. quem ipſe Dominicus, cùm teſtes in Iudicio ſecundum conſuetudinem nominarẽtur, neglexit impugnare: nec huiuſmodi cõſanguineitatem obijcere. Demum circa teſtium Iuramentum, opponendo prædictus Dominicus teſtimonium dicti Petri, propter præfatam conſanguineitatem, conſtanter aſſeruit non valere: & ſic dicebat, ſe cauſam eandem obtenturum. Nos conſiderantes: quòd amicabiles compoſitores, ſeu mediatores, conſanguinei eſſe conſueuerunt: Declaramus in tali caſu, teſtimonium prædicti Petri pro Conrado valiturum.

Notarij Terreſtres, ſiue Caſtrenſes, pro teſtium depoſitionibus tres Groſſos accipiant.

STatuimus: Quòd Scriptores Iudiciorum, de teſtibus producendis, ſi ſcribere & obſignare eorum dicta oportebit, recipiant tres Groſſos. *Kazim. Mag. 1361. Fol. 17.*

Officiales verò, à producente teſtes, quatuor Scotos accipiant.

ITem Volumus: Quòd Officiales, de vno producente teſtes, habeant quatuor Scotos. *Ibidem.*

Forma Iuramenti Teſtium ne mutetur.

ITem ſi Officialis, aliâs *Woźny*, aliter formam Iuramenti teſtibus dixerit, quàm eſt mandatum: & de hoc conuictus Iudicio fuerit: perpetuò de Officio deponatur. *Ibidem.*

Si teſti ignobilitas obijciatur.

SI verò Citatus ſiue victus, aliquem teſtium inductorum in Termino Campeſtri, ſuper Nobilitate inculpauerit, volens per hoc Limitationem ipſam Actori impugnare, vel præpedire: extunc pro tali inculpato, dabunt teſtimoniũ alij teſtes, illi videlicet quinque, ſimplici verbo: Quòd eſt poſſeſſionatus: habet videlicet bona Terreſtria: & habetur pro Nobili, inter vicinos: & ſeruitia bellica cum Nobilitate peragit. & tale teſtimonium ſufficiet ſibi protunc: quòd videlicet debet admitti ad Iuramẽtum, cum Actore præſtandum. Tamen Succamerarius reſeruabit ſibi cum inculpatore Iuridicam actionem, in foro competenti proſequendã. *Sigiſm. Petrik. 1523. Fol. 40.*

TRIBVNATVS.

Noui Tribunatus abrogantur: veteres autem benè meritis Militibus ſunt conferendi.

DEcernimus: Vt noui Tribunatus, quicunq; ſunt à nobis vbilibet inſtituti, *Sigiſm. Petrik. 1518. Fol.*

ſtituti, non diutiùs quàm ad mortem modernorum poſſeſſorum durent, quibus ex hac vita ſublatis, Tribunatus quoque ipſi extincti cenſeantur. Nouos deinceps nullos conſtituemus: & antiquos bene meritis, aut emeritis Militibus conferemus.

De Tribunatibus, ferè Similis.

Sigiſ. Auguſt. 1550.

QVia etiam Bellico ſeruitio Tribunatibus non parùm decedit: omnes hos Tribunatus, poſt annum 1538 inſtitutos, abroganius. antiquis autem, iuxta hoc ipſum Statutum ſuprà poſitum, diſpenſabimus. quin etiam & eos, qui Caſtris carent, caſſamus: tantùm autem eos, qui Caſtra habent, in robore relinquimus.

TORVNENSES.

Torunenſes nauigationem Gedanum ne impediant.

Rex Alberius Fol. 81.

QVòdq; Torunenſes non impediant, neq; areſtent, aut retineant nauigantes: illis violentiàs vllas facere non preſumant. à quibus eos tueri pollicemur: ſic vt Gedanum quiſq; liberè atque ſecurè fluitet, per Toruneñ. minimè prohibitus aut prohibendus.

TVTOR.

Tutor vt nihil perpetuum, de hæreditate puerorum diſponet: ſic neque illam limitabit.

Kazimi. Diſſ. ann. Folio 83.

CVm pater deceſſerit pueris relictis, ipſis ad annos legitimos nondum educatis: Tutor ipſorum, non poteſt hæreditatem ipſorum vendere, nec gades limitare, nec ipſam hæreditatem aliquo modo perdere. quia ſi ſecùs fecerit: pueri ad annos diſcretionis peruenientes, hæreditatem ſuam à poſſeſſore viceuerſa habere, & lucrari poſsint: nec ipſis aliqua Præſcriptio allegari poſsit.

Licèt Tutores debent reſignare bona pueris, poſtquàm nacti fuerint annos 15: tamen pueri, ante annum 24. non poſſunt illa bona alienare, abſque conſenſu amicorum.

Conſuet. terræ Craco. 1505. Folio 120.

ITem quemadmodum ex Statuto communi, Tutores tenentur reſignare bona puerorum, dum habebunt annos 15. pueri verò bona ſua accipiendo, vti debent eis: ſic nihilominus Iure ſit prouiſum: (prout fieri conſueuit) quòd ipſi pueri bona vendere, obligareq; non debeant, ſine conſenſu amicorum, conſanguineorũ: donec habebunt annos 24. tranſactos.

Tutor, de Cenſibus, ac iumentis indomitis tantùm rationem reddet.

Multo

MVltotiens contingit: quòd pueris in orphanitate cõstitutis, aliqui, quasi eisdem compatientes, ipsos nomine Tutorio in curam recipiunt, & Tutelam. Tandem ipsis ad ætatem legitimam venientibus, à Tutore solent exigere rationem: de bonis & rebus, Mobilibus & Immobilibus, quibuscunque. Vnde de consilio Baronum nostrorum Statuimus: Quòd Tutor, peractis temporibus, de nullo rationem facere tenetur: nisi de Censibus, & iumentis indomitis. *Kazim. Mag. 1468. Fol. 33.*

¶ Tutores de bonis Minorennium, secundum quantitatem bonorum eorundem, militatum expediant. Vide in Tit. BELLVM. Folio 24.

¶ Tutor pro capite agere potest. Vide in Tit. HOMICIDIA. Fol. 193.

¶ Si Tutores, virgines maritare negligant. Vide in Tit. VIRGO.

Pater, liberis ac Vxori Tutores dare potest.

STatuimus: Quòd pater viuens, possit & valeat pueris suis & vxori, (si ipsa affectauerit) constituere certos Tutores: quos voluerit: de quibusq; maior sibi fides, & confidentia apparuerit. qui tueri & curare eosdē poterint, vsque ad annos superiùs allegatos: nec eosdem Tutores, post mortem constituentis, proximiores à Tutela poterint remouere. *Wladisl. Iagel. Folio 42.*

VADIVM.

In articulis Castrensibus, ex Termino concitato astito, rectè Vadia interponuntur.

PRogressus debebit obseruari in Iudicio Castrensi, secundum materiam subiectam, in articulis duntaxat Castrensibus. vbi statim ex Termino concitato astito, addatur Ministerialis ad intromittendum, cum triplicatis Vadijs. *Sigism. Petric. 1543. Folio 36.*

¶ Reliqua de interpositione Vadiorũ, vt pote de Vadio literali, vigore Intromissionis Perlucrorum: item de Vadio triplicato: & de Vadio vltimo. Vide in Titulo PROCESSVS IVRIS. Fol. 354.

VAGI.

Vagi raptores infames sint.

SVnt nonnulli: qui per indiscretionem, victum longi temporis breui hora consumunt: tandemq; assumunt sibi, extra propria occasionem vagandi: & taliter vagantes, aliena rapere non formidant. Vt igitur tales, à qualibet occasione vagandi, & rapiendi, saltem formidine pœnæ retrahantur, Statuimus: Quòd taliter vagantes, & rapinas committentes, quibuslibet bonis ipsorum, quæ habent, ipso facto sunt priuandi. Et si contigerit, *Kazim. Mag. Vistic. 15 61. Folio 22.*

gerit, huiusmodi fugitiuos nostræ gratiæ reconciliari: Volumus nihilominus: quòd inter suos pares, vt infames habeantur.

¶ De Mendicis Vagis, vide in Titulo, MENDICVS. Folio 277.

Laici dictim, horatim, aut septimanatim seruientes, vel sine literis testimonialibus aduenientes, non foueantur in ciuitatibus: sub pœna 14. Marcarum. Nam Inquilini, pro suis seruitijs septimanalibus sufficient.

Albert. Petric. 1486. Folio 99.

ITem quoniam propter laicos, propria domicilia non habentes, qui septimanatim seruire, & salaria septimanalia habere consueuerunt, fit defectus seruitorum, in villis, & prædijs bonorum, tam Maiestatis Regiæ, Spiritualium, & Secularium personarum: quiq; in ciuitatibus & oppidis fouentur inconsideratè, non aduertendo quibus officijs victum quærant: qui exinde certis temporibus prædatum, certis verò temporibus seruitium exeunt, in villis messis tempore salaria exigentes grauia: Statuimus: Vt sub pœnis quatuordecim Marcarum, totiẽs quotiens secus factum esset soluendis, Ciues & Oppidani nostri, & quorumlibet subditorum nostrorum, cuiuscunque status & conditionis existentium, non foueant in Ciuitatibus & Oppidis homines tales: qui ad annum integrum seruitiũ non haberent: aut Officium aliquod non gererent, de quo victum colligerent. & similiter illos, qui absq; literis testimonialibus, à dominis locorum recipiendis, illuc se conferant. Et licet Officia quædam sint inter illos: quæ ipsi Ciues, pro eorum victu, habere gerereq́ue consueuerunt, per labores, & suffragia septimanalium seruitorum: pro illis septimanalibus seruitijs, Inquilini domorum assumantur. per quos suppleatur defectus apud illos: qui non diutiùs, quàm pro certis diebus seruitores conueniunt.

Pœna contra Rusticos vagos.

Sigis. Petric. 1519. Folio xxiij.

RVstici vagi, qui ad diem tertium, post suum in ciuitates vel oppida ingressum, seruitio siue artificio se non applicuerint, Volumus, & Statuimus: vt per Officium Ciuile capiantur, & detineantur: vinctiq; compede, ad faciendos aggeres & fossas Ciuitatum vel arcium adhibeantur. ne & furta, vel latrocinia ex eis multiplicentur: & Nobilitas, seruorum & laboratorum penuria prematur. id quod & alijs omnibus in bonis suis facere licebit.

Kmethones verò, Hortulani, & eorum filij, à dominis suis profugi per Capitaneos vel per Ciuile Officium capiantur: Dominus verò eosdem repetens duodecim grossos soluat.

Consulentes

CONsulentes commoditati rei communis domesticæ Regni nostri, (quæ plerunq; fugitiuorum colonorum, seu Kmethonum, vel filiorum eorum malitia ita defraudatur: vt multi subditorum nostrorum, ex defectu laborantium & seruitorum, in laboribus necessarijs negligãtur:) Statuimus, & Decernimus: vt quicunque colonus seu Kmeto, Hortulanus, seu quiuis alius subditus, vel filij eorum, inuito vel inscio domino suo, in alienas prouincias fugiens se transferat: per Capitaneos, & eorum Vices gerentes, deniq; per Officiales ciuitatum, & oppidorum, ad quæ deuenerint, capiantur: & capti, operis seruilibus adhibeantur tam diu: donec dominus detenti vel detentorum, illos inuentos repetierit. Repetente enim domino subditum, & docente illum esse suum, Capitanei, & eorum Vicesgerentes, vel ciuitatum & oppidorum Officiales, illum extradere debent irrecusè: receptis priùs ab eo, qui subditum suum repetit, duodecim Grosis. quos illi pro opera & diligentia, in detinendo subdito adhibita, soluendos fore Decernimus. *Sigism. Cracc. 1532. A3.*

De furtis prohibendis, & vagis coërcendis.

ITem ad continenda furta, & vagos homines coërcendos, Capitanei locorum diligenter curabunt: homines otiosos & vagabundos, nullisque seruitijs aut artificijs addictos, in suis Capitaneatibus perquirere, & cohibere. Nobiles verò, in bonis suis tales coërceri per Capitaneos, permittant. alioqui, Citati illos coram Capitaneis statuere teneantur. *Sigis. Petric. 1523. Folio 29.*

De laicis et mulieribus, messis tempore de Regno exire prohibitis.

QVoniam quàm plures laici, & mulieres, de terris Mazouiæ, & alijs terris Regni Poloniæ, Silesiam, & Prussiam, messis tempore se transferre consueuerunt: quo fit, vt in terris Poloniæ, laboratores & seruitores haberi non possint faciliter: itaque Statuimus: Vt omnes tales, de terris Poloniæ, & Mazouiæ, extra Regnum laboratum euntes, per Capitaneos, Tenutarios, atq; Nobiles, & locorum dominos, Officialesq; impune retineantur: retentiq;, laboribus Regnicolarum applicentur. *Ioan. Albertus Petric. 1496. Folio 109.*

De eisdem Rusticis, extra Regnum laboratum non mittendis.

ITem ne Rustici extra Regnum exire possent, pro iuuandis aliarũ prouinciarum laboribus: per Capitaneos vbiq; prohibeantur: & alijs quibuscunq;, erit licitum eos impune retinere, & ad vsus suos, etiã sine mercede, ad vnum mensem redigere: ita tamen, quòd mense exacto ad propria reuertantur. *Prælati Petri. 1505. Fol 112.*

De fugitiuis ad Silesiam, à Capitaneis arcendis.

Volumus:

Sigismundus 1538. C 1. VOlumus: Vt Capitanei arcium finitimarum, Rusticos omnes, ex Polonia in Silesiam vel Vngariam fugientes, aut se conferentes, transire non permittant: sed eos contineant & arceant: secundum Statuta Regni nostri.

VENDITOR SEV VENDITIO.

In venditione bonorum, consanguinei testantur.

Kazim. Mag. 1508. Fol. 18. COnradus à Dominico domum vendicabat: & ad suam intentionem probandã, Conradus sex testes, iuxta Iudicis mandatũ, produxit. quorum primus testis Iacobus: alter Petrus, ipsius Conradi compater, & mediator, seu amicabilis compositor, in eadem causa: quem ipse Dominicus, cùm testes in Iudicio secundum consuetudinem nominarentur, neglexit impugnare: nec huiusmodi Consanguineitatem obijcere. Demũ circa testium Iuramentum, opponendo prædictus Dominicus testimonium dicti Petri, propter præfatam Consanguineitatem, constanter asseruit non valere: & sic dicebat, se causam eandem obtenturum. Nos cõsiderantes: quòd amicabiles compositores, seu mediatores, Consanguinei esse consueuerunt, Declaramus: in tali casu, testimonium prædicti Petri pro Conrado valiturum.

Venditor ostendat hæreditatis limites: et intra tres annos, & tres menses, emptorem tueatur.

Iagel. Cracen. 1423. Fol. 44. EX consuetudine, & Iure antiquo seruabatur: quòd vendens hæreditatem, emptorem per tres annos, & tres menses, ab impetitione quacunq;, ad interueniendum & liberandum eundem sit astrictus. sed quia multoties contingit: quòd vicini illius venditæ hæreditatis, quorum limites etiam ipsam contingunt, infra præfatos tres annos, & tres menses, emptorẽ vexare postponunt: donec Venditor & intercessor, Præscriptione emptionis euadat: (qua elapsa primò, emptorem pro limitibus inquietare, non formidant: licet venditioni præsentes extiterint) eapropter Volumus & Statuimus: Quòd cùm aliqua hæreditas emptori per venditorem ostenditur, vicini illius hæreditatis per emptorem, cum Ministeriali euocentur: quòd illi ostensioni intersint. qui si venire noluerint, sic per Ministerialem vocati: & infra tres annos, & tres menses, possessori quæstionem pro limitibus non moueant: tunc possessor ad probationem suę emptionis, cum testibus admittatur: Præscriptioneq; tanti temporis iuuabitur.

¶ Qui vendit aliquid, vxorem habens, eandem statuat cum duobus amicis, de linea paterna proximioribus, vt venditioni consentiant, Vide in Titulo VXOR.

Vidua

VIDVA.

Vidua dotata quid tollat: & si alteri marito nubit.

STatuimus: Quòd marito mortuo, vxor circa Donationem, & Dotem, & quælibet Parafernalia, in pecunijs, gemmis, lapidibus, & veſtibus ſuper extantibus, & remanentibus, debeat remanere. Ipſa autem mortua, ad liberos (ſi ipſos habuerit) prædicta omnia bona deuoluantur. Quæ mulier, habendo pueros, ſi alium virum receperit, vel recipere voluerit, Decernimus: quòd tantummodo ad eoſdem pueros, omnia bona paternalia integraliter, cum alia parte, ipſos in diuiſione concernente, quorumlibet bonorum maternalium, in quibuſcunque rebus conſiſtant, abſque aliqua contradictione deuoluantur: & cum alia reſidua ſuorum bonorum parte, maritum accipiat, iuxta ſuam voluntatem. *Kazim. Mar. Viſlicia 1346. Folio 29.*

Vidua dote, & Dotalitio tantùm potiatur.

AD abolendam damnoſam conſuetudinem: quæ hactenus inter ſubditos noſtros, ſolùm ex communi vſu ſeruabatur: quòd vxor, marito mortuo, in ſede viduali (contra quandam anteceſſoris noſtri Conſtitutionem: quæ incipit, Statuimus &c.) remanens, omnia bona poſſidebat: propter quod nonnulla bona pueris, vel proximioribus, per inaduertentiam, & malam ipſorum procurationem, annihilabantur, & deſolabantur: vnde talibus obuiare volentes, Statuimus de cætero: Quòd vxor, marito mortuo, tantùm Dotem, & Dotalitium habeat. alia verò bona, in quibus Dotem & Dotalitium non habuerit, pueris, vel proximioribus tenebitur reſignare. *Iagel. 1423. Fol. 42.*

Vidua, quæ bona Mobilia tollit.

LIcèt etiam antiquitus per antecedeceſſores noſtros, in quodam Capitulo Statutum ſit: quòd marito mortuo, vxor Donationem, & Dotem, & quælibet Parafernalia (videlicet in gemmis, argento, veſtibus, & pecunijs) habeat, & teneat: tamen quia non modica damna, per hoc pueris euenire ſolebant: quapropter de conſilio & conſenſu Prælatorum, & Baronum noſtrorum omnimodè Statuimus: Quòd vxor, marito mortuo, ſolùm circa Parafernalia domeſtica remaneat: theſauro videlicet, pecunijs, & argento, equis magnis, cum omnibus armis, equireis exceptis: quæ omnia ad pueros deuoluantur. Declarantes inſuper: quòd talis mulier, circa omnia pecora, & quæuis alia, quæ in Dote ſua & Dotalitio fuerint, vnà cum equis vectigalibus, quibus tempore mariti ſui vehebatur, remaneat. demptis veſtibus, & equis paruis, in valore trium Marcarum, mariti defuncti: quæ in æqualem ſortem, ſeu portionem, dominæ cum pueris cedere debebunt, & diuidi cum effectu. *Wladiſl. Iagel. Folio 42.*

De crinili nuptarum virginum, maritis mortuis.

Consuetu. terræ Cracou. Fo. 121.

ITem dum aliquis copulat sibi matrimonialiter virginem, seu puellam, & priuatur vita, non reformando eidem vxori: extunc talis vxor accipiet pro Crinili Marcas 30. aut possessionem, vbi trium Marcarum esset prouentus: habebit tamdiu, donec sibi persoluetur Crinile, tenendam. quæ non tenetur equitare de bonis, vbi eam maritus morte reliquit, aliâs *Odumárt*: vsq; quo dabũtur ei, aut triginta Marcæ, pro Crinili: aut trium Marcarum prouentum, aliàs censum, sibi constituent mariti successores.

¶ Vidua sexennio præscribit. Vide in Titulo PRAESCRIPTIO. Fol. 333.

V I AE.

Mercator per veteres vias transeat.

Kazim Petric. 1442. Fo. 91.

ITem Prohibemus omnibus mercatoribus: Ne cum rebus, & mercimonijs suis, audeant per nouas vias & loca transire: sed iuxta Constitutionem diuæ memoriæ, Domini Kazimiri secundi, nostri prædecessoris, antiquas stratas obseruent. alias, omnes decreto huic contrauenientes, Permittimus & Decernimus à Capitaneo nostro capi: & bona eorum omnia & singula, nostro infiscari thesauro.

Capitanei securitatem viarum defendant.

Sigism. Craco. 1507. Fol. 6.

DEcernimus: Vt in illis terris, in quibus Iudices ab eorum Capitaneis constituti Officia exercent, ipsos terrigenas & subditos nostros, itinerumq; ac itinerantium securitatem, iuxta Iuris formam, à violentijs iniuriantium defendant. ad solutionem verò pœnarum, quæ ex iudicato debentur, eosdem compellant.

Latitudo publicarum viarum, quomodo est constituenda.

Sigism. Craco. 1518.

DE via quoq; sæpè fuit disceptatum: dum alij seminantes, alij ædificantes, partem illius occupare dicerentur: non sine graui euntium, atq; agentium iniuria. Vt itaq; hæc quoque, de via publica occasio disceptandi tolleretur: recipimus nos, datis ad præfectos arcium & ciuitatum literis, mandaturos illis: vt singuli eorum, adiunctis sibi duobus ex Equestri ordine viris industrijs, & eorum peritis, latitudinem viæ vbiq; constituant, & determinent: secundum dispositionem Statuti, de hoc editi.

Ne viæ publicæ, & Telonia declinentur.

Sigis. 1507. versu 7.

IPsi etiam Capitanei prohibituri sunt negotiatoribus: quòd non nisi vijs consuetis, & publicis stratis, Telonia & publica loca non declinando, vadant: sub rerum, quas per obliquas vias vexerint, priuatione.

Non per

Non per Marchiam, ſed per Glogouiam, cum mercibus catur : ſale Ducis Stolpenſis excepto.

CONſtituimus etiam in eodem Conuentu, occludendum eſſe tranſitum, tam vniuerſis Regni ſubditis, quàm etiam extraneis mercatoribus, per Marchiam : omneſq; negotiatores, ſub omnium ipſorum bonorum amiſsione, in & extra Germaniam, cum quibuſcunq; mercibus, & bobus, via præfata ire non debent : ſed ea via, per Glogouiam, & alia loca, qua antiquitus ire ſolitum eſt. Sed quoniam in terras Domini Ducis Stolpenſis, per nouam Marchiam ire hinc inde ſolitum fuit : Nos autem nolentes, nec noſtris nec ipſius Domini Ducis Stolpenſis ſubditis, & alijs mercatoribus, negotiationem & traſitum hinc inde prohibere : volentesq;, quantum poſsibile fuerit, hoc prohibere : vt nemo, tam in Regnum noſtrum veniens, quàm etiam ex eo tranſiens, aliqua loca Domini Marchionis attingeret : & hic ſcire non valentes, debitam locorum poſitionem, per quæ tranſitus vtrinq; commodius poſſet conſtitui : committimus Magnifico & Famatis, Lucæ de Gorká, Caſtellano Poſnanienſi, & Capitaneo Maioris Poloniæ generali, cum Conſulibus Poſnanienſibus conſtituere : & publicare traſitum, & loca : per quę tam ex Regno noſtro, per terras & dominia ipſius Domini Ducis Stolpenſis, quàm etiam ex eius terris & dominijs, cum mercibus, (ſale tamen excepto) & pro alijs rebus, pro quibus ex vſu vel neceſsitate eos in Regnum noſtrum venire contigerit, eadem via, & non alijs obliquis, tranſitus pateat. ſub mercium, & equorum, ſecus facientes priuatione. Qui viam ipſam euitantes, vbiq; locorum prohiberi, & areſtari poterint. Quam huiuſmodi Conſtitutionem, præfato Domino Duci Stolpeñ, ipſe Magnificus Lucas de Gorká literis ſuis declarare debebit. vt ſubditis ſuis hæc publicari faciat : præcipiatque, pro bona vicinitate, vt ſe in ea re hoc modo gererent : & cùm dominia ſua attigerint, vt ſimiliter eis per ipſa, viam conſtituat, & deſignet : qua poſſent tranſire. *Sigiſ. Bydgoſt. 15 a n. Fo. 27.*

In Sileſiam cum mercibus progredi, vel traſitum permittere, capitale eſt.

ET quia non verentur plurimi, prohibitionem viæ in Sileſiam multiplicibus modis tranſgredi, in contemptum decretorum & mandatorum noſtrorum, & in peſsimum inobedientiæ exemplum : volentes tam cuſtodes, quàm etiam negotiatores, hanc ipſam prohibitionem noſtram tranſgredientes, coërcere : Statuimus cum vniuerſis Conſiliarijs, & terrarum Nuncijs : Quòd quicunq; deinceps compertus fuerit, eandem prohibitionem noſtram, tranſeundi cum mercibus, aut frumentis qualibuſcunque, in *Sigiſm. Cracc. 1527. Ma.*

cunque, in Sileſiam, vltra fines Regni noſtri tranſgreſſus eſſe: & capite, & bonis omnibus puniri debebit. Qui verò non fuerit in tranſgrediendo deprehenſus: ſed vel furtim, vel conniuentia Capitaneorũ tranſgreſſus, & de hinc domum reuerſus: ſi teſtibus idoneis conuictus fuerit, eam tranſgreſsionem cõmiſiſſe: pœna capitis punietur. Si autem quiſpiam Capitaneorum permiſerit aliquem, contra ipſam prohibitionem noſtrã, in Sileſiam tranſire: & Capitaneatus ſuo Officio priuari, & alia, quæ nobis condigna videbitur, adnimaduerſione puniri debebit. Si verò fuerit Capitaneus, qui bona noſtra habuerit oppignorata: perdere debebit, abſq; vlla ſpe veniæ, ſummas omnes pecuniarum: quas in ipſis bonis noſtris habuerit inſcriptas. eademq; bona ad nos, ipſo facto deuolui debebunt. Quòd ſi Burgrabius, Vicecapitaneus, aut Notarius Capitanei, modo ſupradicto exceſſerit: & idoneo teſtimonio cõuictus fuerit: quòd aliquem contra prohibitionem noſtram, tranſire in Sileſiam permiſiſſet, quouis colore, & prætextu: illum eius dominus, vel euincere, vel ad pœnam capitis & bonorum, nobis extradere debebit. Atque huic Conſtitutioni, & decreto noſtro, vniuerſi homines, tam noſtri, quàm ſubditorum noſtrorum, Spiritualium & Secularium, ſubiacebunt: nec quiſquam exemptus eſſe debebit.

Regni incolis via in Vngariam & Sileſiam prohibetur, non externis.

Reg. Ferd. Petric. 1538. C 1.

AD euitandas magnas inſecuritates, iniurias, & deprædationes, (quas ſubditi noſtri ab incolis Regni Vngariæ, & Ducatus Sileſiæ, annis ſuperioribus incurrerunt: & adhuc ſuſtinere coguntur) de conſenſu omniũ ordinum, in hoc Conuentu congregatorum, Interdicimus, & ſeuerè prohibemus: Vt nemo ſubditorum noſtrorũ, ad Vngariã, & Sileſiam, cum mercibus, aut pro mercibus, & rebus quibuſcunq; ire & proficiſci, aut inde in Regnum noſtrũ merces quaſcunq; inuehere audeat: ſub amiſſione rerum, & merciũ earundem. Relaxatio autem eiuſdẽ occluſionis, à nobis fieri nõ poteſt: niſi in Conuentu Regni generali. Verùm permittimus: vt Nobilitas, & Mercatores, boues quos hac hyeme aluerunt, extra Regnum, ita vt priùs, vſque ad feſtum ſanctæ Trinitatis proximum, depellere poſsint & valeant. Liberum tamen erit Vngariæ, & Sileſiæ incolis, cum rebus, & mercibus quibuſcunq;, interea ad Regnum noſtrum venire: & ex Regno, cum alijs quibuſcunq; rebus, ſine quouis impedimento, ad ſua redire, non obſtante huiuſmodi occluſione: quæ duntaxat ad ſubditos noſtros pertinere debet. Hæc autem prohibitio relaxari non debet per nos: (vt ſuprà diximus) niſi in generali Conuentu Regni, cum conſilio Ordinum, tum in Conuentu exiſtentium: neq; vlli ſubdito no-

dito noſtro, libertatis literas, contra prohibitionem huiuſmodi, ad Vngariam, & Sileſiam, vel inde cum rebus & mercibus commeandi & tranſeundi, concedemus. quas etiam conceſſas effectu carere, & res quaſcunque ab huiuſmodi impetratoribus libertatis ductas, fiſco noſtro fore applicandas, Volumus & Decernimus.

In Sileſiam, & Vngariam, ingreſſus prohibetur: quouſq; de iniurijs vtrinque cognoſcatur.

CVM de occluſione viæ in Sileſiam diſceptaretur: tametſi ſubditorũ noſtrorum poſtulationes, apud nos factæ, erant variæ: nihilominus ex communi Conſiliariorum noſtrorum, & Nunciorum Terreſtrium conſilio, in eo ſtatu reliquimus negotium. Vt hæc occluſio, & inhibitio viarum, tamdiu duraret: quoad iniuriæ, & damna, pro quibus cum ſubditis Regis Romanorum ſubditi noſtri vtrinque experiri debent, tam in Sileſia, quàm in Vngaria ſarcirentur: & per Commiſſarios vtriuſque Regni, iuſtè finirentur, & compenſarentur. Et tamen hoc quoq; Conſtituimus: (vt meliùs hæc inhibitio viarum prouideretur) vt videlicet Capitanei, in confinio exiſtentes, ſub amiſsione Officiorum ſuorum, diligenter hoc cuſtodiant: vt præter hanc inhibitionem ſubditis noſtris nihil facere, neq; illuc equitare permittant. hoc inſuper adijciẽdo: vt vectores noſtri Theutonicorum merces, neq; ex Polonia, neq; in Poloniam ducant: ſed vt ipſi mercatores Theuthonici, ſuas res & mercimonia, tam in Poloniam, quàm ex Polonia ducant, & vehant. Et quicunq; Capitanei hanc inhibitionem diligenter obſeruabunt: tales mercimoniorum, in pœnam commiſsi cadentium, à tranſgreſſore Conſtitutionis accipiendarum, medietatem habebunt: alteram verò pro nobis tollemus. *Sigiſm. Cract. 1541.*

VIOLENTIA.

Violenti, etiam per quemlibet famulum citantur: ſed alias, per Miniſterialem.

POſsibilitas hoc dictat rationis: quòd Iudices, in exercendis ſuis Iudicijs, habeant ſuos certos Miniſteriales ſeu Officiales. Quapropter Statuimus: Quòd penitus nullus Iudex, per aliquam aliam perſonam, quã per certum ſuum Officialem ſeu Miniſterialem, faciat & expediat ſuas Citationes: Milites autem ſuperiores, per literas. excepto hoc: ſi aliquod crimen in Iudicio, vel in curia Iudicij, recenter & de nouo committatur: tunc pro huiuſmodi crimine, per quemlibet familiarem, contra tales liceat fieri Citationes. *Kazimi. Vilnæ an. 1468. Feria 13.*

De aliqua re, violenter recepta.

Kazim. Mag. Folio 28. ITem si quis violenter mantellum suum, vel aliam rem propriam quamcunque, alicui authoritate propria receperit: Iure repetendo, cum pœna sex Marcarum, eandem restituere teneatur.

De homine paupere, diuitem pro violentia citante.

Kazim. Mag. Vislic. Fol. 28 ITem cùm pauper diuitem pro violentia Citat, diues per testes debet & poterit se expurgare. aliàs, iuxta violentiæ qualitatem debita pœna est multandus.

Nobilis circa violentiam in ciuitate captus, absq; Capitaneo iudicari non debet: & pœna 60 Marcarum à ciuibus iniustè capto debetur.

Sigism. Cracc. 1527. A 5. QVod ad violentias, quæ in ciuitatibus & oppidis Regni nostri committuntur, attinet: si quispiam Nobilis violentiam ipsam perpetrauerit: & in ciuitate, seu oppido, ciuem vel hominem aliquem verberauerit: aut iniuriam aliquam per violentiam cuipiam intulerit: detineri quidem, seu comprehēdi ab Officio ciuitatis poterit: sed iudicari, & ad pœnam condemnari, non nisi sub præsentia Officij Castrensis debebit.

De eadem captiuatione Nobilium in ciuitatibus ob admissa crimina.

Sigism. Petric. 1538. A 4. STatuimus: Vt Nobiles, secundum Statutum Torunij editum, pro admissis criminibus, in ciuitatibus & oppidis captiuentur: & qui Officio Capitaneali digni pœna videbuntur, in ciuium potestate relinquantur. qui verò iudicabuntur ab Officio Capitaneali, vtcunq; ciuibus dissentientibus, pœnam non promeruisse: in custodiam Officij Castrensis tradi debent: vsq; ad cognitionem nostram, super eiusmodi detentorum excessibus faciendam. Quòd si nos decreuerimus aliquem iniustè detentum esse: eumq; per sententiam nostram liberum fecerimus: Ciues pro huiusmodi iniusta detentione, pœnam detento 60 Marcarum pecuniæ soluere tenebuntur, sintq; astricti.

Statuti autem formula, Thoruniæ per nos anno M. D. xx. editi, in hæc verba sequitur.

Ibidem. QVia Nobilium & Ciuitatum Regni nostri damnosa fuit exorta differentia, super his Nobilibùs: qui in recenti crimine, pro violentia, in ciuitatibus & oppidis, capiebantur: proinde nos tam graui negotio ad præsens, propter Prussiæ bellicam occupationem, pro perpetua ordinatione intendere non valentes: nihilominus prouidentes tranquillitati subditorum

ſubditorum noſtrorum, de vnanimi conſilio Conſiliariorum noſtrorum omnium, & Nunciorum Terreſtrium Regni, Statuimus & ordinamus: Quòd dum aliquis Nobilis, in ciuitate noſtra, vel oppido noſtro, aut aliquorum Spiritualium & Secularium ſubditorum Regni noſtri, prò crimine violentiæ, per Officium Ciuile captus fuerit: extunc talis Nobilis, pro violentia captus, detineri debet in Prætorio ciuitatis vel oppidi, vbi capietur. quo facto, Officium ciuitatis vel oppidi illius, vbi talis violator captus fuerit, nullum penitus Iudicium faciet: neq; aliquam pœnam exiget, de eodem Nobili: niſi priùs ad eorum requiſitionem Capitaneus, vel Vicecapitaneus Caſtrenſis, illius Iuriſdictionis noſtræ Regalis, ſub quo ciuitas talis vel oppidum ſitum fuerit, præſens interfuerit eidem ciuili Iudicio: quod miniſtrari & fieri debet, pro violentia contra dictum Nobilem. Et vbi Capitaneus, vel Vicecapitaneus noſter, ad vnam ſententiam, cum Officio illius ciuitatis vel oppidi, vbi talis Nobilis detentus fuerit, concordati fuerint: extunc præfatus Nobilis, iuxta huiuſmodi ſententiam Capitanei noſtri, aut eius Vicecapitanei, ex Officij Ciuilis, condemnari & puniri debet. Si verò talis Capitaneus noſter, vel eius Vicecapitaneus, non poterit ſe concordare ſuper ſententiam, cum Officio Ciuili, contra talem Nobilem: extunc ipſe captiuus, interea temporis in decenti captiuitate ciuili detineri debet tamdiu: donec à Maieſtate noſtra Regia informationem Capitaneus noſter, & illa ciuitas, vel oppidum habuerit: Quomodo talis Nobilis captiuus ſentẽtiari, & puniri deberet: Præſcriptione tanta temporis non obſtante: qua ſe prædictus captiuus tueri non valebit. Si verò in aliqua ciuitate, vel oppido, Officium Ciuile contra præmiſſa aliquid attentauerit: extunc per Capitaneum noſtrum Caſtrenſem, ſub cuius Iudiſdictione & diſtrictu, talis ciuitas vel oppidum conſiſtit, Proconſul pro tempore exiſtens, cum vno Conſule capi, & decollari, & capite priuari debent.

De eodem.

IN Statuto Thorunenſi, Anno 1538 condito, eſt ſufficienter deſcriptũ: quomodo ſe debent conſeruare ciues, circa captiuationem Nobilium. quod in omnibus teneri debet. *Sigiſ. Auguſt. Petric 1550.*

¶ De domus violatione, ac in ea vulneratione, & complicibus violatoris, Vide in Titulo INVASIO DOMVS. Folio 222.

¶ De violentia in Iudicio commiſſa, Vide in Tit. IVDICIVM. Fol. 228.

¶ De violationibus virginum, & oppreſsionibus viduarum vel maritatarum, Vide in Titulo VIRGO. Vide infra.

VILLICVS.

De inculpato Villico, aut familiari, per ipſius dominum.

Præterea

Kazimi. Vislicen. Folio 30.

PRæterea cùm dominus contra ſuum Wladarium, aut contra alium familiarem, pro aliquibus rebus, aut iniurijs, mouerit quæſtionem: tunc ipſe Wladarius, aut familiaris, domino ſuo non deferendo luramẽtum, teneatur ſe cum ſex teſtibus expurgare.

VIRGO ORPHANA.

Virgo orphana, poſt deſponſationem ſui, tribus annis & totidem menſibus præſcribit, contra Tutorem ſuum.

Kazim. Mag. Vislicen. 1368. Folio 19.

FRanciſcus neptim ſuam Luciam, in infantili ætate conſtitutam, orphanam, cum bonis centum Marcarum valentibus, tuendam & ſeruandam, in ſuam accepit curam. Tempore verò procedẽte, ipſam (dum adhuc eſſet minorennis) de viginti duntaxat Marcis dotatam, marito tradidit. Deinde ſtando cum marito, poſt quatuor annos, eadem Lucia, pro reſiduis bonis hæreditarijs reſtantibus, vltra prædictas viginti Marcas, Franciſco ſuo auunculo, & Tutori mouet quæſtionem. Franciſcus autẽ reſpondit: quòd longo tempore poſt contractum matrimoniũ, per quatuor annos videlicet, nunquam fuit monitus, pro rebus, vel pro bonis prędictis. Nos itaq; talibus volentes caſibus prouidere, Declaramus & Statuimus: Quòd prædicta Lucia, poſtquàm cum marito fuerit ſiue ſteterit, per tres annos & tres menſes, infra eoſdem ad cauſam non prouocando: ſiue ſit minorennis, ſiue maior, de cætero non poterit, nec debebit agere, pro quibuſcunq; bonis vel rebus reſiduis: obſtante ſibi termino trium annorum, & trium menſium taciturnitate, & Præſcriptione.

Si Tutor nubilem virginem non maritat.

Wladiſl. Iagel. 1423. Fol. 41.

ASTutiæ & doloſitati hominum peruerſorum, qui omnia in peius conuertere & interpretari non formidant, viam præcludere cupientes, Sancimus: Quòd quicunq; nomine tutorio, aliquam vel aliquas, puellam vel puellas, Iure Affinitatis, cum bonis hæreditarijs ipſas ex ſucceſsione paterna contingentibus, ſeu concernentibus, iam puberes atque nubiles, ad deſponſandum ſeruant, eas nolentes maritari: in hunc finem, quòd bona ipſarũ diutiùs valeant obtinere, ſeu poſsidere: Decernimus: quod tales virgines, ſic vt præmittitur adultæ, poterint & valeant de maritis ſibiipſis prouidere, ſine eiuſdem patrui ſeu Tutoris voluntate, & aſſenſu: tamen cum conſenſu, & conſilio aliorum amicorum, aut patruorum, aut auunculorum: nec in bonis ipſarum priuari poterunt, vel fraudari. non obſtante quadam Conſtitutione noſtri anteceſſoris: quæ incipit: Quicunque verò virginem, &c. vt ſupra de violationibus virginum.

De violati-

De violatione virginum, & oppreßione viduarum, & maritatarum.

QVicunque verò virgini, ſeu viduæ, vel coniugatæ, in campo, ſylua, domo, aut vbicunq; opprimendo, violentiam fecerit: & virgo, ſeu mulier, euadens violentiam oppreſſoris, ſi infra triduum ad villam viciniorem veniens, ſeu in villa exiſtens, ad villanos clamauerit: plorando, vel lacrymando, narrando ſibi violentiam eſſe illatam: & ſigna oppreſsionis in ea apparuerint manifeſta: & ſubſequenter iurauerit: in gratia noſtra, amicorumq; eius, idem oppreſſor exiſtat. & hoc, ſi de eius clamore dicti villani fuerint proteſtati. Si verò virgo de oppreſsione aliquem accuſauerit calumniosè: & in ea ſigna non apparuerint oppreſsionis: extunc ſi is, quem accuſauit, cum ſex ſuæ conditionis hominibus ſe expurgabit: extunc ipſa calumniatrix, cuiuſcunq; ſtatus & conditionis exiſtat, pœna debita caſtigetur. *Kazim. Mag. Folio 14.*

VIS.

Ne quis res quoque ſuas vi repetat.

ITem ſi quis violenter mantellum ſuum, vel aliam rem propriam quamcunque, alicui authoritate propria receperit: Iure repetendo, cum pœna ſex Marcarum eandem reſtituere teneatur. *Kazim. Mag. Viſlicia 1361. Folio 28.*

De vi, in via publica commiſſa.

VT itaque certa menſura & regula, de pœna, quæ conſueuit noſtro fiſco, ſiue noſtræ cameræ applicari, (quæ *Siedmdśieśiat* dicitur) habeatur, Statuimus: Quòd tantùm in quatuor caſibus, in Statuto deſcriptis, & non in pluribus, noſtræ cameræ applicetur. Ex his autem ſecundus caſus eſt: vbi aliquis de violẽtia, ſiue ſpolio publicæ ſtratæ, accuſatus fuerit: & defecerit in ſui expurgatione. Tunc enim volumus: quòd in præmiſſo caſu, prædicta pœna noſtræ cameræ applicetur. *Kazim. Mag. Viſlicia 1361. Folio 15.*

Si die forenſi in via ſit vis.

MArtinus conqueritur de Nicolao: quòd die forenſi, in via publica, ſibi de pera octo Scotos violenter recepiſſet. Nicolaus verò negabat: iniuſteq; ſe ab eo accuſari aſſerebat: cùm eãdem pecuniam non amiſiſſet: nec ſibi recepta fuiſſet. volens ſe tantùm ſex teſtibus, de hoc expurgare. Nos in tali caſu Decernimus, cum duodecim teſtibus fide dignis, & non paucioribus, fieri huiuſmodi expurgationem. *Kazim. Mag. Viſlicia 1361. Folio 30.*

Violentus, niſi conuincatur, expurget ſe.

Kazim. Magistratia 1506. Fol. 16.

PRæterea vt calumnijs via præcludatur, Statuimus: Quòd si aliquis bonæ famæ, in Iudicium pro quibuslibet violentijs euocatur, Actor teneatur quod asserit comprobare. aliâs Reus tantũmodo proprio Iuramento se valeat expurgare.

WLADARIVS.

¶ Vide in Titulo VILLICVS. Folio 519.

VLNA.

Ne vlnatim, aut talentis mercetur in villis, Capitanei prouideant. exceptis tamen pecudibus, & pecoribus, ac frumento. Negociatores etiam, vijs publicis eant.

Sigism. Cracc. 1507. Fol. 2.

PRouidere volentes indemnitati oppidorum, & eorum subditorum, in quorum præiudicium mercata in villis fieri consueuerunt, Statuimus, & Decernimus: Vt Capitanei locorum, mercata in villis, per publicas Proclamationes exerceri prohibeant: & maximè, ne in villis, & cæteris locis, quibus fora ex Priuilegio non sunt concessa, vlnis & talento fiat rerum venditio. secus facientes, per rerum venditioni expositarum receptionem puniantur. exceptis frumento, pecoribus, pecudibusq;. Ipsi etiam Capitanei prohibituri sunt Negotiatoribus: quòd non nisi vijs consuetis, & publicis stratis, Telonia & publica loca non declinando, vadant: sub rerum, quas per obliquas vias vexerint, priuatione.

VNIO.

Rex Ducatus ad ferenda onera Regno vniat.

Sigism. Cracc. 1510. Fol. 8.

CVm compertum ab omnibus habeatur: quòd virtus vnita fortior solidiorq; esse consueuit ipsa diuisa: Promittimus nos operam daturos: vt Magnum Ducatum Litwaniæ, terrasq; Prussiæ, & alias terras, in finibus Regni consistentes, ad vnionem redigamus: & quantum possibile factu erit, onera omnibus communia communiter ferenda, simulq; monetam æqualem communiter recipiendam imponemus. præsertim cùm Conuentum vtrisq; dominijs prefatis ad hoc perficiendũ constituerimus.

Sigism. Cracc. 1539.

¶ SIMILIS. Cùm varijs exemplis doceamur, vires in vnum collectas, multò plus posse quàm dispersas: & videamus: quòd vnita virtus multò fortior est quàm diuisa. Id nos diligentiùs animo nobiscum reuoluentes: cùm videamus Regno nostro maiora nunc & grauiora, quàm vnquam antea pericula impendere: quò faciliùs ea à nostris nostrorumque ceruicibus propulsare possemus: Omnia nos facturos pollicemur: vt quibus pos-

bus posſimus rationibus honeſtis, Ducatus noſtros Litwaniæ, Zathoriẽ: & Oſwiecineñ. atque vnà terras noſtras Pruſsiæ, eò adducamus, vt (quum in Regni noſtri periculo, ſuum quoq; periculum agi videant: neque hoc ruere poſsit, quin illæ quoq; terræ, eodem labefactatæ motu cõcidant) omnes ſuas vires, cum Regni viribus coniungant. Quòd ſi potens hoſtis vim aliquam nobis inferre conetur, coniunctis animis, & copijs in vnum collectis, faciliùs eam arcere poſsimus.

¶ SIMILIS. Cùm ſubditi Regni noſtri Polonię, ex Comitijs generalibus, ante annum Petricouiæ habitis, tam per Nuncios, quàm per literas, nobis tum Vilnę agentibus, à nobis peterent: vt Dominium noſtrũ, Magni Ducatus Liwaniæ, cum Regno Poloniæ vniretur: tam bello contra communem hoſtem ſuſtinendo: quàm etiam in alijs negotijs, & pactis antiquis, viciniæ, ac fraternitati hinc inde conſeruandæ, cauſa perneceſſarijs. Et quamuis tum pro ratione poſtulationis ipſis reſpondiſſemus: attamen cùm in præſentibus Comitijs Regni, conſultando de perpetua defenſione, contra potentes hoſtes, vtriuſque dominij noſtri, tam Regni, quàm ipſius Magni Ducatus Litwanię, cum Conſiliarijs noſtris, & terrarum Nuncijs longiorem defenſionem Regni, niſi annuam conſtituere non potuimus: prætereaq; ad Conſiliarios Magni Ducatus noſtri Litwaniæ intimauimus: vt illi etiam hoc anno conſimilem defenſionem, cum Regno noſtro Poloniæ, contra communes hoſtes in finibus tenerẽt. Interim autem Pollicemur Conſiliarijs noſtris, & Nuncijs terrarum Regni Poloniæ: Quia hoc anno, ſubditos noſtros Magni Ducatus Litwanię adducere volumus, vt conſimilem defenſionẽ cum Regno Poloniæ contra communem hoſtem in finibus tenerent. Quod autem ad pacta, ſeu Inſcriptiones, & Conuentus ipſius Ducatus, & Regni communes attinet in eo nihil certi adhuc facere potuimus. Quandoquidem Cõſiliarios ipſius Ducatus circa nos non habuimus: attamen hoc reſponſi Conſiliarijs noſtris & terrarum Nuncijs dedimus, quia cum aliquid vtile, dignum & perpetuum in Regno conſtitueretur, faciliùs nobis eſſet apud Conſiliarios noſtros Magni Ducatus ipſius hoc obtinere: vt illi ſimiliter, cauſa Reipub. ſuæ, & Regni, ad conſimiles Conſtitutiones conſentirent. quod cum fiet, Pollicemur ſubditis noſtris Regni Poloniæ: quia volumus Cõſiliarios noſtri Magni Ducatus Litwaniæ, ad hoc ducere, vt illi etiam in omni re non minus ſibi, quàm Regno vtili, in bonoq; ordine, & Conſtitutionibus ac defenſione eiſdem conformiter conuenirent: iuxta pacta, ſeu inſcriptiones, ac Priuilegia antiqua, inter vtraq; dominia facta & recepta. *Sigiſm. Cracæ. 1543.*

Magnus Ducatus Litwaniæ, Regno Poloniæ incorporatur.

Wladisl. Iagel. & Witowdi in Hrodlo, 1400. Fol. 121.

IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Debitores sumus spiritualis alimoniæ: salutaria illis pocula ministrare: quibus præsidentes temporalium commodorum præstamus suffragia: vt quos ad corporis necessitatem sustentamus: salutis etiam, ipsis, quantum nostra sufficit facultas, ministeria porrigamus. ne dum temporalibus insistimus profectibus, vitæ commoda negligere videamur. Et vnde dona benedictionis, & brauium expectamus sempiternum: inde vitæ detrimenta sentiamus: & præmijs destituti adoptatis, nulla laboris nostri commoda cõsequamur. ¶ Expedit perquirere, & debita attentare ratione: vt dum hominibus impartimur carnis beneficia, meditemur: qualiter ipsis cœlestia præbeamus alimenta: & quos in hoc seculo transitorijs rerum condimus copijs: illis viam æternæ beatitudinis demonstremus: quatenus & hic nostræ munificentiæ cognoscant præsidia: & tandem futuræ gloriæ compendia, per exercitia directionis nostræ apprehendant, in omnium saluatore. Proinde nos Wladislaus, Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Litwaniæ Princeps supremus: Pomeraniæ, Russiæque Dominus & hæres. &c. & Alexander: aliâs Witowdus Magnus Dux Litwaniæ, necnon terrarum Russiæ Dominus & hæres &c. Significamus tenore præsentium quibus expedit, vniuersis, præsentibus, & futuris, præsentium notitiam habituris: Quomodo terras Litwaniæ, & earum incolas, nostro subditos dominio (in quos sæpe liberalitatis nostræ manum extendimus, & profectui ipsorum intendentes, multa frequentia, statum & conditionem eorum semper studuimus facere meliorem) feruenti desiderio cupientes in assumptæ fidei deuotione iugiter solidare & fundare. vt ipsos altissimus (quo præstante lumen fidei per nostram operam receperunt) ad laudem & honorem sui nominis, & eiusdem fidei Catholicæ augmentum, gratiæ suæ charismate confirmaret.

Rex etiam debet meditari, vt subditis suis viam æternæ beatitudinis demonstret

Cupit Litwanos in fide Catholica minister assumpta solidare

Litwani ad fidem Catholicã suut opera Domini Regis Polonorum conuersi.

¶ Cùm eos sæpè munificentiæ nostræ donis refecimus, summopere affectamus spiritualibus gratijs refouere: & per quæq; legitima studia & labores id feruentiùs mancipare. ¶ Qui vt se in fidei constantia commodiùs exerceant: & crescant de virtute in virtutem, iugum seruitutis, quo hactenus fuerunt compediti, & constricti, de ceruice ipsorum deponentes & soluentes, ex innatæ nobis benignitatis clementia, ipsis libertates, immunitates, gratias, exemptiones, & Priuilegia dari Catholicis solita, iuxta continentiam Articulorum subscriptorum, tenore præsentium concedimus & largimur. Et primò, quamuis eo tempore, quo almo Spiritu inspirante, fidei Catholicæ recepta & cognita claritate, Coronam Regni Poloniæ assumpsimus: pro Christianæ religionis incremento, & bono statu, & commodo terrarum nostrarum Litwaniæ prædictarum, ipsas, &

Concedit Rex Polon. Litwaniæ, veluti nouis Christianis, Priuilegia, gratias, & libertates Catholicis dari solitas.

ipſas,& cum terris ac dominijs ipſis ſubiectis & connexis,prefato Regno noſtro Poloniæ appropriauimus,incorporauimus, coniunximus, vniuimus, adiunximus, confœderauimus, de conſenſu vnanimi noſtro, & aliorum fratrum noſtrorum: & omnium Baronum, Nobilium, Procerum, & Boijarorum, eiuſdem terræ Litwaniæ, voluntate accedente & aſſenſu. Volentes tamen terras prædictas Litwaniæ, propter hoſtiles inſultus, & inſidias Cruciferorum, & eis adhærentium, ac aliorum quorumcunque inimicorum (qui præfatas terras Litwaniæ & Regnum Poloniæ demoliri nituntur, & in ipſorum deſtructionem machinantur) in certitudine, ſecuritate, & tutela melioribus reponere: & eis perpetuum commodum procurare: eaſdem terras, quas ſemper cum pleno dominio ac Iure mero & mixto, hactenus habuimus, & habemus, vſque modo à progenitoribus noſtris, & ordine geniturę, tanquam domini legitimi, Baronum, Nobilium, Boijarorum voluntate, ratihabitione, & conſenſu adhibitis, prędicto Regno Poloniæ iterum incorporamus, inuiſceramus, appropriamus, coniungimus, adiungimus, confœderamus, & perpetuè annectimus: Decernentes ipſas cum omnibus earum dominijs, terris, Ducatibus, Principatibus, Diſtrictibus, proprietatibus, omniqúe Iure mero & mixto Coronæ Regni Poloniæ perpetuis temporibus irreuocabiliter & irrefragrabiliter ſemper eſſe vnitas. ¶ Cæterum omnes Eccleſias terrarum Litwaniæ prædictarum, tam Cathedrales, quàm Collegiatas, Parochiales & Conuentuales, videlicet Vilnen. & cæteras in eis erectas, erigendas, fundatas & fundandas, in omnibus ipſarum libertatibus, immunitatibus, Priuilegijs, exemptionibus, & conſuetudinibus vniuerſis conſeruamus. Harum ſerie mediante, iuxta conſuetudinem Regni Poloniæ.

¶ Barones etiam, Nobiles, Boijari terrarum noſtrarum Litwanię prędictarum, donationibus, Priuilegijs, & conceſsionibus ipſis per nos datis, impertitis, & collatis, duntaxat Catholici & Romanæ Eccleſię ſubiecti, & quibus Clenodia ſunt conceſſa, gaudeant, participent, & fruantur. prout Barones & Nobiles Regni Poloniæ ſuis potiuntur & fruuntur.

¶ * Item Barones & Nobiles prædicti, bona ipſorum paternalia, pari Iure obtineant: ſicut Barones Regni Poloniæ, ſua noſcuntur obtinere: & donationes noſtras, ſuper quibus literas obtinent à nobis efficaces, & fulcitas perpetui roboris firmitate, ſimiliter obtinebunt: & liberam habebunt ipſa vendendi, commutandi, alienandi, donandi, & in vſus ſuos conuertendi facultatem: noſtro tamen conſenſu ad hoc ſpecialiter accedente. ¶ [b] Sic tamen: quòd ipſa alienando, commutando, vel donando: coram nobis vel noſtris Officialibus, iuxta conſuetudinē Regni Poloniæ reſignabunt. ¶ [d] Item poſt mortem patrum, liberi non debent bonis hæreditarijs priuari: ſed ea cum ſuis ſucceſſoribus poſsidere. prout Baro-

M. Agnus Ducatus Litwaniæ cum eius Terris ſibi annexis. Regno Poloniæ eſt incorporatus. ve communib. viribus ſuis communib. ſacerdotiis ac foris reſiſtere poſſint.

Eccleſiæ Litwaniæ Catholicæ in libertatibus & immunitatibus ſuis conſeruantur.

Barones et Nobiles Litwan. Romanæ Eccleſiæ ſubiecti, & Nobiles Litw. eadē libertate cum Polonis, à q̄b⁹ arma ſuſcipiunt gaudebunt.

** Nobiles Litwan. Catholici, ſuccedūt in bona paterna. eodē iure. que & Poloni gaudentes.*

b Reſignatio bonorū ſeu commutatio. &c. cum conſenſu Principis eſt facienda.

d Morte patrē tum

tum secuta, liberi nō priuentur bonis suis hereditarijs.

x Dotalitia in bonis suis possunt vxoribus assignare.

Barones & Nobiles Regni Polonię sua possidēt: & in vsus cōuertunt beneplacitos. ¶ x Similiter vxoribus suis, dotalitia in bonis & villis, quas ex successione paterna vel cōcessione nostra perpetua habuerint, vel fuerint habituri, poterint assignare: prout in Regno Poloniæ assignantur.

y Filiæ & sorores viris duntaxat Catholicis Litwani maritabunt.

¶ y Filias autem, sorores, consanguineas, & affines suas, præfati Barones, & Nobiles terrarum Litwaniæ, copulare poterint viris duntaxat Catholicis: & tradere coniugio iuxta beneplacitum eorum voluntatis: & iuxta consuetudinem Regni Poloniæ ab antiquo obseruatam.

o Litwan. ad tributa & alia cōsueta soluenda astringantur, libertate non obstante.

¶ o His autem libertatum concessionibus non obstantibus, Barones ad constructionem & erectionem castrorum, vias expeditionales facere, & tributa dare, iuxta antiquam consuetudinem astringantur.

** Litwani fidelitatem suis Principib. sub Iuramento seruaturi.*

¶ * Hoc specialiter expresso: quòd omnes Barones & Nobiles terrarum Litwaniæ, fidelitatem, & debitam ac Christianicam fidei constantiā, nobis videlicet Wladislao Regi Poloniæ, & Alexandro aliâs Witowdo, Magno Duci Litwaniæ, & successoribus nostris tenere debebunt & seruare: prout Barones & Nobiles Regni Poloniæ, suis Regibus tenere soliti sunt, & seruare: super quo Barones, Boijari, & Proceres terrarum Litwaniæ prædicti, Iuramentum nobis iam præstiterunt. prout clarius in literis ipsorum, quas cum Baronibus Regni Poloniæ sibi inuicem concesserunt, continetur.

Litwani aduersarijs Regis Poloniæ consilia & auxilia ne ferant.

¶ Parimodo sub fidei sacramento, & sub bonorum suorum amissione, nullis Principibus, aut Baronibus, vel alijs cuiuscunq; conditionis hominibus, terris Regni Poloniæ aduersari volentibus, consilia, fauorē, & auxilia ministrabunt vel præstabunt: sed eos tanquam hostes terræ & dominiorum Litwaniæ, totis viribus persequentur: & ad nullum alium respectum habebunt: nisi ad nos, & ad nostros successores: prout hoc ipsum Barones & Nobiles prædicti, pro se & pro suis posteris, per fidei sacramentum cautionem præstiterunt & fecerunt.

Litwani pro se & suis posteris iurant.

Dignitates, prout in Poloniæ Regno instituende.

¶ Item Dignitates, Sedes, & Officia, prout in Regno Poloniæ institutæ sunt, instituentur & locabuntur in Wilna: scilicet Palatinus & Castellanus Wilnenſis. Et demum in Troki, & in alijs locis, vbi nobis videbitur expedire: iuxta nostrę beneplacitum voluntatis, perpetuis temporibus duraturis.

Ad Dignitates non nisi Catholici eligēdi, & ad Consilium admittendi sunt.

¶ Et huiusmodi Dignitarij non eligantur, nisi sint fidei Catholicæ cultores: & subiecti sanctæ Romanæ Ecclesiæ &c. Nec etiam aliqua Officia terræ perpetua, vt sunt Dignitates, Castellanatus &c. nisi Christianæ fidei cultoribus conferantur. & ad consilia nostra admittantur: & eis interſint, dum pro bono publico tractatus celebrantur. Quia sępe disparitas cultus, diuersitatem inducit animorum: & consilia patent talibus diuulgata, quę traduntur secretè obseruanda.

Litwani, Regi Poloniæ et Duci Litwaniæ perpetuo adhærere iurare sunt.

¶ Item omnes, quibus huiusmodi libertas & Priuilegia conceduntur, nunquam Nos Wladislaum Regem Poloniæ, & Alexandrum Witowdum Magnum Ducem Litwaniæ, quoadusq;

vixerimus,

vixerimus, & noſtros ſucceſſores Reges Polonię, & Duces Litwaniæ, à nobis & noſtris ſucceſſoribus ſtatuēdos & locandos deſerant, vel recedāt ab eiſdē: ſed ſub fide & honore, pariter & onere iuramenti, fideliter & firmiter nobis & ſucceſſoribus noſtris adhærebunt, fauoribus, conſilijs, & auxilijs, perpetuis temporibus & in æuum: ¶ Hoc etiam addito: quòd prædicti Barones & Nobiles &c. Litwaniæ, poſt mortem Alexandri, aliàs Witowdi, Magni Ducis moderni, nullum habebunt aut eligent, pro Magno Principe & domino Litwaniæ: niſi quem Rex Polonię, vel ipſius ſucceſſores, cum conſilio Prælatorum & Baronum Poloniæ, & terrarū Litwaniæ duxerint eligendos, ſtatuendos, & locandos. ¶ Sic ſimiliter Prælati, Barones, & Nobiles Regni Poloniæ, Rege Poloniæ ſine liberis & ſucceſſoribus legitimis decedente, Regem & Dominum non debent ipſis eligere, ſine ſcitu & conſilio noſtro: videlicet Alexandri Magni Ducis: Baronumq; & Nobilium terrarum Litwaniæ prædictarum: iuxta tenorem, & contenta priorum literarum. Præterea prædictis libertatibus, Priuilegijs, & gratijs, tantummodo illi Barones & Nobiles terræ Litwaniæ, debent vti & gaudere: quibus arma & Clenodia Nobilium Regni Poloniæ ſunt conceſſa: & cultores Chriſtianæ religionis, Romanæ Eccleſiæ ſubiecti: & non ſchiſmatici vel alij infideles. ¶ Item omnes literas, quaſcunq; Regno Poloniæ, & terris Litwaniæ ante octo vel ſeptem annos, ac poſt vel circa Coronationem noſtram conceſſimus & dedimus, tenore præſentium confirmamus, ratificamus, approbamus, & robur perpetuum imponimus eiſdem: habentes ipſas præſentibus pro inſertis.

Litwani, nullum Principē niſi per Regem Poloniæ electū, & Dominū ſequentes ſunt.

Poloni Rege ſine liberis decedente, non debent ſibi Regē ſine conſen. Litwanorum eligere.

Cultores fidei Chriſtianæ dicta ſunt, libertatibus conceſſis gaudebunt.

Literæ circa Coronationē conceſſæ Litwaniæ per Wladiſlaū confirmantur.

¶ Hoc etiam addito ſpecialiter & expreſſo: quòd præfati Barones & Nobiles Regni Poloniæ, & terrarum Litwaniæ, Conuentiones & Parlamenta, quando neceſſe fuerit, in Lublin vel in Parczow, & aliàs in locis aptis, de conſenſu & voluntate noſtra celebrabunt: pro commodo & vtilitate Regni Poloniæ, ac terrarum Litwaniæ prædictarum meliori.

Conuentiones neceſſarias in LVBLIN aut Parczow Poloniæ cum Litwanis celebrent.

¶ Præterea Nos Alexander alias Witowdus, de conſenſu Sereniſſimi Principis Domini Wladiſlai Regis Poloniæ, fratris noſtri chariſſimi, eligimus ad arma & Clenodia Nobilium Regni Poloniæ, terrarum noſtrarum Litwaniæ Nobiles infraſcriptos: quos ipſi Regni Poloniæ Nobiles, ſimul cum omnibus qui ex eorum ſtirpe originem ſuam ducūt, ad fraternitatis & conſanguineitatis conſortia receperunt. Et primò Nobiles Leliwá, Moniwid Palatinum Vilnenſem. Item Zadorá, Palatinum Iawnum Trocenſem. Ráwá, Minigal Caſtellanum Vilnenſem. Lyſy, Sunigal Caſtellanum Trocenſem. Iáſtrembcy, ſeu Lázánki, aliàs Boleſty, Nagorà vocatos, Nemir, Trámbki, hoſticonem, Topory, Butrym. Item Lábancz aliàs Skrzyńſczy Goligunt, Poraye, Nicolaum Bilimin. Dambno, Korewám. Odrowans wyſzegerd. Wádwicz, Petrum Mondigert. Driá, Nicolaum

Eligūtur et nominātur à prīcipe ſpecificantur Domi Litwaniæ, de quibus armis & dominis NObiuum Poloniæ, Inſignia ſumpſere & Clenodia.

Nicolaum Táwtigerd, Hábdániec, Ioannem Gaſztołdy. Połkozá, Volczkonem Kukwá. Gryfones, Butowdum, Srzeniáwá, Iádáldum, Pobodze, Kąlonem, Grzymáłá. Ioannem Rymowidowicz, Zarembá, Gynet Konczewicz, Pirzchałá, Dáwxá, Nouiná, Nicolaũ Boynár, Dzáłoſzá, Wołczkonem Kokutowicz, Kopacz, Gedorwoch, Rola, Dangiel, Sirokomlá. Iacobũ Mingel, Cattus Marinus, Woyſznár Wiłkolewicz, Powáłá, Georgium Sángaw. Item Pomian, Sáká, Doliwá, Naczkonẽ, Sarzá, Tuerbut, Dołãga, Monſtwild, Bogoria, Staniſlaũ Wiſzygin. Iánina, Woyſzym Dánczykowicz, Bicháwá, Monſtold, Swinká, Andreã Dewknetowicz, Roldá, Minimund Seſnikowicz, Sulimá, Bodywil. Item, Náłáncz, Koczanũ, Lodza, Miczuſz, Gelitowe, Gerdud, Korczakowe Czuppám, Biała, Moydylonem, Czuſzołowicz, Wánzyk Koyczanum, Sukowicz, Czołek. Ioannem Ewil, Godzámbá, Staniſlaum Butowthowicz, Oſmorog: aliâs Geraſth, Surgutes de Kieſly nn &c. ¶ Quibuſquidem armis, Clenodijs, & proclamationibus, prædicti Nobiles, Proceres, & Boiary terrarum Litwaniæ, exnunc & in antea, perpetuis temporibus vbilibet gaudeant, potiantur. prout ipſis præfati Nobiles Regni Poloniæ vti frui conſueuerunt & potiri. ¶ Vt autem corroborationis & cautelæ vberioris omnia prę-miſſa accipiant firmitatem, preſentes fecimus Sigillorum noſtrorum munimine corroborari. præſentibus & conſentientibus, ac ratum habentibus, Reuerendiſsimis in Chriſto patribus dominis, Nicolao Gneſnenſi Archiepiſcopo. Alberto Cracouienſi, Ioanne Wladiſlauienſi, Petro Poſnanienſi. Iacobo Plocenſi, Nicolao Wilnenſi. Ioanne electo Leopolienſi Metropolieñ. Mathia Præmiſlieñ. Michaele Kijouieñ, Greorgio Włodimirieñ. Sbigneo Cameneceñ. electo Eccleſiarũ Epiſcopis: Chełmeñ. & cæteris Eccleſijs vacantibus. Necnon Magnificis, validis, & ſtrenuis, Criſtino Cracouienſi Caſtellano. Ioanne de Tarnow Cracouienſi, Nicolao de Michałow Sandomirienſi, Sandiuogio de Oſtrorog Poſnanienſi, Mathia de Wanſoſze Caliſsienſi, Iacobo de Koniecpole Siradienſi, Ioanne Ligezá Lancicienſi, Mathia de Lábiſzyn Brzeſtenſi, Ianuſsio de Koſcielec Gnewczowieñ. Palatinis. Michaële de Bogumiłowice Sandomirienſi, Ioanne de Szczekocin Lublinenſi, Dobeſlao de Oleſznica Woynicienſi, Floriano de Rokitnicá Wiſlicienſi, Criſtino de Koziegłowy Sandecenſi, Martino de Kolikowo Gneſnenſi. Clemente de Morkzko Radomienſi, Domárat de Kobylány Bieczenſi, Moſticio de Stáſzow Poſnanienſi, Ianuſsio de Tuliſzkow Caliſsienſi, Martino de Kálinow Siradieñ. Petro de Wloſzczowa Dobrinenſi, Alberto de Koſcioł Brzeſtenſi, Ioanne de Lánkoſzyn Lancicienſi, Criſtino Cruſzwicieñ. Ioanne de Láczuchow Zauichoſtenſi, Martino de Lubniczá Brzezinenſi, Staniſlao Gámrat Połánecenſi, Ioanne de Bogumiłowice Czechouienſi, Mathia Koth Nakleñ.

Nomina Dominorum, tam Spiritualium quàm Secularium, in conſilijs præſidentium, expriműtur.

Grottone

Grottone de Iánczowicze Małogoſtenſi, Iuano de Obichow Srzemenſi, Ianuſso Furman Miedzyrzecenſi, Caſtellanis. Sbigneo de Brzezie Regni Poloniæ Marſſalco. Petro Száfrániec Succamerario. Martino de Wrocimowo Vexillifero Cracouienſi. Paulo de Bogumiſowice Cracouienſi, Nicolao de Strzelce Sandomirienſi, Nicolao de Czárnkow Poſnanienſi, Iáká Caliſsienſi, Andrea de Ludbrancz Cuiauſien. Petro de Widawá Siradienſi, Nicolao de Suchydoł Lublinenſi, Petro de Thur Lancicienſi Iudicibus. Actum in oppido Hrodło circa flumen Bug, in Parlamento ſeu congregatione generali die ſecunda menſis Octobris: ſub anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo tredecimo. Datum per manus Reuereñ. in Chriſto Patris domini Epiſcopi Cracouieñ. Supremi Cancellárij Regni Poloniæ nobis ſyncerè dilecti. ſcriptum verò per manus Ciołkonis Canonici Sandomirieñ. ſecreti noſtri Notarij.

Prælati Litwaniæ incorporant ſe Regno Poloniæ, ac Regi Polon. ſe ſubijciunt: quem vnà cum Polonis eligent.

IN Nomine Domini Amen. Tunc enim multis errorum & dubiorũ incommodis prudenter occurrimus: dum geſta ætatis noſtrę, literarũ apicibus & Sigillorum appenſionibus perennamus, Proinde nos Prælati, Principes, Barones, Nobiles, Terrigenę terrarum Litwaniæ & Ruſsię, videlicet Iacobus, diuina prouidentia Wilnenſis Eccleſię Epiſcopus, Dux Iuanus Olgimunti cum filijs ſuis, videlicet Andrea, & Sencone, & cæteris. Mungaylo Gedigoldo fratre, & cęteris. Czupurna Marſſarco Sencon Iámunti, Fedorius Leonis, cum Iuſzkone fratre germano, Cáſzow cum filio Tálnuſz, Gineyd cum filio Miłus, & cæteris: Kinunt cũ filio Dauxá, Strzigoył, Kàriconis, Gintolt Aſtok cum fratre Germano, Dorgi Gaſztołt cũ Przehgindo fratre germano, Nemirá cum fratrib. ſuis Germanis, Szugayło Olizae Weſzylonis, Woynad Ruſzyłowicz, Kieſzgáło, & Kumbołd Wolimuntonis, cum ſuis cæteris fratribus Germanis, Goligin, Roman Mileykonis, cum fratre Wołczkone & cæteris, Woyſzyund cũ filio Radiuilo, Wołochko Cauotmonis, cũ fratribus Butoldmuntygayło, Hannuſz Montigerdonis cum fratribus ſuis, Dowogin Viſzygirdonis, Dráunti cum Weſzkone filio, Wołczko vel Vtrwicz, Wołczko Konſzowtowicz, Dogirdi Voijnis Vrdzich cum fratribus, Goligind, Veydimin, Heschis Selkowicz, cum cognationibus & genelogijs ſuis: necnon tota vniuerſitas omnium & ſingulorum Nobilium, & terrigenarum prædictarum Litwaniæ & Ruſsiæ terrarum. quorum quamuis nomina ſingulatim hîc non ſunt expreſſa: ipſorum tamen conſenſus ad ſubſcripta adeſt, ac ſi pro inſertis haberetur. Proinde Significamus quibus expedit vniuerſis. Quomodo eo tempore, quo Prælati, Principes, Barones, & Nobiles,

Tempore Wiłdułai Magni Ducatus Magni ad Regnũ aſſumpti. 1401. Fol. 128.

Nominationum & ſingulorum Principum, Prælatorum, Baronum, & Nobilium Ducatus Litwan. ſe & ſucceſſores ſuos Regno Poloniæ ſpecialiter incorporantium.

& communitas Terrigenarum Regni Poloniæ, diuina cooperante clementia, Sereniſsimum Principem Dominum Wladiſlaum Regem Poloniæ, ſupremum Ducem Litwaniæ, hæredem Ruſsiæ, Dominum noſtrum gratioſiſsimum de gentilitatis erroribus educentes, in Regem & Dominum ipſorum aſſumpſerunt. ¶ Nos quoque, ipſius veſtigia ſequentes, almi Spiritus gratia eruditos, ad ipſorum conſortium Catholicũ inuitantes, de tenebris erroris vetuſti, per aſſumptionem ſacræ fidei orthodoxæ receperunt. Cum quibus in fide facti vnanimes & conſortes, ad perfectionem catholicorum operum, meritò & oportunè debemus per concordiam perpetuè aſpirare. ¶ Pro eo, prædicto domino Wladiſlao Regi Poloniæ &c. & ipſius Coronæ, Regno ac Regnicolis Poloniæ, firma fide & inuiolabili ſponſione promiſimus, & tenore præſentium promittimus: toto poſſe & viribus, contra inſultus quorumlibet hominum eis aſsiſtere: & eos nullo exquiſito coloris fuco vnquam deſerere: ſed ipſos ſine dolo & fraude, ſcilicet Regem & Coronam, Regnum & Regnicolas Poloniæ, in eorum neceſsitatibus perpetuè adiuuare: eorumq; profectus, vtilitates, commoda, & bonum commune peragere, ſalubri & fideli diſpoſitione: velut noſtrum proprium. quod & ipſi nobis pari modo tenebuntur facere viceuerſa. ¶ Demum quia prædictus dominus Wladiſlaus Rex &c. dominus noſter gratioſus, ex ſpeciali confidentia, Magnifico & Præclaro Principi, domino Alexandro aliâs Witowdo Duci Litwaniæ, &c. ipſum in partem ſuę ſolicitudinis aſſumens, ſupremum Principatum terrarum earundem Litwaniæ, cæterorumq; Dominiorum ſuorum Ducatus, dedit & contulit: & ipſum in eis de manu ſua ſtatuit: ad vitæ eiuſdem domini Ducis Witowdi terminum vltimum, & extremum.

¶ Pro quo eundem dominum Wladiſlaũ Regem conſtantiori fiducia proſequi volentes: & prout iuſtum eſt, ipſum reddere certiorem, firma ſponſione & irreuocabili promiſſo, ſibi tenore præſentium, Promittimus: quòd ſupremus prædictus Principatus terrarum Litwaniæ, & cęterorum dominiorum Ducatus, vnà cum bonis, & cæteris patrimonialibus ad eundem dominum Ducem Witowdum pertinentibus, & cum omnibus caſtris, fortalitijs, diſtrictibus, territorijs, & eorum incolis, poſt deceſſum ipſius, ad ipſum dominum Wladiſlaum Regem, ac ad Coronã Regni huius Poloniæ, iuxta tenorem Literarum, per prædictum Dominum Ducem Witowdum, eidem Domino Wladiſlao Regi, & Coronæ eius datarum, debent plenè & integrè deuolui & redire. Et nos etiam cũ noſtris poſteris atq; ſucceſſoribus, poſt deceſſum domini Ducis Witowdi, promittere prædicto Domino Wladiſlao Regi, Coronæ, & Regno Poloniæ adhærere, ſubijci, obſequi, & ſeruire, ſine dolo & fraude, toto poſſe & viribus tenebimur: & prętер ipſum ad Coronam Regni eiuſdem,

Litwani fatentur ſe per Polonos eruditos & ad conſortium Catholicũ receptos fuiſſe.

Litwani promittunt ſe Polonis auxilia in omnibus neceſsitatibus præſtaturos.

Alexander aliâs Witowdus Dux Magnus Litwaniæ, per Wladiſlaũ Regem Poloniæ conſtituitur.

Witowdi aliâs Alexand. morte ſecuta, offerunt ſe Litwani Wladiſlaum Regem Polon. in Ducem ſuũ ſuſcepturos: Ducatumque Litwaniæ Regno Poloniæ incorporandum.

nunquam

nunquam nobis alios vel alium Dominum vel Dominos assumemus.

Rege Polo. sine prole decedente, non habent Polem. Regē sine Lituanis eligere, nec econtra.

¶ Illo etiam non omisso: quòd si Dominus Wladislaus Rex prædictus (quod Deus auertat) sine prole decesserit: extunc sine scitu & consilio eiusdem Domini Ducis Witowdi, & nostro pariter, Principes, Prælati, Barones, Nobiles & communitas Terrigenarū terrarum Regni Poloniæ prædicti, sibi Regem & Dominum non debent eligere seu locare: cum quibus firmam, mutuam, & constantem seruantes assistentiam in dulcedine fidei, & visceribus Iesu Christi, perpetuam & irreuocabilem tenebimus vnionem. ¶ In quorum omnium fidem & testimonium euidentiamque pleniorem, pro perpetuo robore, Sigilla nostra præsentibus sunt subappensa. Actum & datum in Wilno ipso die sanctæ Priscæ virginis & Martyris. Anno domini Millesimo quadringentesimo primo.

Wladislaus tertius Rex Poloniæ confirmat Jura & Priuilegia, Sigismundo Magno Duci Litwaniæ, super Ducatu Magno per Diuum olim Wladislaum suum genitorem, eidem Sigismundo concessa.

Fol. 129.

IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus Tertius Dei gratia Rex Poloniæ: necnon terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Litwaniæ Princeps supremus, Pomeraniæ Russiæque dominus & hæres, &c. Significamus tenore prę-sentium, tam præsentibus, quàm futuris. notitiam præsentium habituris. Quòd ex quo præclarus & Magnificus Princeps Dominus Sigismundus, Dei gratia Magnus Dux Litwanię, Russiæ &c. Patruus noster præcharus, omnem synceritatis constantiam, erga Regnū Poloniæ nostrum, & nostram Regiam præsentiam semper gessit incorruptè: cuius rei nos memores & pergrati, dignum censuimus sibi proinde, cordis puro zelo occurrere: & omnium, qua decet gratitudine, hanc fidem & constātiam integram compensare. ¶ Vnde ex certa nostra scientia, sufficientissima deliberatione præhabita, animo beniuolo & voluntate nostra vltronea: nostrorum Prælatorum, & Baronum salubribus freti consilijs, sibi Domino Sigismundo, magno Duci, nostro patruo charissimo, Iura, Literas & Priuilegia, quæ à nobis, & fœlicis memoriæ genitore nostro, Domino Wladislao Rege Poloniæ, super Ducatu magno, & quibuscunq; bonis & libertatibus, sub quibuscunq; datis, & tenoribus existunt, (quæ hic habere volumus pro insertis) in omnibus earum punctis, conditionibus, positionibus, particulis & clausulis vniuersis, ratificamus, innouamus, gratificamus, approbamus, & præsentis scripti patrocinio confirmamus: Decernentes ea robur obtinere perpetuæ firmitatis. Promittimus insu-

De consilio & consensu omnium Regni Cōsiliariorū. Wladislaus confirmat libertates & Literas Magno Duci Lituaniæ.

per in verbo noſtro Regio præſentibus, & ſpondemus, eaſdem ipſius Literas, Iura, & Priuilegia, ritè & iuſtè emanata, per omnia, rata atq; grata habere: & inconcuſſa iugiter & inuiolabiliter obſeruare, & de eis ſatisfacere. Harum, quibus Sigillum noſtræ Maieſtatis eſt appenſum, teſtimonio Literarum. Datum in oppido Piotrkow in Parlamento generali, feria tertia proxima, poſt feſtum ſanctæ Luciæ virginis. Anno domini M. cccc. xxxviij. Præſentibus ibidem Reuerendiſsimis & Reuerendis in Chriſto patribus Dominis, Vincentio Sanctæ Gneznen. Eccleſiæ Archiepiſcopo,& Primate,Sbigneo Cracouien. Wladiſlao Wladiſlauien, Epiſcopis, & Andrea de Bnin, electo confirmato Eccleſiæ Poznanien. Ac Magnificis, Nobilibus, & ſtrenuis viris, Ioanne de Czyzow Caſtellano Cracouien. Dobeſlao de Senno Sandomirien. Martino de Sławkow Caliſsien. Alberto de Male Lancicien. Ioanne de Lichni Brzeſten. Iárándo de Grabie Iuniwladiſlauien.& Petro Odrowans de Sprowa Leopolien. Palatinis: Dobrogoſtio de Szamotuły Poznanien Clemente Wantrobká de Strzelce Sądomirien. Laurętio Zarembà de Kalinowa Siradien. Caſtellanis: Ioanne de Oleſznicà Marſſalko, & Andrea de Lubino Theſaurario Regni Poloniæ, & alijs Dignitarijs, Baronibus, Militibus & Nobilibus, teſtibus circa præmiſſa. Datum per manus Magnifi. & Genero. virorum, Ioannis de Koniecpole Cancellarij, & Petri Wodá de Szczekocin, Vicecancellarij Regni Poloniæ, nobis ſyncerè dilectorum.

Ad relationem Magnifici Ioannis de Koniecpole R. P. Cancellarij.

Tempore Joannis Alberti Regis Poloniæ, & Alexandri Magni Ducis Litwaniæ, Barones & Conſiliarij, Magni Ducatus Litwaniæ, confirmant Inſcriptiones, per anteceſſores eorum cum Regno Poloniæ factas.

Prælati vniuerſij, Conſiliarij, quorũ nomina hic deſcribuntur, & tota communitas Magni Ducatus Litwaniæ, aſcribunt ſe Regno Poloniæ.

IN Nomine Domini Amen. Ne geſta ætatis noſtræ tempus & vetuſtas aboleret: inuentum eſt, vt ad memoriam poſterntatis, literarum apicibus, & teſtium annotatione deducantur. Proinde Nos Prælati, Barones, Nobiles & vniuerſitas Terrigenarum Magni Ducatus Litwaniæ, videlicet Albertus Wilneñ. Ioannes Luceorien. Martinus Medniceñ. Eccleſiarum, Dei gratia, Epiſcopi: Nicolaus Rádziwiłowicz, Palatinus Wilnenſis, & Magni Ducatus Cancellarius, Dux Alexander Iurgewicz de Holſzány, Caſtellanus Wilneñ. & Capitaneus Grodnenſis, Ioannes Iurgewicz de Zabrzeze, Palatinus Trocenſis, ac ſupremus Magni Ducatus Marſſalcus, Staniſlaus Ianowic Caſtellanus Trocenſis, & Capitaneus Terræ Samogitarum, Georgius Paczowic Połoceñ. Gregorius Oſzczykowic, Cu-

kowic Curiæ Marſſalcus, & in Merec, Nicolaus Nicolai Rádziwiłowicz, Pincerna Ducalis, & in Bielsko, Iacobus Dowoynowic Drohieñ. Staniſlaus Potráſzkowic Lideñ. Ioannes Litaor Nowogrodenſis, Staniſlaus Michaëlis Potkowic Brzeſtenſis, Albertus Ianowic Vexillifer & Cauneñ. Nekraſz Wołotkowic in Bełzycá, Petrus Rádywiłowic Succamerarius, & in Eyxiſzki, Niemierá Grzymálic Mielniceñ. Nicolaus Iundyłowic in Dubiczá, Georgius Montontowic, Alexãder Motygordowic Capitanei, Marſſalci, & Tenutarij, Significanius tenore preſentium, quibus expedit vniuerſis: Quomodo licèt vniones & fœdera inter hęc dominia, videlicet Regnum Polonię, & Magnum Ducatum Litwanię, terrasq; eiſdem ſubiectas, à temporibus longè retroactis ſub Rege Poloniæ, Wladiſlao aliás Iagello, & ſub Magno Duce Litwaniæ, Alexandro aliás Witowdo inita & conſtituta, hucvſque inuiolatè ſeruentur. Poſtquam verò Sereniſsimi Principes Domini noſtri gratioſiſsimi, ſuper ipſa dominia, in Regem Poloniæ, Sereniſsimus Dominus Ioannes Albertus: in Magnum verò Ducem Litwaniæ, Sereniſsimus Dominus Alexander, Domini noſtri gratioſiſsimi diuina diſpoſitione aſſumpti ſunt: placuit Prælatis, Baronibus, & Nobilibus Regni Poloniæ fratribus noſtris, ſimiliterq; ipſi nobis iam defacto fecerunt, & per noſtras nouas Literas, & Inſcriptiones anteceſſorum noſtrorum ſuper huiuſmodi fœderibus confirmaremus. Quarum quidem Literarum verbum de verbo tenor ſequitur, & eſt talis. In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Sator rerum omnium, cuius oculus penetrat vniuerſa, & ſcientia nunquam extinguitur, in rebus humanis, quas obliuionis caducis momentis conſtat ſubiacere, vt memoria earũ remaneat, apices literarum alti conſilij prouidẽtia ordinauit: quarum preſidio, rerũ ordinationes, pacta, & tractatus conſeruantur. Proinde Nos Moniuitus Palatinus Vilnenſis, Iauinis Palatinus Trocenſis, Mingał Vilnenſis, Sungał Trocenſis, Caſtellani: Nyenir Oſztyk, Butrym Golignith, Nicolaus Biliñ. Koreyowá, & Wyſzygert, Petrus Montigerd, Nicolaus Táwtigerd, Ioannes Gáſztowdy, Wolczko Kulwá, Buſſowdus Iádáth Ráło, Ioannes Rymowidowic, Ginenth Konczewic Doxà, Nicolaus Byeinár, Wolsko Kochutowic, Iacobus Mingel, Woyſſnár Wirkołowic, Gregorius Sángáw, Sáká Naczko, Verbuth Mośtywiłd, Staniſlaus Wyſzygin, Woyſzyn Dámenkowic, Monſtold, Andreas de Vknethowic, Munimunth de Sesnikowic, Rodwił, Koczanus, Miczuch, Gerdud, Czuppá, Woydziło Koſzyłowic, Koczanus Sukowic, Ioannes Eywiłd, Staniſlaus Buthowthowic, Surgutes de Reſzynki. &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis, præſentibus & futuris, præſentium notitiam habituris: Quòd, quia Sereniſsimorum Principum Dominorum, Wladiſlai Regis Polonię, &c. & Alexandri aliâs

Inſertio antiqui Priuilegij, tempore Wladiſlai Iagellonis & Witowdi edita.

Witowdi Magni Ducis Litwaniæ Dominorum nostrorum gratiosissimorum concessione & indulto, Arma, quibus vti insolitum fuit nobis, contraria consuetudine obsistentes, ad insigniendum nominis Nobilitatisque nostræ Titulum, à Baronibus, Nobilibus, & Proceribus suis ordine genituræ contraxerunt, recipimus: & ad gratias, libertates & immunitates, Priuilegia & exemptiones, & multa alia beneficia, & Prærogatiuas, quæ nobis per dictos Dominos gratiosos, VVladislaum Regem Poloniæ, & Alexandrum Magnum Ducem Litwaniæ, munifica sunt concessa largitione, & literarum patrocinio munita, interuentu ipsorum & studio promoti extitimus, & prouecti: promiseruntq; suis patentibus Literis, adhuc qua poterint diligentia, bonum, commodum, & profectum status nostri & honoris, vbilibet promouere, & nunquam in aduersitatibus nostris & necessitatibus nos deserere: sed semper contra omnium inimicorum nostrorum insidias & insultus, auxilijs, consilijs & fauoribus suis prosequi & iuuare. Horum intuitu, volentes tot beneficiorũ merita compensare: & ipsis dignas vices pro eis impendere (ne disparitatis in nobis aut ingratitudinis contagia, & inæqualitas Literarum cernerentur vendicare: sed vt semper vnanimis idemptitas inter nos remaneat, & voluntas animorũ. sicut idẽ cultus, & religio fidei obseruatur) vniuersaliter vniuersi, & singulariter singuli nostris nominibus, ac vice omnium Nobilium, Boiarorum, Procerum, & Incolarum terrarum Litwaniæ, bona fide, in verbo nostro constanti & fideli, omni dolo, fraude, & colore amputatis & remotis, Promittimus, pollicemur, vouemus, spondemus, & Iuramenti nostri ministerio strictiùs nos obligamus: Nunquam præfatos Prælatos, Barones, Nobiles & Proceres Regni, & ipsum Regnum Poloniæ prædictum, in omnibus eorũ necessitatibus & aduersitatibus deserere: sed semper ipsis contra omnium inimicorum eorum insidias & insultus, consilia, auxilia, & fauores fideliter ministrare: & nulli lites, bella, aut guerras, præter scitum & voluntatem & consensum, consilium & requisitionem ipsorum, & eorum successorum indicere, facere vel mouere, præfatosq; Dominos, Wladislaum Regem Poloniæ, & Alexandrum aliàs Vitowdum Magnũ Ducem Litwaniæ, & eorum successores Reges Poloniæ, & Duces Magnos Litwaniæ nullis temporibus deserere quoquomodo: sed semper ipsis sine dolo & fraude fideliter adherere, omni consilio, auxilio, & fauore. Præterea Promittimus: prout suprà: Quòd defuncto præfato Domino Vitowdo, Magno Duce Litwaniæ, nunquam eligemus, assumemus, & recipiemus, in Magnum Ducem Litwaniæ vel Dominum, nisi quem præfatus Dominus Wladislaus Rex, si vita potietur longiore, vel eius successores, & Prælati, Barones, Nobiles, & Proceres Regni Poloniæ duxerint eligendum, statuendum vel locandum. Et viceuersa Prælati, Barones, &

Communes hostes & amicos Poloni cum Litwanis sunt habituri.

Se & suos posteros Domini Litwani obligant, supra & infra scripta tenere sub Iuramento.

nes, & Nobiles Regni Polonię, Rege præfato, quod absit, sine liberis & successoribus legitimis decedente, sine scitu & consilio Illustris Domini Alexandri aliâs Vitowdi Magni Ducis Litwanię, si superstes remanserit, & nostro, eligere non debebunt. Vt autem corroborationis & cautelæ vberioris omnia præmissa accipiant firmitatem, fecimus Sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum in Oppido Hrodło, circa flumen Bug, in Parlamento seu congregatione generali, die secunda, mensis Octobris, Anno Domini 1413. Proinde nos Prælati, Barones, Proceres, & Nobiles Magni Ducatus Litwanię prędicti, præuidentes: quia vetustate temporum multa in ambiguitatē veniunt: per quam ne quid incommodi eueniat, dignum censuimus prouidere: Volentes igitur ne articulus de electione Sereniſsimorum dominorum nostrorum, tam Regis Polonię, quàm Magni Ducis Litwaniæ, in præinsertis Literis breuitate verborum contextus, aliquid ambiguitatis in posterum inducat: Cupientesq; præfatos Prędatos, Barones, & Proceres Regni Polonię, in ipso articulo electionis pares nobis, vt dictum est, efficere: ¶ addijcientes declaramus: Quòd defuncto Magno Duce Litwanię, sine scitu & consilio Prędatorum & Baronum, Procerum, & Nobilium Regni Polonię fratrum nostrorū, ad electionem Magni Ducis noui non procedemus: sed cum ipsis pariter, si vocati tempore cōgruo venire voluerint, Magnum Ducem & Dominū eligemus: pariformiter defuncto Rege Polonię, prędati Prędati, & Barones Regni Polonię, sine scitu & consilio Prędatorum, & Baronum Magni Ducatus Litwanię, ad electionem noui Regis non procedant: sed pariter cum Prędatis, & Baronibus Magni Ducatus Litwanię, si vocati tempore congruo voluerint, Regem & Dominū eligent: quibus ita vt prędmittitur ſstantibus, & in posterum obseruandis, de certa scientia omnium aliorum Prędatorum, Baronum, Procerum, & Nobilium Magni Ducatus Litwanię, fratrum nostrorum, Inscriptionem prędinsertam prędecessorum nostrorum susscipimus, ratificamus, susscipimusq;, & confirmamus per prędentes: obligantes se nostris nominibus, ac vice omnium Prędatorum, Baronum, Procerum, & Nobilium Magni Ducatus Litwanię, bona fide, in verbo nostro constanti, & fideli, omni dolo, fraude, & colore remotis: Promittimusque, pollicemur, ac vouemus: & nostri Iuramenti prędstiti onere & ministerio, strictiùs nos obligamus: ipsam prędinsertam Inscriptionem, cum reformatione & declaratione articuli, de electione Sereniſsimorum Dominorum nostrorum, vt prędmittitur, in omnibus articulis, clausulis, punctis, & sententijs firmatum tenere, perpetuoque & inuiolabiliter obseruare. Et si quę alię singulares Inscriptiones, inter Nos, Prędatos, & Barones Magni Ducatus Litwanię, ac Prędatos, & Barones Regni Polonię forent, quę communem vtrinque honestatem lęderent: quas ante-

Non debēt Domini Litwani Magnum Ducem sine scitu, consilio, et consensu Dominorum Poloniæ: et conuerso Domino Polonię, Dominum Regem Poloniæ, absque scitu, consilio, & consensu Litwanorum eligere.

Non sunt tenēda Inscriptiones, quæ communi lederent honestatem.

quas anteceſſores noſtri non tenuerint: tales nos quoque non recipimus neque tenebimus. Vt autem omnia prę̃miſſa, perpetuę firmitatis robur obtineant: prę̃ſentibus Literis Sigilla noſtra ſuppapendi iuſsimus. Datum Vilnę in Conuentione generali, quarta & viceſima menſis Iulij, in vigilia Sancti Iacobi Apoſtoli, Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſimo nono.

Terra Drohicien. Juri Polonico adſcribitur.

IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinationes Regum & Principum, pro ſubditorum commodo quomodolibet factæ, vt potiſsimum firmę ac ſtabiles eſſent, tam Literarum munimentis, quàm teſtium fide dignorum annotatione perennari conſueuerunt. Proinde nos Sigiſmundus, Dei gratia Rex Polonię, Magnus Dux Litwanię, Samogitięque, Dominus & hęres. Significamus tenore prę̃ſentium, quibus expedit vniuerſis, prę̃ſentibus & futuris, harum noticiam habituris. Quòd licèt Nobiles & Terrigenę noſtri Diſtrictus Drohicien̄. de ſpeciali conceſsione prędeceſſorum noſtrorum, huius Magni Ducatus noſtri Litwanię Ducum, Iure Terreſtri Polonico, more Nobilium Terrigenarum, in Regno noſtro Poloniæ degentium gauderent, & vterentur: haberentq; deſuper Literas & munimenta eorundem prædeceſſorum noſtrorum: videlicet Sereniſsimorum olim Principum fœlicis recordationis, Kazimiri genitoris, & Alexandri germani, noſtrorum chariſsimorum, Poloniæ Regum, & huius Ducatus Litwaniæ Ducum, ſucceſsiuè conceſſa: Quia tamen in eiſdem Literis ſeu Priuilegijs, coram nobis ad præſens originaliter productis & exhibitis, multa comperimus articulatim ſuperuacaneè deſcripta, quę in Libris Statutorum Regni noſtri Polonię, ſpecifice & per expreſſum cõtinentur: & iuxta nonnulla, quæ in perniciem, iacturã, & oppreſsionem non modicam eorundem ſubditorum noſtrorũ fuere adiecta: hoc idem Ius Polonicum, eiſdem ſubditis noſtris Nobilibus, & Terrigenis Priuilegiatis & nõ Priuilegiatis, hoc eſt, Ius habentibus & nõ habentibus, Diſtrictus præfati Drohicien̄. præſentibus & futuris, eorumq; ſucceſſoribus, cõiunctim & diuiſim, de certa ſcientia & gratia, fauoreq; ſpeciali Ducatibus noſtris, de nouo iterum dandũ & conferendũ duximus: damuſq; & conferimus, in omnibus punctis, articulis, & conditionibus: prout in Libris Statutorum Regni Poloniæ latiùs continentur. in eodem Diſtrictu noſtro tenentes, & obſeruantes, omnes & ſingulos articulos Iuri prædicto Polonico ac iuſtitiæ quomodolibet contrarios, in Literis & Priuilegijs præfatis prædeceſſorum noſtrorum prædictorum, vti præfertur, expreſſos & ſpecificatos: oppreſsionem huiuſmodi ſubditorum noſtrorum prę̃fatorum in ſe continentes, & in nihilum redigentes,

redigeñ, caſſañque & mortificañ, ac extingueñ, perpetuò & in æuum, tenore præſentium mediante. Præter illum articulum, quo mediante, præfati prædeceſſores noſtri Officiales ſeu Miniſteriales, vulgo Litwanico *Dźiecźkie* nucupatos, contra ipſos NObiles & Terrigenas eiuſdem Diſtrictus, nunquam deinceps fore dandos, prohibuerant: quos quidem Officiales primo expreſſos, nos quoq; dandos eſſe præſentibus prohibemus quomodolibet in futurum: Volentes & diſtrictè precipientes: vt omnes & ſinguli Officiales Terreſtres & Caſtrenſes, Diſtrictus prædicti Drohicieñ. pro tempore exiſtentes, quilibet eorum pro ſuo intereſſe, Nobiles & Terrigenas noſtros prędictos, ad cuiuſcunq; inſtantiam, videlicet tam Nobilis, quàm ignobilis, Rutheni, Iudæi, Armeni, Chriſtiani, & Pagani, Citatos, ac Literis Citationum interciſis, non niſi ſermone & caracteribus latinis, iuxta conſuetudinem Iuris Terreſtris Polonici conficiendis legitimè euocatos, pro cauſis tam paruis quàm magnis, nullis excluſis, ſecũdùm hoc idem Ius Polonicum, & ordinationes in Libris Statutorũ Regni noſtri Poloniæ ſpecifice contentas, non aliter quàm nunc & in futurum iudicarent temporibus æuiternis. Et quamùis Iure ipſo Polonico laudabiliter prouiſum ſit: vt in ſingulis Terris eiuſdem Regni noſtri, homines poſſeſſionati & indigenę, ex incolis cuiuſlibet Terrę, ſeorſum, & non extraneæ perſonæ ſingulis Officiorum Terreſtrium & Caſtrenſium in caſu vacationis præficiantur in hactenus: pro maiori tamen cautela & ſecuritate prædictorum ſubditorum noſtrorum Drohicieñ. præſenti Priuilegio noſtro id ipſum ſingulariter inſtituimus & ordinamus: vt in eodem diſtrictu Drohicienſi, huiuſmodi Officiales Terreſtres, per liberam electionem indigenarum, & vniuerſorum Nobilium conuentionaliter congregatorum, de Iure communi Regni fieri ſolitam, ad eadem Officia ſua, totiens quotiens per deceſſum vacatura, non niſi cũ ratihabitione noſtra Ducali, ſucceſſorumq; noſtrorum Magni Ducatus Litwaniæ Ducum: Caſtreñ. verò pro arbitrio noſtro duntaxat, ex eiſdem incolis & indigenis Diſtrictus prædicti Drohicieñ. per nos & ſucceſſores noſtros Litwaniæ Duces, (dummodo vterque ipſorum Officialium Romanæ religionis eſſent) deinceps inſtituerentur: de omnibus & ſingulis Cauſis ſubditorum noſtrorum prædictorum coram ſe legitimè exortis, motis, & mouendis, ſtatutis à Iure temporibus, modo præmiſſo cognituri, confirmañ. eſſe: Nihilominus in hoc moribus & conſuetudinibus approbatis & approbandis Terræ Cracouieñ. tam diu, quoaduſque omnes aliæ conſuetudines Iudiciariæ vniuerſarum Terrarum Regni noſtri prædicti, per nos vel ſucceſſores noſtros Poloniæ Reges, aut eos, quorum intereſſet inuicem coæquarentur. Caſu verò quo aliquis Terrigenarũ noſtrorum Drohicieñ. prædictorum, aut quiſpiam alius, in Iudicio Terre-

ſtri vel Caſtrenſi Drohicieñ. ſententiam contra ſe latam reportauerit: qua mediante crederet ſibi quomodolibet præiudicatum iri: extunc inſtituimus & ordinamus: vt in eiuſmodi præiudicio, liceat vnicuique taliter cõdemnato, à ſententia Iudicis & Capitanei noſtrorum prædictorum, velut iniqua & erronea, ad nos & ſucceſſores noſtros Litwanię Duces, cum parte ſua aduerſa legitimè appellare: & coram nobis ſucceſſoribuſq; noſtris, cum eadem parte aduerſa iuſtitiam ſuam experiri meliorem: Iudice & Capitaneo illæſis, quietiſq; propterea manentibus. prout in terris Mazouię, & præſertim in Terra noſtra Płoceñ. teneri & obſeruari eſt conſuetum. De pœnis verò Iudicialibus, per partes victas legitimè luitis, ad ſortem noſtram, & ſucceſſorum, Officialiumq; noſtrorum, & etiam partis vincentis, ex vi perlucrorum, vel quomodolibet aliter ſpectantibus, per Officiales noſtros Caſtrenſes, & Terreſtres, præſentes & futuros Drohicieñ. exigendis: ac de Kmethonibus eorundem Terrigenarum noſtrorũ, Drohicieñ. foueñ. manu teneñ. Mellificijs quoque, ſeu Apiaſterijs, ac iniuriarijs & damnis quomodolibet inde ſecutis, & iuſtitia vicinis, cum ſubditis Nobilium & Terrigenarum pro quacunq; re miniſtranda, cuiuſcunq; ritus vtrinque aut conditionis eſſent. necnon captiuandis & non euocandis ad quodcunque Iudiciorum noſtrorum eiſdem Terrigenis de proprio eorum Diſtrictu Drohicieñ. pro quibuſcunq; eorum excoſsibus, totoq; proceſſu Iudiciario, ac Inſcriptionibus, & alijs rebus quibuſcunq;, per ſingulos Iudices & Capitaneos noſtros Drohicieñ. pro tempore exiſtentes, non aliter volumus obſeruari: niſi quemadmodum Iure ipſo Polonico iuxta Conſtitutiones prædeceſſorum noſtrorum, in toto Regno hactenus teneri & obſeruari ſolitum eſt, ac conſuetum. Ordinamus etiam ac inſtituimus, vt in ſingulis Citationibus Literalibus, Terreſtribus, Sigillum Terreſtre Diſtrictus Drohicieñ. infra depictum, equum ſellatum vno homine armato, Litera S. ad perpetuam memoriam nominis noſtri præcincto, in ſe continens, applicaretur, ſubimprimereturq; totiens quotiens fuerit oportunum. Quod quidem Sigillum ſupra deſcriptum, preſenti Priuilegio noſtro ipſi Diſtrictui Drohicieñ. & Incolis eius pro tempore exiſtentibus, quo ad præfatam neceſsitatem Iudiciariam, ac pro armis Terreſtribns Drohicieñ. de noſtræ celſitudinis clementia tribuendum: concedeñque duximus, prout tribuimus & concedimus perpetuis temporibus, per eos quorum intereſt obſeruandum. Vt itaq; præmiſſa omnia per nos conceſſa, robur obtineant perpetuæ firmitatis: præſentes Literas noſtras ſcribi, Sigilliq; noſtri Magni Ducatus Litwaniæ iuſsimus & fecimus appenſione communiri. Actum & datum Vilnæ die Dominico Lætare. Anno Domini 1516. præſentibus ibidem Reuerend. in Chriſto patre Domino Alberto Epiſcopo, ac Magnificis & Generoſis

norosis, Nicolao Rádziwiłowic Palatino Vilnensi, & Cancellario, Gregorio Osczykowic Trocensi, & Marssalco Curię, Alberto Gasztold Polocensi, Ioanne Zabrzezinski Nouogrodensi, Palatinis. Andrea Dowoynowic Succamerario, Georgio Chlinicz Capitaneo Brzestensi, Ioanne Sczytowic, Nicolao Iundyłowic, & Ioanne Hlebowic Marssalcis: cæterisq; Dignitarijs & Officialibus Curię nostrę, circa præmissa testibus fide dignis, syncerè nobis & fidelibus nostris dilectis. Datum per manus prefati Magnifici Nicolai Rádziwiłowic Palatini Vilneñ. & Magni Ducatus Cancellarij, syncerè nobis dilecti. Sigismundus Rex significat.

Relatio eiusdem Magnifici Nicolai Radziwiłowic Palat. Vilneñ. & Magni Ducatus Lit. Cancellarij.

Item Bielscen. Districtus, Juri Polonico adscribitur.

IN nomine Domini Amen. Ad æternam rei memoriam. Sigismundus Augustus Dei gratiâ Rex Polonię, Magnus Dux Litwaniæ, Russię, totiusq; Prussiæ, Samogitię, Mazouię, &c. Dominus & hæres. Significamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis, præsentibus & futuris, harum notitiam habituris. Quia cùm in hoc Conuentu generali, ex clementia nostra singulari, ad petitiones supplicationesq; vniuersorũ Ordinum, Magni huius Ducatus nostri, Priuilegia omnia & singula à maioribus nostris habita, omnium hominum incolarum eiusdem approbauerimus, id quod ex Literis seu diplomate nostro, super ijs per nos illis dato & concesso videre est. Tamen cùm esset nobis specialiter supplicatum nomine vniuersæ Nobilitatis Terræ Bielscen. & Territoriorum eius per quosdam è medio eorum, videlicet Ioannem Mieński, & Martinum Wiszenski Iałbrzyk, huc ad presentem Conuentum missos. Quia quamuis habeant Priuilegium ex concessione Serenis. olim Alexandri Regis Polonię, & Magni Ducis huius Ducatus nostri Litwanię, patrui nostri desideratissimi: quibus illis permissum fuerat: vt consuetudinibus & Iure Polonico vterentur & gauderent: prout & hactenus vsi sunt & gaudebant. Sed quia in eiusmodi Priuilegio essent quædam, quæ à Iure, Legibus, & consuetudinibus Polonicis discrepant & diuersa sunt: quare summo studio à nobis orauerunt: vt sublatis exceptionibus eiusmodi omnibus, quæ à Iure, Legibus, & consuetudinibus Iuris Polonici, quo ipsi sic vtuntur, discreparent, & disconuenirent, potiùs illis permitteremus: vt in vniuersum, & vt dicitur totaliter, & plenè, consuetudinibus & Iuribus Polonicis vterentur, ipsi & eorum posteri perpetuò. Quorum nos supplicationibus clementer annuentes, & inhærentes maiorum nostrorum Magnorum Ducum Litwanię vestigijs: volentesque eosdem obligatiores

& alacriores ad optimè de nobis, & Reipub. huius Magni Ducatus noſtri Litwaniæ bene merendum facere: cum vniuerſo Senatu noſtro Decernimus: vt deinceps ſemper perpetuis temporibus vniuerſa Nobilitas, incolæ Terræ Bielſcenſis, & eius Territoriorum ſeu diſtrictuum omnium, gaudeant & vtantur Iuribus, Legibus, & conſuetudinibus Polonicis, perinde atque Nobilitas Terræ ſeu Diſtrictus Drohicien. ex ſpeciali conceſsione maiorum ſeu prædeceſſorum noſtrorum, fœlicis memoriæ Magnorum Ducum Litwaniæ, ex prærogatiuis ipſis datis, conceſsis, & legitimè emanatis, (quas & hic volumus habere pro expreſsis) hactenus vtitur & gaudet. Decernentes inſuper: omnes alios quoſcunq; abuſus, iſthic contra Leges, Conſtitutiones, & Iura Polonica hactenus exiſtētes, & ſiue ex Priuilegijs aut cōſuetudine ſeu potius deſuetudine aliqua, aut improbitate etiam aliquorū Officialiū, aut cuiuſuis Magiſtratus, ſiue quacunq; alia ratione exceptos, ſpecificatos vel reſeruatos, & introductos, eſſe tollendos, & abrogandos. prout eoſdem & per præſentes tollimus & abrogamus perpetuò. Volenteſq; deinceps ſemper futuris perpetuis temporibus, vniuerſos & ſingulos Dignitarios ſeu Officiales, Terreſtres & Caſtrenſes, & alios quoſuis præſentes & futuros, iam conſtitutos & in poſterum conſtituendos, non aliter ſe debere, nec poſſe gerere erga illorū Territoriorum incolas, quàm ſecundum præſcriptum Iurium, Legum, & Conſuetudinum Polonicalium præſentium & futurorum, quibus Diſtrictus Drohicienſis gaudet. Alioqui ſi quid in contrarium fuerit in præmiſsis per quempiam hominum attentatum: id Decernimus nullum & inualidum: eiuſq; modi attentatores, pœnis ſeu mulctis in Iuribus Polonicis conſtitutis & contentis, puniendos & mulctādos ſemper perpetuò. In quorum omnium fidem & teſtimonium præmiſſorum, Sigillum noſtrum eſt appenſum. Datum Vilnę in Conuentione generali, die vigeſima tertia menſis Februarij. Anno domini 1547. Præſentibus Reuerendiſsimis in Chriſto patribus, & Magnificis dominis, Strenuis ac Generoſis Militibus, Paulo Vilnenſi, Georgio Luceorienſi, Venceſlao Mednicēſi, Epiſcopis. Ioanne Hlebowic Palatino Vilnenſi, Cancellarioq; noſtro, & Tenutario in Bobroysko & Boryſzow, Gregorio Oſczcykowic Caſtellano Vilnenſi, Tenutario Vpitenſi, Ioanne Iuryowic Duce Dobrowicenſi, Palatino Trocenſi, Tenutario Mobilouienſi, Hieronymo Chodkiewic Caſtellano Trocenſi, Capitaneo Samogitienſi, Nicolao Ioannis Radziwił, Marſſalco Terreſtri, Tenutario Szowlenſi, Staniſlao Dowoyno Połocenſi, Alexandro Chodkiewic Nowogrodenſi, Staniſlao Petri Kiſzká de Ciechonowiec Viteblienſi, Palatinis. Andrea Sánguskowic, Duce de Koſzyr, Capitan. Luceorienſi, Iuano Harnoſtay Marſſalco Curię, & Theſaurario Terreſtri, Præfecto Słonimenſi, Nicolao Georgij Rádziwił Pocillatore,

cillatore, Ioanne Ioannis Rádziwił Structore mensæ, Staniſlao Nicolai Kiezgał Dapifero, Gregorio Chodkiewic Succamerario, Nicolao Petri Olechnowic Gladifero, Nicolao Andruſzowic Præfecto equiſonum noſtrorum, Tenutario Ozenſi & Perelomenſi, Nicodemo Ioannis à Ciechonowiec Melnicenſi, Nicolao Alberti Nárbuth Kreuenſi, & Moziренſi, Præfectis, Marſſalcis, alijſq; Officialibus, Dignitarijs, ac Conſiliarijs noſtris fidelibus nobis ſyncere dilectis.

¶ Similiter Diſtrictus Mielnicenſis, Regno Poloniæ incorporatus eſt. eius tamen Priuilegij copiam habere non potui.

VVINVS, SEV VVLNERATVS.

Si quis coram Rege aliquem vulnerauerit, vel coram Capitaneo.

INſuper Statuimus: ſi quiſpiam coram nobis gladium, vel cultellum extraxerit: et aliquem vulnerauerit: ſine gratia puniatur. ſi autem extraxerit: et non vulnerauerit: in gratia noſtra conſiſtat. Et idem, ſi coram Capitaneo noſtro hoc factum fuerit, Decernimus obſeruandum. *Kazimir. Viſlicia 1368. Folio 39.*

Vulnera quomodo olim per Miniſterialem conſpiciebantur, & per teſtes totales probabantur: & quòd vulneratus luet pœnam, ſi vulnera non probauerit, pro quibus citat.

ITem Statuimus: Quòd ſi quis Citabit, ſeu euocabit aliquem ad Iudicium, pro vulneribus: Miniſterialis ad inſtantiam vulnerati, vulnera conſpiciat debitè. qui ſuper Miniſterialis recognitionem vulnerum ſuorum, coram Iudicio debet docere teſtibus totalibus, ſuper vulnera ſua. Qui ſi docere non poterit: extunc idem vulneratus, luet Iudicio Regalem pœnam, dictam Septuaginta, aliâs *Siedmnadźieſta*: et parti aduerſæ pœnam, dictam Quinquaginta, aliâs *Piątnadźieſta*. *Kazimir. in Nieſzowa. 1454. Folio 94.*

Sed iam non Miniſteriali, verùm Officio Capitaneali, aut Iudicio Terreſtri vulnera oſtendantur. quorum Actorum reſcripto, atq; cum duobus teſtibus Actoris Juramento, vulnera probentur.

PReterea accidere frequentiùs ſolet: vt Citati pro capite, aut vulneribus, ad euitandam pœnam, pro capite & vulneribus debitam, viciſsim Actores multis Citationibus pro vulneribus Citare ſolent. Ad extirpandã igitur hanc impediendæ Iuſtitiæ artem, Statuimus: Vt vulneratus cruentis vel liuidis vulneribus, vulnera in recenti, quamprimùm potuerit, Officio Capitaneali, quodcunq; proximius percuſſo fuerit, aut Iudicio Terreſtri illius diſtrictus oſtendat: & teſtata per ſe faciat. quæ ſic oſtenſa, *Sigiſm. Petric. 1532. C3.*

& eorum qualitas, in Acta Castrensia, aut Terrestria, in Terminis Terrestribus illius districtus scribantur: & eo testimonio, velut authentico, & sufficienti, Actor Reum tutò, & citra calumniã, in foro Iudicij Terrestris, mettertius cum sibi similibus iurans, more antiquo conuincere poterit.

De Nobilibus, aut Kmethonibus Spiritualium vel Nobilium, occisis vel vulneratis, in ciuitatibus, Jus Polonicum est dicendum.

Kazimir. in Nieszowa. 1454. Folio 95.

ITem Statuimus: Quòd ciues ciuitatum nostrarum, Nobilium & Spiritualium, pro vulneribus, & homicidio, Ius Polonicum, hominibus villarum nostrarum, Spiritualium & Nobilium, ministrare tenebuntur.

De eodem.

Sigism. Petric. 1532. As

DEcernimus: vt deinceps, secundùm antiquas Regni nostri Constitutiones, de occisis seu vulneratis Nobilibus, aut eorum Kmethonibus, in omnibus ciuitatibus & oppidis nostris Regijs, Spiritualiumque & Secularium dominorum, non Iudicium ciuile, sed Terrestre & Polonicum, seruetur & locetur. Vbi verò ciuile Ius fuerit à ciuibus in hac re seruatum: pœna quatuordecim Marcarum pecuniæ, ciues ipsi parti soluenda puniantur: Iure Terrestri, totiens quotiens opus fuerit, peremptoriè exigenda.

Actori pro membrorum mutilatione, incumbit cum duobus testibus probatio: quum annum integrum tacuisset.

Kazimir. Visl. Fol. 20.

PEtrus conquestus est de Ioanne: quòd ipsum quatuor digitis in manu mutilasset. quod Ioannes se fecisse negauit. Et quia idem Petrus, pro eadem mutilatione, post annum elapsum, satisfactionem habere petebat: Nos itaq; in tali casu, eundẽ Petrum mettertiũ pronunciamus iuraturum: Quòd prædictam mutilationem digitorum quatuor, habuit à Ioanne.

Qui vulnerat aliquem, vitam suam defendendo.

Kazimir. Visl. Fol. 17.

ACcepimus: quòd Petrus insequendo Ioannem, grauiter in platea vulnerauit. quod cùm Ioannes in Iudicium deduxisset: Petrus licet confiteatur se Ioannem vulnerasse: tamen se asserebat hoc fecisse, necessitate compulsum per ipsum Ioannem: qui ab initio, & antea, ipsum Petrum vulnerauerat. quòd idem Petrus offerebat se probaturum. Nos itaque in tali casu Decernimus: ipsius Ioannis probationem esse admittendam, super eo: Quòd dum in platea Petrus ipsum Ioannem insequeretur, vulnerauerit: cùm dictus Petrus, non vitam defendendo, sed iniuriã sibi aliàs illatam vlciscendo, Ioannem noscitur vulnerasse.

AEstimatio

Æstimatio mutilationum, ac vulnerum, Nobilibus inflictorum.

MIlitem mutilans in pede, manu, vel naso, quindecim Marcas: in pollice verò mutilans, octo Marcas: digitorum verò quemlibet alium amputans, tres Marcas Grossorum ipsi mutilato, vel in digito læso, (vt supra dicitur) soluere teneatur. Pro qualibet autem vulneratione prędictorum membrorum, vulnerato pœna, quæ dicitur *Piąthnadźieśta*, persoluatur. *Kazim. Vissic. 1561. Folio 22.*

De eadem mutilatione, vulnerumq; æstimatione maiori.

VT violentorum audacia refrænetur, Statuimus: Quòd dum Miles parem sibi Militē mutilauerit: pro mutilatione membri cuiuslibet, triginta: & pro simplici vulnere, quindecim Marcas soluere teneatur. *Ibidem.*

De percussionibus Militum, Nobilium, & Kmethonum, sine sanguinis effusione.

IN percussionibus Militum, ac aliorum nostrorum subditorum, istum in pœnis modum exigendis volumus obseruari. Si Miles Militi, aut Nobilis Nobili, plagam vel ictum dederit, absq; sanguinis effusione: Nobili, cui illata fuerit talis percussio, pœna quę dicitur *Piąthnadźieśta*, per inferentem & lædentem debet assignari. Si autem illi inferatur, qui non habet Ius Militare: tunc Marca Grossorum, pro tali vulnere: Kmethoni verò *Sześć Grzywien*, aliàs pœna sex Scotorum, per inferentem debet solui. *Kazim. Vissicia Folio 27.*

De villano, Militi aut Nobili plagam inferente: & de capite, atq; vulneribus eorundem.

MIliti, pro vna plaga vel pluribus, à Kmethone facta vel factis, pœna quindecim, aliàs *Piątnadźieśta*, percusso: & Iudicio alia similis pœna, persolui teneatur. si verò fuerit baculo cruentatum vulnus illatum: sicut pro gladiali vulnere, declaramus satisfaciendum. Pro capite verò Militi famoso, aliàs *Slachćie*, 60 Marcæ: Scartabello, 30 Marcæ: Militi autem creato de Sculteto, vel de Kmethone, 15 Marcæ pro capite. Item Militi *Slachćie*, pro vulnere, decem Marcæ: Scartabello verò quinque Marcæ: Sculteto, vel Kmethoni, factis Militibus, tres Marcas Statuimus pro vulneribus esse persoluendas. *Kazim. Vissicia Folio 29.*

Si Plebeus occiderit aut vulnerauerit Nobilem, qui dederit vel non dederit illi occasionem inuadendi se.

Plebeius

Sigismundus 1512. Ar. PLebeius Nobilem occidens, cui nullam causam, vel occasionem se inuadendi Nobilis præstiterit: nec initium contentionis, vel percussionis cum eo fecerit, pœna capitis puniatur. vulnerans verò Plebeius Nobilem: cui similiter occasionem se vulnerandi Nobilis non præbuit, pœna capitis puniatur. hoc tamen intelligi debet, de vulnere graui: ex quo sequitur mutilatio, vel inualiditas alicuius membri Nobilis vulnerati. Quòd si nulla ex huiusmodi vulnere mutilatio, & inualiditas membri consequetur: pœna pecuniaria secundum antiquum Statutum Plebeius puniatur. At vbi Nobilis causam, & occasionem occisionis, vel vulnerationis suæ Plebeio præbuerit: punietur Plebeius secundum antiqua Statuta, de vulnerato, vel occiso Nobili condita. Vt autem constare Iudici possit: data nec ne fuerit Plebeio causa, vel occasio vulnerãdi Nobilem, quilibet Nobilis Plebeium de vulnere, aut nece accusans, probare teneatur suo, & duorum sibi similium Nobilium corporali Iuramento, id quod asserit verum esse: expressè hoc verbis nuncupans: quòd non ex initio à se facto, neque causa, aut occasione per se data, Plebeius illum vuulnere, seu nece affecerit. alioquin Nobilis in huiusmodi probatione deficiens, non poterit Plebeium in pœnam superiùs expressam injcere. Nihilominus tamen Plebeius vulnerans quomodocunq;, aut occidens Nobilem, pœna in antiquis Statutis perscripta punietur. Hoc autem Statutum cum sit pœnale, ad tres duntaxat annos valere, & obseruari debere Decernimus.

Licèt amicus amicum, iocando seu ludendo vulnerauerit: tamen læso pro vulnere satisfaciat.

Kazimir. Visticia Fol. 29. ITem Bartholdus deposuit contra Andream: quòd ipsum vulnerasset. Andreas confessus est, ipsum Bartholdum vulnerasse: dicens se inuitũ, & nolentem fecisse: solatijq; causa: prout amici plerunq; assolent facere, iocando. Nos igitur audita ipsius Andreæ cõfessione: attendentes quòd ludus non debet se extendere ad aliquam læsionem, seu vulneris offensionem: ipsum Andream in tali casu, Decernimus Bartholdo ad vulneris satisfactionem condemnandum.

De extinctione candelæ, & vulneris incussione.

Kazimir. Visticia Fol. 24. QVErelam Egidius proposuit contra Falconem: quòd dum in domo ipsius Egidij facta fuisset in sero contentio quædam: ipse Falco superueniens candelam suffocauit, & extinxit. qua extincta, Egidius nescit, nec scire potest, per quem, in illa contentione & discordia, fuerit vulneratus. licet Falco extinctionem candelæ confitetur: tamen ipsum Egidium vulnerasse negat. Nos itaq;, à prædicto Egidio Actore Iuramento recepto,

recepto, Quòd in prædicta candelæ extinctione, nescit per quem vulneratus sit: ideo Falconem prædictum, quia extinctione candelæ vulneri præstitit occasionem, in vulnere duximus condemnandum.

Vulneratus in discordia admittet, ad Juramentum cum, quem accusat. & hoc, si ille Citatus ipsum Actorem seipsum vulnerasse assereret. alioqui, Actori probatio esset decernenda.

QVerelã Petrus deposuit de Ioanne: quòd ipsum vulnerasset. Ioannes verò constãter asserebat: quòd Petrus seipsum vulnerasset. quod offerebat se legitimè probaturũ. Nos autem in tali casu duximus distinguẽdum: Quòd si in contentione & discordia, Ioannes asserit Petrũ seipsum vulnerasse: tunc Ioannis probationes sunt admittendę. Si autem extra omnem contentionem & discordiam, Petrus esset vulneratus: tunc (vt est moris) dicimus, Petri Iuramentum fore & esse admittendum. *Kazim. Distinct. Folio 17.*

De Kmethone vulnerato.

VVlnerans Kmethonem, eidem vulnerato vnam Marcam: Domino autem ipsius, si vulnerans & vulneratus vnius domini fuerint, vnam Marcam integram, ipse vulnerãs pro pœna soluere teneatur. Si verò vulnerans, & vulneratus, duorum dominorum fuerint: inter ipsos Marca huiusmodi pœnalis diuidatur. *Kazim. Distinct. Folio 22.*

Pro vulnere verò liuido Kmethoni sex Scoti dantur.

PRo tali vulnere, absque sanguinis effusione, Kmethoni *sześć Grzywien*, aliâs pœna sex Scotorum, per inferentem debet solui. *Idem Rex. Folio 27.*

Sed duæ læso, tertia verò pars pœnarum, pro vulneribus Kmethonis decretarum, Iudicio cedat.

VT pœnarum distinctio, & legitima diuisio habeatur: si Kmetho vulneratur, cum sanguinis effusione, aut percutitur enormiter: de omnibus pœnis, pro vulneribus aut percussionibus sententiatis, duas partes lęso: tertiam autem Iudicio, vbi causa agitatur, dare demandamus. *Ibidem.*

¶ Qui inuadit domum alterius manu violenta, & vulneratur, aliosque vulnerat in illa domo, Vide in Tit. INVASIO DOMVS. Folio 222.

VVLPES.

CAtulos vulpium nemo ex nidis tollere audeat. apud quem verò reperti fuerint, pœna decem Marcarum puniatur: ijdemque catuli in syluas liberè dimitti debeant. *Sigis. Augus. 1537.*

VXOR.

Vxor viro nihil inscribat, sine amicis.

Consuetu. terra Cracou. 1505. Fol 121.

ITem vxor marito suo nihil inscribat, sine consensu amicorum. & si inscribit: illud nullius roboris sit.

Consensus vxoris requiritur ad vendenda bona, in quibus ipsa habet Reformationem.

Sigism. Petric. 1523. Folio 44.

ET si venditor haberet vxorem, cuius reformatio extenderet se, ad talia bona vendita: constituetur per maritum ad Acta: & cum consensu amicorum, adminus duorum, ex linea paterna Consanguineorum, consentiet ad talem Inscriptionem, quo ad eius Reformationem.

De eodem.

Sigism. Craco. 1543.

SI verò is, qui venderet, obligaret, aut quocunq; alio modo inscriberet, alienaretq; bona sua, habuerit vxorem: tum eandem tenebitur cum amicis eius, ad renunciationem Doti eidem inscriptæ, adducere. quæ adducta recognoscet, se Inscriptioni suæ Dotali renunciare, cum amicorum consensu.

De vxore, et Parafernalibus: circa quæ debeat remanere, post mariti mortem.

Kazimirus REX Fol. 29.

STatuimus: Quòd marito mortuo, vxor circa Donationem & Dotem, & quælibet Parafernalia, in pecunijs, gemmis, lapidibus, & vestibus superextantibus, & remanentibus, debeat remanere. ipsa autem mortua, ad liberos (si ipsos habuerit) prędicta omnia bona deuoluantur. Quæ mulier, habendo pueros, si alium virum receperit, vel recipere voluerit: Decernimus: quòd tantummodo ad eosdem pueros, omnia bona paternalia integraliter, cum alia parte, ipsos in diuisione concernente, quorũlibet bonorum maternalium, in quibuscunq; rebus consistant, absque aliqua contradictione deuoluantur. & cum alia residua suorum bonorum parte, maritum accipiat, iuxta suam voluntatem.

¶ De Dote, per consanguineos mortuæ mulieris à marito repetenda, Vide in Titulo Dos Folio 246.

ZVPPAE.

¶ Vide in Titulo SAL. Folio 410.

STATVTORVM REGNI POLONIAE IN ORDINEM ALPHABETI DIGESTORVM

FINIS.

Staniſlaus Skrziſzouius beneuolo lectori S.

QVemadmodum à Sacra Regia Maieſtate ex reſcripto iniunctum mihi videx, vt ad priſtinam editionem, hanc nouam conferrem, id ea fide & diligentia præſtitum à me eſt, quæ in negotio publico, & Regia autoritate fidei meæ credito adhiberi debuit. Hic alias aliquot leges ſubiecimus, à Ioanne Felice Herbulto Ioannis F. acceptas, ex veteribus quidem & omni exceptione maioribus legum codicibus excerptas, ſed in paterno codice, neſcio, quo caſu omiſſas: tu boni conſule: errata ſi; ab operis commiſſa, ex ſubiecto indice corrige, & vale.

Citationes ſuorum ſubſelliorum ſigillis ſignentur.

CIT. *Alexand. in Radom 1505.*

COnformare cupientes terras Capitaneatus Maioris Poloniæ terris aliorum Capitaneatuum Regni noſtri, Statuimus: quòd in Maiori Polonia Citationes Iudicij Terreſtris deinceps non emanabunt ſub titulo Capitanei, ſed ſub titulo noſtro & ſucceſſorum noſtrorum, & ſigillo Terreſtri. ſuper Iudicijs autem Capitaneatus, ſub titulo & ſigillo Capitanei, emanare & dari debebunt.

Conuentus Vrzendouien. transfertur Lublinum.

CON. *Sigiſm. Craco. Anno 1532.*

CElebrationes Conuentuum particularium Terræ Lublineñ, ex oppido Vrzendow in Ciuitatem Lublineñ transferri Mandabimus, iuxta petitionem Nobilitatis per Nuncios Terreſtres factam.

Controuerſiæ per litigantes exhibeantur.

CON. *Sigiſm. Craco. Anno 1543.*

SEd & controuerſiæ partium plus iuſto maiores & longiores ab Iudicio ſuſcipi non debent: tametſi minores & breuiores fieri poſsint: hoc eſt propoſitio Actoris, cum eius probationibus literatorijs: ſiquidem ſeſe eas oſtenſurum reciperet. Ex parte autẽ Rei reſponſio ſuper Citationem vel Exceptio, hoc eſt diſceptatio neceſſaria ſuper aliquo Acceſſoriorum ante reſponſionem ſuper negotio principali fieri ſolita, Item diffinitiua ſententia, & ſi res præterea poſcat, Replicatio Actoris, poſtea Duplicatio Citati: ſimiliterque Actoris Triplicatio, ac poſtremo Rei Quadruplicatio ſuſcipiatur, non amplius. Quæ quidem omnia quilibet Iudex moderabitur, vt ne Controuerſiæ in longum trahantur, tametſi breuiores eſſe poterint, in facilibus præſertim cauſis, quando non diſceptatur de probationibus contrariarum literarum.

Prouentus integrè Dignitarijs extradantur.

DIG. *Sigism. Craco. Anno 1512.*

VTcunque persuasum sit nobis, prouentus Officialibus & Dignitarijs quibusuis debitos, per eos quorum interest integrè solui solere. quia tamen nonnulli in præsenti Conuentu se in solutione prouentuum huiusmodi negligi sunt questi: Mandabimus prout & Mandamus præsentibus vniuersis ad quos huiusmodi prouentuum solutio pertinet, vt illis, quibus ipsi prouentus debentur, citra omnem moram extradantur.

Capitaneus pro particula fundi non iudicet.

EXP. *Sigism. Craco. Anno 1518.*

CRebris sæpè subditorum nostrorum Nobilium querimonijs solicitati, vt in Capitaneorum Iudicijs & Officio nihil in illos statuere permittamus, quàm quod deceat, & ad illorum Iudicium & Officium in articulis Iudicij & Officij Statuto expressis pertineat, decreto præsentis Conuentus Sancimus, vt Capitanei iniurias de rebus minutis, iugero, pratis, & id genus particula Vniuersitatis bonorum non iudicent, sicut de violenta expulsione. Et vt cesset mos ille scribendi & Citandi cum dictione PRAESERTIM. Sed Officium & Iudicium suum intra metas Statuti de articulis Iudicij ac officij Capitañ. expressas tantummodo iudicañ. contineant.

Fugitiui Arestentur.

FVG. *Sigism. Craco. Anno 1532.*

ARestandi Colonos seu Kmetones fugitiuos in Terris Russiæ, cùm nunc certum modum reperire & constituere ante omnium Iurium Regni nostri correctionem nequeamus. Volumus & censemus, vt interea quàm iura omnia corrigentur, & in vnam formulam reducentur, obseruetur modus arestandi Kmetones iuxta formulam in Statutis nouis, seu Iudiciario processu contentam.

Temporibus certis & iuxta Statuta iudicetur.

IVD. *Sigism. Craco. Anno 1532.*

QVamuis sciamus id quod cuiusq; Iudicis officio in celebrandis Iudicijs Terrestribus & Castrensibus incumbat, Quia tamen præter officium multa committi per Iudices à subditis nostris edocti sumus, Mandauimus & Mandamus omnibus in officijs Iudiciarijs constitutis, vt iuxta formam Statutorum Iudicia temporibus statutis celebrent, & ad alia tempora inconsueta illa non trasponant, sub pœnis in Statutis expressis contra eos editis.

Iudicia publicata non reclamentur.

IVD. *Sigism. Petric. Anno 1538.*

NE subditi nostri in assequenda Iustitia impediantur aut negligantur, Statuimus: vt Iudicia Terrestria, quæ fuerint Præconis voce publicata, per Palatinos locorum transponi in aliud tempus non debeant, neq; possint.

possint. Vbi verò Palatinus, aut Iudex, seu alter Officialis, ea ipsa Iudicia proclamata, vt non celebrentur, quomodocunq; siue transposuerit, siue aliter impediuerit: talis pœna centum Marcarum pecuniæ puniatur. Cuius medietas nobis, altera parti ea in re iniuriam sustinenti cedet.

Rex admonebit Capitaneos vt malefactores coërceant.

IN eo quod petitum est, vt diligentiores fiant Capitanei locorum in coërcendis malefactoribus Capitaneatuum suorum: dabimus literas ad eos Capitaneos, qui in exercendis ijs, quæ ad eorum officium & debitum spectant, censerentur esse negligentiores. MAL. *Sigism. Cracc. Anno 1532.*

Steriles liberè bonis disponant.

QVia iure diuino & humano permissum est, hominibus disponere de rebus suis pro eorum arbitrio & voluntate: Statuimus quòd steriles homines, omnia bona sua hæreditaria, possint alienare iuxta suam voluntatem. STE. *Sigism. Petric. Anno 1511.*

Errores qui ad calcem corrigendi videntur.

Fol. 19. Titu. Arbor fructifera, in margine pro anno 1 2 5 8 lege 1 3 5 8.

Fol. 61. Titu. Capitanei non priuatis &c. in margine pro Sigiſmundus, lege Albertus.

Fol. 84. § Similis, in margine pro anno 1 5 4 7 lege 1 5 4 3.

Fol. 85. Titu. Colloquia, in margine pro Petricouiæ lege Cracouiæ.

Fol. 127. Titu. Clericus, linea 3. pro facientes lege facienda.

Fol. eodem Tit. Crimen læſæ &c. linea 6. pro crimen verò, lege tempus verò.

Fol. 143. Titul. Dignitates, linea 1. pro collocatione lege collatione.

Fol. 186. Titu. Molendinatores linea 6. pro explicandæ lege applicandæ.

INDEX

INDEX OMNIVM TITVLORVM, TOTIVS STATVTI, IN ORDINEM ALPHABETI DIGESTI.

A.

Abbates, Folio 1.
Absentes, 4.
Accessoria, 5.
Actiones, 6.
Actor, Ibidem.
Actoratus, 10.
Actorum libri, ibidem.
Aduitalitas, 13.
Æger, 14.
Ager, 15.
Alienatio, ibidem.
Aluëus, ibidem.
Annatæ, ibidem.
Anni discretionis, 16.
Annus gratiæ, ibidem.
Apes, ibidem.
Appellatio, 17.
Arbor fructifera, 19.
Archiepiscopus Gnesn. ibidem.
Arestatio, ibidem.
Aromata, 21.
Aromatarij, 22.
Auena, ibidem.
Aureus nummus, 23.

B.

Bannitio, Folio 23.
Bellum, 24.
Bona Regalia, 45.
Boues, 53.
Burgmbij, ibidem.

C.

Calumnia & Calumniator, Fol. 54.
Camerarij, 55.
Cancellaria, ibidem.
Capitanei, Folio 58.
Cardinalatus, 63.
Castellani, 64.
Castra, 67.
Causa quis cadit, ibidem.
Causæ ad Conuentionem deuolutæ, 68.
Canis, ibidem.
Celeritas, ibidem.
Census perpetui solo annexi, ibidem.
Ceruisia, 69.
Citatio, 70.
Ciuis, 82.
Coadiutor, 84.
Columbatio, ibidem.
Colloquia, 85.
Comitia, 91.
Commissarij seu Commissiones, 93.
Complices, 97.
Condemnatio, 98.
Confirmatio Iurium, 99.
Consensus super bona Regalia, 109.
Constitutio, ibidem.
Consuetudo, 111.
Contumacia, 112.
Contributio, 113.
Corylus, 125.
Cortesani, ibidem.
Clericus, 127.
Crimen læsæ Maiestatis, ibidem.
Criminales causæ, ibidem.
Crinile, ibidem.
Curialis citatio, ibidem.
Currus bellici, ibidem.
Cutes, ibidem.

D.

Damnum, Folio 128.
Debitum, ibidem.

Decretum, Folio 129.
Decimæ, 130.
Delibenutio, 139.
Dignitates seu Officia, 140.
Dilatio Terminorum, 145.
Diuisio bonorum, *ibidem*.
Diuortium, 146.
Donatio, *ibidem*.
Dos, seu Dotalitium, *ibidem*.

E.

Ecclesia, in Spiritualis.
Electio Regis, Folio 152.
Emporium, 162.
Equus, *ibidem*.
Euictio, 163.
Euocatio è districtu, 164.
Exemptio bonorum, 166.
Exceptio, *ibidem*.
Excommunicatio, 167.
Expeditio in Bellum, *ibidem*.
Expectatiuæ, *ibidem*.
Expulsi quomodo restituuntur in bona, *ibidem*.
Extinctio candelæ, *ibidem*.

F.

Factor, Folio 167.
Falsator, 168.
Fœnum, *ibidem*.
Fem acta, 169.
Fideiussor, seu fideiussio, *ibidem*.
Filius, 171.
Filiæ quæ hæreditant, *ibidem*.
Fiscus, 172.
Fora seu Targi, *ibidem*.
Formulæ Inscriptionum, 173.
Flumen, *ibidem*.
Futres, 177.
Fraternitas, 179.
Frumentum, Folio 181.
Fruges, 182.
Fumalia, *ibidem*.
Fures, 185.
Furtum, 188.

G.

Golotæ & inquilini, Folio 189.
Gladius districtus, *ibidem*.
Guerra, 190.

H.

Hæreticus, Folio 191.
Homicidium, 193.

I.

Impossessionati, Folio 201.
Incendiarij, 203.
Infames qui sunt, 204.
Inhibitio, 205.
Inscriptio, 207.
Inscriptionum variæ formæ, 210.
Intercessio, 218.
Interdictum quadriduanũ, *ibidem*.
Interrogatio, 219.
Interregnum, 220.
Intromissio, *ibidem*.
Inuasio domus, 222.
Inuenta res, 223.
Iudex & Subiudex, *ibidem*.
Iudicia, 228.
Iudicatæ rei exequutio, 232.
Iudæi, *ibidem*.
Iumentum, 244.
Iumentorum formæ, 245.
Ius, 249.
Iuspatronatus, 250.
Iustitionarius, 251.

K.

Kmetho, Folio 252.

L.

Lex, Folio 261.
Lepus,

Lepus, Folio 264.
Libertates, ibidem.
Liber Actorum, 266.
Limites, ibidem.
Lis pendens, 267.
Literæ, 268.
Ludus taxillorum, 272.

M.

Marschalcus, Folio 273.
Maternalia bona, 275.
Mazouia, 276.
Mendici, 277.
Mensura, 278.
Mercatores, ibidem.
Milites, 279.
Ministerialis, ibidem.
Minorennes, 283.
Minuta, 285
Modij, ibidem.
Molendinator, seu molendinũ, 286.
Monasterium, 287.
Moniales, ibidem.
Moneta, 288.
Mortuus citatus, 296.
Motio Judicis, ibidem.
Munimenta, 297.
Mutuum, ibidem.

N.

Nobilis, Folio 297.
Notarij, 301.
Nuncij, 304.
Nundinæ, 305.

O.

Obligatio bonorum, Folio 308.
Obstaculum, 309.
Officium Castrense, ibidem.
Officij causæ, ibidem.

P.

Pabula, Folio 310.
Palatini, ibidem.
Pannus, 315.
Pastor, 316.
Pater, ibidem.
Pax, ibidem.
Pecunia, 318.
Pecus ibidem.
Pœnæ, 320.
Perlucra, 321.
Pignomtio, seu pignus, ibidem.
Pisces, 324.
Pixides, ibidem.
Pondus, 325.
Porcus, ibidem.
Possessor, 326.
Possessionatus, ibidem.
Plantæ, 327.
Plebeij, ibidem.
Pratum, 332.
Prædones, ibidem.
Præscriptio, 333.
Priuilegium, 337.
Processus Juris, 354.
Procurator, seu Procuratorium, 370.
Profugi, 372.
Pueri, 373.
Pupilli, ibidem.
Prussia, 374.

Q.

Quercus, Folio 392.
Querelarum Termini, 393.

R.

Raptor virginum, vel viduarum, Folio 394.
Recognitio, 395.
Referendarij, ibidem.
Reformatio, 396.

Relatio

Relatio Ministerialis, Fol. 396.
Renunciatio, 397.
Restitutio in bona, *ibidem*.
Restium literæ, 398.
Reus seu citatus et iure victus, *ibid*.
REX, *ibidem*.
Russiæ Ducatus, 400.

S.

Salaria collegarũ Iudicij, Fol. 404.
Saluus conductus, 408.
Sal, 410.
Secretarius maior. 427.
Secularium causæ, 428.
Senatorum Ordo, *ibidem*.
Sententiæ Judicij, 430.
Sepes, 432.
Seruus, seu famulus, 433.
Sigillum, 436.
Sylua, *ibidem*.
Schola Cracouiensis, 437.
Scultetus, 445.
Scopulus, 447.
Scrutinium, 448.
Spirituales, *ibidem*.
Spiśne, 465.
Spolium, *ibidem*.
Sponsio fidei, *ibidem*.
Stationes, 466.
STATVTA, 467.
Stipendiati Milites, 474.
Succamerarij officium, 475.

T.

Taxatio fundorum, Fol. 480.
Telonium, 484.
Thezaurarius atq; thezaurus, 496.
Thronus Regius, 497.
Templum, 498.
Termini, 499.
Testamentum, 505.
Testis, 506.
Tribunatus, 507.
Torunenses, 508.
Tutor, *ibidem*.

V.

Vadium, Folio 509.
Vagi, *ibidem*.
Venditor, seu venditio, 512.
Vidua, 513.
Viæ, 514.
Violentia, 517.
Villicus, 519.
Virgo orphana, 520.
Vis, 521.
Wladarius, 522.
Vlna, *ibidem*.
Vnio, *ibidem*.
Vulnus, seu vulneratus, 541.
Vulpes, 545.
Vxor, 546.

Z.

Zuppæ, Vide in Titulo Sal, Fol. (410.

BIBLIOTEKA GŁÓWNEJ AKADEMII TEOLOGICZNEJ W KRAKOWIE

FINIS INDICIS.

Adalbertus Maszenski Advocatus Provincialis S.S.M. Castri Cracovien[sis]
hunc librum acquisivi post fata Nobilis Spectabilis Francisci Soldadyni Consulis Cracoviensis Equitis Aurati S.R.M. Scribæ

Zdezynf. 18

Memu Kochanemu Kazimierzu
Stefanowi Sulkiewiczowi na
pamiątkę pobytu w Krzemieńcu
celem zachęty do dalszej
pracy w dziedzinie nauk

20/2 89 Towarzyszki dyżurne

